

AA0004049045



UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY

REESE LIBRARY  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Received *Mar. 27* 1893.

CLASS. No. 50801 LIB. No. 211

PA  
6105  
V24  
v.129  
Valpy -  
Delphin classics

**Southern Branch  
of the  
University of California  
Los Angeles**

Form L 1

PA  
6105  
V24  
v.129

This book is DUE on the last date stamped below

Form L-9-15m-8.'26



Digitized by the Internet Archive  
in 2008 with funding from  
Microsoft Corporation

THE HISTORY OF THE

EMPIRE

OF

M. ACCII PLAUTI

COMŒDIÆ.

VOL. V.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO



M. ACCII PLAUTI

COMŒDIÆ

EX EDITIONE J. F. GRONOVII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITÆ.

75250

VOLUMEN QUINTUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1829.



50801

26 *Glycere nomen*] Hoc ita tuetur Gruterus contra Cl. Meursium, quem vide, si operæ. Vide et not. act. III. sc. 1. extr. *Taubm.*

40 *Ostium hoc mihi domicilium, &c.*] Littera inserta, emendo *hosticum hoc*, id est, peregrinum. Nam 'hostis' antiquitus, qui nunc 'peregrinus.' Callida igitur illa mulier, cum servus eam vi conaretur domum abstrahere, dissimulans se eam esse: Mi homo, inquit, vide ne erres: equidem hic non habito: sed hoc Periplectomenis hospitio tantum utor, ut peregrina. Athenis est vera domus. Res clara ex fabulæ argumento. *Lips.*

41 *Athenis domus ac herus*] Pro *hospitium hoc mihi domicilium est*, legendum ex scriptis codd. *hospitium hoc mihi domicilium est*: id est, hoc domicilium mihi hospitium est, vel domus hospitalis. In hoc domicilio, in his ædibus, tanquam in hospitio, vel apud hospitem divertor. In sequentibus nihil mutandum, *Athenis domus atque herus*. Quamvis enim se pro libera et ingenua gerat, pro meretrice loquitur quæ heros suos vocabant eos, quibus mercede addictæ operam dabant, aliæ in annum integrum, aliæ in mensem aut aliud temporis spatium. Cum libri constanter hanc lectionem retineant, non temere sollicitanda. *Salmas.* *Ostium hoc mihi*] Explicandum, in ædibus, quarum est ostium hoc, mihi domicilium est: nam *hospitium*, quod scriptis codicibus tribuit δ πᾶν, in neutro optimorum apparuit. Ceterum si potes ferre 'herum' dici amatorem, facile patior: secus poterat scripsisse, *Athenis domus ac genius*: ut, 'Qui genius? unde domo?' Sic in Bacchid. IV. 2. pro *intendi tenuis*, alter codicum *intendit herus*. Gronov.

43 *Lege agito*] 'Lege agere,' est in jure id, quod in lege aliqua institutum est, agere. Vide notas Anl. III. 3. 10. *Nisi das firmatam fidem*] Firmabatur fides jurejurando, spon-

soribus, fidejussoribus, &c. quamquam hic simpliciter pro 'dare fidem certam' positum videtur. *Lambin.*

58 *Transtinet trans parietem*] Ms. pr. *transtinet jam p.* quod Bosius exponit, transversum tenet; cum tigna dicantur proprie transtinere duos parietes disjunctos. Sed his non assentior, quomodo ut ligna transtinere duos parietes dicuntur; sic et commeatum dici posse parietem hunc transtinere: itaque emendo, ut editum. Quin neque jam fortassis immutandum videatur, si *transtinet parietem* resolves, et præpositionem a verbo composito, ut sæpe solet, ablatam nomini jungas, ut commeatus tenere trans parietem intelligatur. *Acidal.* Nihil mutandum; *Nimis beat*, ut 'nimis juvat'; sic 'levat' etiam absolute ponitur: 'levat integros accedere fontes': sic enim libri apud Lucretium. *Nimis beat*, nimis nos beatos eo facit, quod commeatus transtinet jam parietem. *Salmasius.* *Quod commeatus transtinet*] Id est, quod paries est fenestratus et pervius, quod datus liber transitus per parietem. *Transtinere* est pertinere: quemadmodum 'trans mare' ire, et 'per mare' ire. Sic 'pellegere' et 'translegere' idem Asinar. IV. 1. 2. et 5. 'Trans aliquid pertinere,' continuari, et uno spiritu, ut veteres jurisconsulti loquuntur, perducere. Sic possem dicere, 'pons transtinet trans flumen,' hoc est, ad alteram ripam continuus est. Eodem sensu 'continere' in Sticho III. 1. 'Utroque commeatus continet,' id est, continuatur, continuus est. Sic 'pertinere' Latini dicunt, pro quo semibarbari 'pertingere,' consueque produci. Cæsar B. G. I. 1. 'Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni.' Lib. II. 'Neque longius quam quem ad finem porrecta ac loca aperta pertinebant, cedentes insequi au-

derent.' Gronov.

SCENA VI. 1 *Observationi operam dare*] Diligenter fores nostras observare, ne Philocomas. exeat. *Taubm.*

6 *Hisce homines*] 'Inveniuntur etiam nominativum pluralem *Hisce* proferentes antiqui: ut Ter. in Eunucho. (act. II. sc. 2.) 'Hisce hoc munere arbitrantur Suam Thaidem esse.' Ita Priscian.

10 *Tractatam et ludificatam*] Male tentant. Sic Gratius, 'matres ausi tractare Deorum.' Pomponius l. 2. π. 43. D. de Origine Juris: 'Ea velut contumelia tractatus Servius.' Claudianus in sextum Honorii Consulatum: 'Tunc giganteis urbem tractare Deorum Aggressus furiis?' Gronov.

19 *Quia latrocinamini*] Id est, quia homines militares estis.

21 *Licetne*] Scil. expurgare me.

22 *Nisi mihi supplicium virgarum, &c.*] Si cujus servus alteri damnum intulerat, vel arbitrio ejus, qui damno affectus erat, servus plectebatur: vel noxæ dedebatur: vel dominus litis æstimationem sufferebat: vel, ut ex hoc loco apparet, dedecore afficiebatur, &c. Et sane notanda verborum mira congeries seni ratum se simulanti a poëta adfecta: quæ uno fere spiritu ab ipso continuatur. *Lamb.*

24 *Imbrices*] Serv. Georg. IV. 296. 'Imbrex' dicitur, quod imbrem arceat. Est enim incurvum genus tegularum. Glossarius liber: 'Imbrex, καληπατήρ.'

34 *Ita sum coactus*] Id est, in angustiam redactus.

41 *Placide noscitu*] Dummodo ne dictis factisque injurius sis in hospitam nostram, placide omnia peragas. *Grut.*

46 *Ne quid infuscaverit*] Ne quid Philocomasium eorum, quæ ei præcepta ac præmonstrata sunt, turba-verit seu corruerit. 'Infuscare' quid sit, si scire vis, vide notas Cist. t. I. 21.

55 *Intus domum*] 'Intus domum,' pro in domo. Adverbia enim sæpe locum præpositionum occupabant. Lucr. 'intus sedibus,' pro, in sedibus. *Popma.*

71 *Sumi*] Id est, bibi. 'Simplum,' ait Varro, 'a sumendo,' id est, bibendo: 'unde sumi pote puteus:' id est, unde bibi potest. Cic. 'Si sumpserit meracius.' *Scaliger.*

80 *Namque hominem servum*] Notum et illud Periclis, 'At enim prætozem, Sophocle, decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere,' apud Cic. Off. l. I.

83 *Muttivero*] *Mu* canum est, inquit Charis. unde dicuntur 'muttire,' sicut γρῶ porcorum: unde 'grunnire.' Scal. Conject. Mutiunt canes, cum incipiunt irritari: ab eo, quod *M*, vel *Mû* videntur edere. V. N. Menæchm. v. I. *Taubm.*

84 *Dato excruciatum me*] Scilicet tortoribus, quorum erat hoc munus et officium, etiam ubi dominus ipse excruciare dicebatur. Quod autem corrigunt, *egomet ducam me tibi*, didicerant nimirum usum verbi *duci*, cum est ad supplicium duci, et id jam voluerunt hic omni modo ostendere. Sed nihil mutandum est: nam juxta eleganter Plautus alludit ad noxæ deditos. Nam *dedam* in utroque codice esse plane testatur Pareus, etsi Gruteri editio *dicam*, ab operarum, ut opinor, errore. Gronov.

89 *Etiam illud, quod scies, nesciveris*] Ita te componas, ut etiam illa, quæ nosti, ita habeas ut si ignores. Donatus ad illud Eunn. Terent. IV. 4. 'tu pol, si sapis, Quod scis, nescis,' notat: Hoc dictum, ut illa, 'Concordia discens,' Hor. et 'sequiturque sequentem' Virgil. ita Heant. 'Tu nescis id, quod scis.'

97 *Me habent venalem*] Me incautum, ignarum, produnt et fallunt. Eadem loquendi forma Belgæ dicunt *yemandt verkoopen*, quod Latine reddas, aliquem vendere, pro, prodere,

circumvenire, clam fallere. *Boxhorn.*

98 *Nunquam hercle ex ista nassa ego hodie escam petam*] Significat se domum heri non iturum, ubi futurum sit, ut tanquam piscis capiatur; et unde periculum virgarum sibi imminere videat. 'Nassa,' ait Festus, 'est piscatorii vasis genus, quo cum intravit piscis, exire non potest.' *Taubm.* Eodem verbo tralate usus est Cic. ad Attic. xv. 20. 'Hac nassa exire constitui non ad fugam, sed ad spem mortis melioris.' *Gronov.*

100 *Iræ leniunt*] *Agellius xviii. 12.* id quoque habitum in oratione faciendâ elegantia genus, ut pro verbis habentibus patiendi figuram, agentia ponerent; ac deinde vice versa hæc inter se mutua verterent. Cicero, 'terra movet,' patiendi significatu, pro movetur.

101 *Nam jam nunc satis*] *Tò jam* interposuit *Gruterus.* Non habent nec *Camerarii,* nec *Lambini,* nec *Sambuci,* nec *Donzæ,* nec priores *Taubmanni* editiones. Et ex *Mss.* edit ipse, *Nam nunc satis.* Scribendum ergo, *Jam nunc satis,* ut habent quædam edd. veteres. *Tò jam* enim videtur omnino requirere oratio: τῶ nam minime indiget. At inquit, sic ruit versus. At melius est, ut rnat ille, quam stet fultus centonibus. Deinde si in secunda regione iambi dactylo et spondeo usus est *Plautus,* potuit et uti *pyrrhichio.* Ant τὸ iam dissyllabon posuit, ut et alibi, *Gronov.*

104 *Occisam sape sapere plus multo suam cum manducatur*] *Festivus* senex ludit in ambigua notione verbi *sapere:* ex eo, quod *sapidissima* omnium quadrupedum aestimetur vulgo suilla caro.

105 *Cum manducatur*] *Longe* aliter *Ms. alter,* *Quod in adimitatur:* alter, *Quod in adimatur:* correctumque postea, *Quod ei adimatur.* Inde conjecturæ. Sed videtur scribendum, *plus*

*multo suam. Quoine adimatur, ne id, quod vidit, viderit.* Quippe ni? qui patiatui sibi eripi, atque extorqueri, ut id, quod vidit, non viderit. Sic *Tacitus,* 'plerisque mortalium non eximi.' Hoc est, non potest adimi, vel eripi ista opinio. *Gronov.*

106 *Illius oculi, &c.*] *Scedrnis* nihil videt, nihil audit, nihil opinatur; nisi quod volumus eum videre, audire, &c. *Lambin.*

112 *Illis sortito fuam*] Scribendum puto, *Ibo intro ne, dum absum, illis obstito fuam.* Scriptum erat *ostito,* pro *obstito,* ex quo factum *sortito,* repetita littera ex fine præcedentis syllabæ. Sæpe *ostare* pro *obstare* in veteribus libris scriptum reperi. *Ibo,* inquit, iutro, ne dum absentia mea illis obstet ad ea quæ volunt faciendâ. *Ne obstito sim,* pro ne obstem. 'Obstitum' pro obstaculo, ut 'mandatum' a mando, 'jassum' a jubeo, et similia. Nihil potest boni sensus ex vulgata elici. *Salmas.*

### ACTUS III.

SCENA I. 3 *Concilio, quod habere*] Hoc *Camerarii* est. Scripti editique antiqui, *Concilium:* nec mutandum id erat, sed distinguendum, *Concilium quod habere volumus.* Cujus hic est sensus: Ne, quod concilium habere volumus, ei aspiciam insidiæ sint. Id nimirum pronomen reticetur, ut centies alibi. *Gronov.*

9 *Aut cate locus, &c.*] *Catalogo* vulgo editum est; in qua voce corrigenda conjecturarum planstra sunt, quarum tamen nulla veram lectionem est assecuta. Nos vero sumus assecuti, *Si minus, cum cura aut cata logon loquendi lectum id est.* Nam *κατὰ λόγον* loqui est, lepide et commode loqui, ut paulo post sequitur: *κατὰ λόγον* enim loquitur, qui dicit id quod opus dicto est tantum: et *κατὰ λόγον* loquendi consilium legit, qui cum cura et ratione id providet, ne inimici sermonem suum sublegant, et consilium

surrupiant; qui non temere loquuntur aut inconsiderate. Apud Artemidorum habes sæpe, ὀρθῶς τε καὶ κατὰ λόγον, recte atque ordine. Salmias.

14 *Auritis plagis*] ‘Auritis plagæ’ sunt aures. Virg. Æn. iv. ‘Retia rara, plagæ.’ Glossarium: Ὠτοπάρχοτος, qui aurem omni loquenti accommodat, ὄξυ-ακουσίλογος. Taubm.

17 *In bonis*] Possumus tneri vulgatam lectionem, ut sit *in bonis* rebus, quæ sint iis utiles quibus imperamus: nam facile suo quisque servit commodo. Dissald. Facile est imperium in bonis] Sic Mss. At Acidalius in bonos. Frustra. Vide ad Senecæ Nat. Quæst. lib. iv. Gronov.

25 *Te decora*] Per hypallagen, pro ‘te digna;’ cum dictum oportuerit ‘tibi decora.’ Lamb.

26 *Ex opibus summis*] Id est, summa contentione. Merc. 1. 2.

30 *Quod faxis pudet*] Nam qui serio amat, eum nullis rei pudet. Lamb.

31 *Umbra amantam*] ‘Amantum umbra’ differt ‘ab umbra suamet:’ vult enim, si comparetur Pleusides cum amatoribus aliis, vix dici posse umbram eorum. Taubm.

34 *Vitam vivere*] V. N. Pers. iv. 3. Mss. et edd. vita vivere.

36 *Pernix sum, &c.*] Manibus pernix proprie dictum. Est enim pernix a pernitendo, quod manuum magis quam pedum est. Pedes mobilis, ut nuda genu, ποδάς ὠκός. Dissald.

38 *Amussitata*] Id est, ‘ad amussim facta,’ Festus: ‘examinata,’ Nonius; qui ‘amussim’ esse regulam fabrorum ait, quam, cum opus probant, rubrica illinunt. Varro Quæst. Plantin. ‘Amussis est æquam, lævamentum.’ Vetus Gloss. ‘Examussim, ἔπειναι.’ Sua sibi ingenua indoles] Sua propria et a natura insita: ita ‘ingenui fontes,’ id est, nativi, non manu facti, apud Lucret. Indoles incrementum significat primigenia notione: ut apud Agell. ‘mendi indoles.’ Olere enim, crescere significat,

et spem, quam ex vultu colligimus virtutis futuræ in pueris: quæ vocatur χαρακτήρ a Græcis; ut ab Euripide dictum, ὡς δεινὸς τῆς εὐγενείας χαρακτήρ. Glossæ: ‘Indoles, καλὴ ἐλπίς ἐν νεωτέρῳ.’ Scalig.

43 *Ne petas foris*] V. N. act. 11. 2.

49 *Incommoditate*] Incommoditatem dixit τὴν ἀπῆδαν: ita ‘commodus’ est qui opponitur τῷ ἀπῆδει, ejusmodi hominis graphica in hac scena est descriptio. Is. Casaub.

53 *Post Ephesi sum natus; non in Apulis, non in Umbria*] Quod Ephesi natum se gloriatur, credo facio esse: quod civitas ea elegantius factiisque imprimis dedita, contra morem Ubrorum et Apulorum, qui rustici, illepidi, subidique habebantur. Douza. Plantus scripsit, ‘non sum Animula,’ aut certe ‘Animula;,’ id est, non sum natus Animulæ; aut non sum ab Animula, sive Animulas. Quomodo apud hunc est ‘hospes Zacyntho,’ pro a Zacyntho; apud Terentium, ‘anus Corintho,’ pro a Corintho; apud Lucillum, ‘Sargus Ægypto,’ pro ab Ægypto. Ad indagandam emendandamque veram hanc lectionem hæc me vestigia tulerunt: quod in membranis nonnullis, non sum in imula scriptum compereram; quam lectionem cum Phylargirii ad Georg. 11. Virg. ‘non sum animata’ contententi; venit in mentem, quod apud Festum legere memineram: ‘Animula, urbs parvarum opum in Apulia.’ Schopp.

54 *PL. O lepidum senicem*] Hanc lectionem et Prisc. probat. Non dissimile, quod apud Pompon. est, senica pro femina sene. Lips.

60 *Discidium*] ‘Discidium’ apud Lucret. et Cic. est χωρισμός, distractio. ‘Dissidium’ animi est; ‘discidium’ corporis, a ‘discindere,’ id est, dirimere. Gifan.

61 *Sermonem segrego*] Finem loquendi facio. Lamb.

64 *Cedo treis mihi hom.*] V. N. Epid.

III. 3. 30.

71 *Liquidiusculusque*] Aliquanto liquidior, serenior, quam ventus Favonius, qui est, ut et Boreas, *αἰθη- γενέτης, αἰθρᾶ* sen *serenitatis genitor*. Lamb.

74 *Malacus*] V. N. Bacch. 1. 1. 38.

82 *Deum virtute ut transeuntem*] Vult: tantum sibi superesse bonorum, ut non gravatim prætereuntes excipere possit. Porro, ut constat versus, abjiciendum est illud *hospitio*, glossa vocis *accipere*. Gruter.

84 *Ego: me uti volo libere*] *Uti aliquo*, et *uti scipso*, peræque dicunt Latini. Horat. Epist. 1. 12. 'Utere Pompeio Grospho: et, si quid petet, ultro Defer.' Idem Epist. 17. 'regibus uti.' Plaut. Capt. 1v. 4. 'siquidem sese uti volet,' id est, siquidem volet esse frugi et sibi utilis. Lamb.

88 *Lepidum est onus*] Placet hæc Lipsii conjectura ex veteri scriptura, *lepidus sonus*. Ovid. 'Utque marem parias, onerosior altera sors est.' Sueton. in Caligula: 'Filia vero nata, paupertatem, nec jam imperatoria modo, sed et patria conquerens onera.' At in onere, aiunt, quis quæso lepor incest? respondet Plautus in fabula sequenti: 'An boni quid usquam est, quod quisquam uti possit sine malo omni?' Procreare liberos est illud quidem onus, sed cui oneri multa dulcedo adsit. Truculento 11. 5. 'Mulieri nimio malefacere melius est onus quam bene.' Eurip. Her. Fur. *ἂ νεβρας μοι φίλον ἄχλος*. Gronov.

91 *Deducta est usquam gentium*] Cassina 11. 8. 'Sine prius deduci.' Terent. Hecyra 1. 2. 'uxorem deducit domum.' L. 13. π. 8. ad 1. Jul. de Adulter. 'minor duodecim annis in domum deducta.' Et passim. Cur ergo Lipsius *educta*? Gronov.

97 *Calendis*] Sc. Martiis. Calendas omnes Junoni tributas, ut et Idus omnes Jovi, docet Macrobius Saturn.

1. 9. Hinc 'Juno Calendaris' dicta. Sed Martiis Calendis Junoni, præcipue matronæ, sacrificabant; ut is annus ab exordio totus eis felix esset et faustus, et in partu et amore conjugali; atque etiam munera sibi invicem missitare solebant. Et hæc festa 'Matronalia' dicebantur. Juvenal. 'Cal. Martias' nominat 'fæmineas.' 'Munera fæmineis tractat secreta Calendis.'

98 *Quod dem quinquatribus*] Diebus festis Minervæ. *Quinquatrus*, *παραθη- ναία*, Sosip. 1. Inst. Grammat. Idem eodem: 'Quinquatrus pluraliter, non Quinquatria: non enim dicti sunt quinque dies atri, sed quod quinquatrus antiqui dicebant, a quinquando, id est, lustrando; quod eo die arma ancilia lustrari sint solita.'

99 *Præcantatrici*] Rectum est *præcantrici*; et paulo post, 'piatricem' sic enim et versus postulat. *Salmas. Conjectrici*] Conjectrix, quæ interpretatur significationem somniorum. Et apparet viros conjectoribus, mulieres conjectricibus usas fuisse; ac sexibus officia artium distincta fuisse. *Turneb.*

101 *Tum piatricem clementer non potest quin munerem*] Omnino *piatricem* probo cum meo Colero. Nam die infantis lustrico sive nominali, quo nomen illi indebatur, (*Ὀνομα- στήρια* Gr. nominant,) lustrandi partes proprie *piatricum* mulierularum, quæ anus recoctæ, fuerunt: dicebanturque *ἀπομάκτρια* vel *περιμάκ- τρια*. Festus: 'Piatrix dicebatur sacerdos, quæ expiare erat solita, quam et *sagam* et *simpulaticem* vocant.' *Taubm.*

102 *Geraria*] Quod Græcis *ἄλενο- τρῶφος* dicebatur, qui in ulnis suis assidue gestitando alumnium nutricebat; hinc hoc loco nutrix 'geraria' vocatur. Verum fortasse etiam legendum *loraria*, et *lorarius* in Glossis exponitur *ἄλενοτρῶφος*: nam librorum scriptura varia, et partim habent

*ceraria*, partim *teraria*. Salmas. *Succenset ceraria*] Sic Mss. unde *celaria*, *geraria*, *cellaria* fecerunt. Vide an fuerit, *succenset gerara*: tum *Obstrix expostularit*. *Gerara* vel *Gerara* Baceli famulæ. Demosthenes in *Nearam*: Καὶ τοιαύτη οἷσα εἰσῆλθεν οἷ οὐδὲς Ἀθηναίων, τοσοῦτων ὄντων, εἰσέρχεται, ἀλλ' ἡ τοῦ βασιλέως γυνή, ἐξέροκσε τὰς Γεραίρας τὰς ὑπηρετούσας τοῖς ἱεροῖς. Et mox: Ὀρκος Γεραίων Ἀγιστεύω καὶ εἰμὶ καθαρά καὶ ἀγνή, &c. αὐτὴ ἐποίει τὰ ἱερὰ ταῦτα καὶ ἐξέροκου τὰς Γεραίρας. Vide Harpocratium, Pollucem, Suidam. Gronov.

110 *Generi monumentum et sibi*] Liberi genus suum immortale reddunt. Sic Euripides 'mares familiæ columnas' vocat, *Iphig. in Taur. i. 1. 57.* Στυλοὶ γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρπυγες.

118 *Abducunt ad exta*] Sacrificiorum exta intelligit; quæ 'exta lustralia' Maro vocat *Æn. viii.* quorum partem Diis reddebant; partem in epulatione comedebant. Porro adhibebantur his tantum carissimi. *Turneb.* Convivia rem sacram olim comitabantur. Aut si nolent convivium celebrare, e victima partes ad amicos mittebant. *Casaub.*

122 *Nimisque aperta tu multum*] Sanissimum hunc locum, erntum ex primariis editionibus a Camerario, fæde contaminari Gruterus ait reponendo, *nimumque ad te et tua multum rides*: quod non negat in ambobus membranceis apparere. Sermonem tanto viro indignissimum. Quomodo sanus, ubi tantum abeunt scripti? quæ illæ primariæ editiones optimis codicum et pæne solis tuto sequendis potiores? perturbatus his terribilibus Patres præsidium deseruit, ut tanto facilius in aperto et plano caperetur: facit *nimioque et te et tua multo rides*. Sed non est recedendum a scriptura veteris elegantia. *Nimis bona ratione* faciunt illi, vel tu, vel facitis nrimque. Vel si libet hoc quoque conti-

nuare cum sequentibus; nimis justa de causa, vel nimis bono modo *nimumque multum rides ad te et tua*, hoc est, in rebus ad te et tua pertinentibus sapis plus quam opus est. Vide *Observ. iv. 10. Gronov.*

124 *Satis cepissem miseriarum*] Non mihi videtur quidpiam mutandum. *Satis cepissem miseriarum liberis*, id est, per liberos, vel *in liberis*; quod etiam potest reponi. Nam *in* facile intercidit propter similitudinem ultimæ syllabæ præcedentis vocabuli, *miseriarum*. Salmas.

125 *Censerem emori*] Supra ceteras ineptas conjecturas et explicationes allitum est nuper: Censerem liberos meos, si haberem, continuo in mortis aut alio aliquo discrimine versari: quæ tamen fuerat *Taubmanni* olim. Sed vel ipse postea vel *Gruterus*, *Censerem me mori*, hoc est, æque male me haberet, ac si ipse obirem, audito aliquo liberorum infortunio. Sed ne sic quidem verum attigit. *Censerem emori*, est, censerem me identidem mori, angorem morti similem sentire, assidue cogitans, cecidissetne ebrinus aut de equo uspiam. Ut apud *Ovid.* *Fast. ii.* *Lucretia*: 'Mens abit, et morior quoties pugnantis Me subit.' *Petronio*, 'æque lassus ac moriens *Ascylos*.' Talis proponitur *Micio* apud *Terentium* in *Adelphis i. 1.* 'Ego, quia non redit filius, quæ cogito? Quibus nunc sollicitor rebus? ne aut ille alserit, Aut uspiam ceciderit aut perfrerit aliquid.' Sic quotidie emorimur parentes. *Gronov.*

127 *Insignitos pueros*] Insigniti dicuntur, qui vitio aliquo, aut morbo, seu corporis seu animi notabiles; fere semper in malam partem. *Curt. lib. ix.* 'Genitos liberos non parentum arbitrio tollunt aluntque, sed eorum quibus spectandi habitum infantium cura mandata est: si quos insignes aut aliqua membrorum parte inutiles notaverant, necari jubent.' *Suet. Ca-*



lig. c. 26. 'Insignes debilitate aliqua corporis.' Id. Aug. c. 35. 'Senio vel aliqua corporis lahe insignibus.' Cic. de Leg. lib. III. 'Deinde cum esset cito enectus, tanquam ex XII. Tabulis insignis ad deformitatem puer.' Sic 'insignem diem' Liv. lib. VI. pro infelici dixit. Gronov.

128 *Compernem*] 'Compernes' vocabant Latini, qui genibus junctis et *συμβεβηκῶσιν* erant, Græcis *γυνύκροται*. Festus: 'Compernes nominantur homines genibus plus justo junctis.' Nonius male interpretatur, 'qui longis sunt pedibus.' Gronov.

131 *Æquom fuit Deos paravisse*] *Æquom* fuit, Deos fecisse, ne omnes uno modo viverent: sed viri boni, comes, liberales, &c. essent locupletes, fortunati, ac longævi: homines contra improbi, incommodi, et illiberales, &c. essent egentes, infortunati, et brevis vitæ. Victorius.

136 *Qui lepide ingeniatus esset, &c.*] Vulg. *ingenuatus*, sed scribendum *ingeniatus*. Agell. XII. 1. 'Corpusque et animum bene ingeniatis primordiis inchoatum, insitivo degenerique alimento lactis alieni corrumpere.' Rarum verbum *ingeniari*, ab ingenio deductum; ut ab 'auxilio,' 'auxiliari.' J. Gulielm.

140 *Esset his annona vilior*] Quasi dicat: Si Diis longam vitam viris bonis dedissent, brevem improbis; futurum fuisse, ut esset rerum ad victum necessariorum proventus vilior. Ita interpretatur Victorius. Quod probò. Plane autem huic geminum est illud adagium Belgarum, Si homines insulsi et insipidi pane non vescerentur, vilis esset annona. Boxhorn.

148 *Dccm continuos immorabitur*] Verbum postremum a Camerario est. Mss. et vett. edd. *continuos ite astodorum illas*. Saracenus, *itcrasti domum illius*, quod admisit Pareus: postea illi placuit *itlasti*. Sed de hospitio agit, cui verba ista non conveniunt. Academicus quoque, 'Continuos iti

astodorum illas.' Forte verum est, *Verum ubi dies decem continuos usitas domum illius*. Gronov.

152 *Meo remigio rem gero*] Id est, illis, velint nolint, parendum est, cum mei sint. Aliis enim remigiibus fortasse imperare, quod vellem, invitis non possem: nunc vero meis remigiibus et servis rem gero, qui mihi dicto audientes esse coguntur. Turneb.

154 *Nunc quod occipi, obsonatum*] Notabis quod poni pro quo; et sustinendo versui interjectam d: nam quod occipi est, quo intendi, quo ire volui. J. Gulielm.

155 *Commodum obsona*] Id est, ne magno sumptu. Camer.

157 *Proleturio sermone*] Id est, plebeio et vili. Proletarii erant, qui nihil reip. exhibebant, sed tantum prolem sufficiebant; iidemque tenuissimi in plebe Romana: *assidui* contra. Agellius XVI. 10.

165 *Offam penitam*] 'Penem' caudam vocabant: unde et *offam penitam* dicebant 'offam porcina' cum cauda.' Festus.

167 *Dimidiati, dum appetunt*] Hæc ita distinguo: *Sed procumbunt, et se percellunt, dimidiati dum appetunt*. Ut enim apud Hor. fastidiens, et 'Languidus in cubitum sese conviva reponit;' ita contra inhians et imminens toto corpore in cibum procumbebat, et a decoro illo habitu recedebat. Athen. *Dimidiatum aliquid appetere*, est *ἀνίστασθαι εἰς τι τῶν παρατιθεμένων*. Lips.

173 *Qui admittitur miles usque casuriantus*] Qua sycophantia miles quantumvis bene capillatus usque ad eum tondetur. Significat, se fallaciam reperisse, qua miles probe decipiatur. Turneb.

174 *Huic amanti ac Philocomasio*] Sic mutaverunt, credo ex Camerarianis: tacent enim. In membrauis tamen et vetustissima editione reperio *ad Philocomasium*. Quod multo magis ad gustum meum: nam 'copia ad ali-

quid' est copia alicujus. Sic infra, 'Ut sese ad eum conciliarem.' Et in prologo Captiv. 'operam detis ad nostrum gregem.' Gronov.

182 *Prædicat formam suam*] Silent hic omnes. Vix dubitem tamen, quin scripserit auctor, *Itaque Alexandri præstare prædicat formæ suam.* Gronov.

184 *De isto multi cupiunt non mentiri*] Veram esse interpretationem dictant, quam et prodiderint illi, qui non satis probant: quam multi viri suut, qui de isto (quasi omnes mulieres ipsos ament) cupiunt te non mentiri. At hæc explicatio ex verbis Plauti extorqueri non potest. Nec sufficit galeatum, quod præmiserunt de Salmasio, 'de isto mentiri,' esse, in ista re mentiri. Nam 'ista res' erat non mulieres quosvis alios amare, sed memorare militem se ab omnibus matronis et meretricibus adfectari, aut certe ultro sectari militem omnes fœminas. Si voluisset istud, faciendum erat, *Ædepol quin te hoc de ipsis multi cupiunt non mentiri.* Nec placent, quæ attulerunt alii, nempe multos esse, qui velint uxores suas esse adulteras et mœchas ultro appetere, scilicet, ut illis deprehensis dorem lucrentur: aut ut lautiuscule ipsi viverent: nec satisfaciunt corrigentes. Videtur 'cupio te non mentiri' formula fuisse suspicantis mendacium se audire, atque adeo tectius aliquem pro mendace arguentis. Non dubito, inquit, quin multi nunc dicerent tibi, 'cupio te non mentiri,' atque adeo mentiri te putarent. (Quid ita? quia videlicet tam certum est esse derisui omnibus, ut vix verisimile sit hominem adeo stulte sibi blandiri posse. Vide supra act. II. sc. 1.) sed a me tale nihil est quod expectes: ego ita esse, ut dicis, te non pulchre. Gronov.

191 *Num cor non potest, quod nulla habet*] Quasi dicat: Recte dixi, 'cui sapiat pectus,' non 'cor;' quasi om-

nes mulieres sint excordes et amentes. 'Cor' pro mente et sapientia usitatum: hinc 'cordati' et 'excordes' et 'vecordes.'

192 *Lautam vis, an quæ nondum sit lauta*] Omnino *lauta* est Lucinam experta: nam a partu lavationibus multum utebantur. Ostendit Sosia Amph. II. 2. *Palmer. Siccam*] Palæstrius vult scortum 'siccum succidum:' *siccum*, non tamen succo carens et exhaustum: ideo 'succidum,' ut Terent. 'succii plenum.' Itaque *siccam*, minime sputatricem, &c. Alias 'siccus' pro sobrio legitur apud Afranium, Plautum, Cic. alios: sicut contra 'madidus' et 'madulsa,' pro ebrio. Ita etiam ξηρόν Græce. Scalig.

199 *Est primaria*] Nos emendavimus ex Mss. Camer. qui habebant *primicata*; *prime cata*. *Primi* autem pro 'prime,' ut 'peregri,' 'peregre,' 'fermi,' 'ferme;' 'præfiscini' et 'præfiscine,' et similia. *Prime* Latinis pro egregie: ut 'prime proba,' apud Nævium in Acontizomeno: 'Acontizomenos fabula est prime proba.' Ita fere Græci πρῶτον usurpant; ut πρῶτον εἶδος, *præcipua et primaria forma.* Salmas.

202 *Quasique hunc anulum faveæ, &c.*] *Lego, Quasique hunc anulum Faveæ suæ dederit, ea porro mihi.* Gloss. 'Favea, παιδίσκη: Faveus, παῖς.' Juvenal. Sat. VI. 'Et faveam, cui det mandata, puellam.' Scalig. *Quasique hunc anulum*] Camerarius, *hoc anulum animo ancillæ.* Mss. et edd. vet. *Famesæ* aut *Famescæ ancillæ.* Scaliger *Faveæ suæ, Meursius Faniscæ.* Neutras ego fero, sed verum mostellum librarii esse existimo, scribendumque, *Quasique hæc anulum clam suæ ancillæ dederit.* Quod si in Mss. fuit *hoc*, tolerem, ut sit, ob hoc: quia scilicet depereat militem. Gronov.

210 *Ergo accurato et properato*] Mss. *adcuras et properas.* Lege, *Ergo adcuras et properas, opus est: vel opus est: per intellectum conjunctionis.* Mer-

cat. v. 4. 'Nihil opus't resciscat.' Gronov.

213 *Pax*] Interjectio comprimētis, et quasi cum verecundia silentium sibi aut alteri imponentis. Hesy-chius, Πάξ, ἐπὶ τῷ τὸ τέλος ἔχειν. 'Pax Græcum est, quando significat tantummodo,' ait Prisc. lib. xv. Dip-hilus, πᾶξ τι πᾶξ. Satis constat, 'Pax' tum Græcum esse, tum etiam silentii esse, non admirationis quod volunt quidam. Dum enim sibi silentium imponebant, opposito ad os digito, tanquam ulterius sermonem pro-cedere vererentur; aut cum, quæ dicta erant, iudicta vellent; aut cum ex sermone præsentēs dimitterent, tum πᾶξ dicebant. Scalig.

216 *Ut nunc etiam hic agit*] Sententiam comprehenderunt: Hic, Peri-plectomenes nondum absolvit partes suas, sed etiamnum agit, quod ipsi mandatum est de inveniendâ muliere: id si expedierit, tunc tuæ erunt partes, nempe ut abducas Philocomasimum. Addunt etiam recte ex media histrionum disciplina, atque adeo ex re præsentī suntam similitudinem. Sed errant, quum eam sententiam quærendam putant emendatione, veluti, *Et nunc etiam hic agit; vel luce, ut nunc etiam hic agit.* Satis ea colligitur ex integra veteri scriptura, modo distinguas, *Ut nunc, etiam hic agit,* et τὸ *ut nunc* accipias pro eo quod dicere solent, *ut nunc est.* Cælius ad Ciceronem: 'Cum L. Domitio, ut nunc est, mihi inimicissimo homine.' Cicero ad Att. vii. 4. 'Sed, ut nunc est, a. d. iii. Nonas jam ad urbem cogito.' Gronov.

SCENA II. 5 *Te vocat Palæstrius*] Camer. alter, *te voca;* alter, *te voco.* Quod haud dubie verum. Ut apud Livium, 'Hannibal peto pacem;' apud Suetonium, 'Tantis rebus gestis C. Cæsar condemnatus essem.' Gronov.

7 *Quid sorbet*] Sic Cælius 'soporem sorbilem' vocat, in quo maxi-

mus stertor efficitur. *Mercurialis.*

8 *Sed quia consimile*] Nihil hic mutandum, quod fecit Acidalins. Oratio est abrupta, interrumpente eam Palæstrione. Plena esset, *Sed quia consimile est quod stertas quasi sorbeas:* idcirco dixi stertentem Sceledrum sorbere. *Boxhorn.*

11 *Demisit nardini, &c.*] Scribendum, *dimisit nardini amphoram cellariis:* ita postulante versu. *Nardinum* absolute, pro nardino vino, sive nardo condito: ut 'murrhinum' pro murrha condito. *Salmas.*

19 *Neque ille hic calidum exhibit*] Calidum bibisse veteres tam vinum quam aquam θερμώπλῖα indicant. *Salmas.*

23 *Alii poscam potitant*] Vinum acidum aquæ mixtum pro vili plebecula vœnire solitum; quod *poscam* appellaverunt. Et sicut 'esca' pro cibis, ita 'posca' pro potibus est antiquitus usurpata: 'posculenta' item pro potulentis leguntur. *Mercur.* Sententia est: Alii servorum ebrii sunt, alii miscelli poscam bibunt. *Lips.*

29 *Si falsa dixis loris*] Pro *loris* Mss. *rocio* vel *nocio*, unde *cocio* Lipsius. Fortassis simplicissimum est, *Si falsa dixis, Lucio, excruciabere.* Id autem nomen est pueri, quicum conservus loquitur. *Gronov.*

30 *Delices*] *Delices* legendum cum utroque Mss. quod idem esse cum 'prodere,' 'indicare,' duobus locis monuit Marcellus. In Glossario Pappæ: 'Delicare, deferre; pro quo et *dilicare* dicebant.' Ita enim ibi pro *deligare* est legendum. *Boxhorn.*

32 *Ut tibi qui promat*] Camerariani, *si promptis.* Scribe, *qui promptet.* Et est verbum Plauti. Bacchid. iii. 3. 'Illum meum malum promptare malum quam peculium.' Pseud. ii. 2. 'Siquidem hercle etiam supremi promptes thesauros Jovis.' Gron.

36 *Hui! illecebrose! capite sistebas cadum*] *Huic illecebroso capite sistebas*

*cadum*. Ita editiones quas vidi, non *illecebrose*. Ex responso Lucrionis videtur legi debere, *Hinc illecebra, quassantem sistebas cadum*: nam respondet ille, 'Non hercle tam istoc valide quassabant cadi.' Quo enim hæc responsio nisi ille *quassantium cadorum* meminisset? Paulo post etiam sequitur, 'bacchabatur hama, quassabant cadi.' *Salmas. Hui illecebrose*] Quia Mss. alter, *Hic illecebro capite*, alter, *Hic illi: celebro capite*, admitto *Salmasii illecebra*, ut in *Trucul.* 1. 2. 'Mala es, atque eadem, quæ soles, inlecebra.' Sed magis placet *Hui* quam *Hinc*: minime autem faciendum *quassantem*: cum sit elegantissimum *capite sistebas*, quod Horatio 'invertebas:?' 'Invertunt Allifanis vinaria tota.' *Sticho*: 'Quamvis de subito vel cadus verti potest.' Sed, inquit, Quo responso Lucrionis? At ne ibi quidem legendum *quassabant*, sed *casabant* (nam Mss. alter *cessavit*, alter *cassavit*) aut *quassabant*, est id ipsum, quod priori versu dixit, *capite sistebantur*. Nimirum inclinabantur, evertabantur. *Gronov.*

37 *Non hercle tam istoc valide casabant cadi*] *Istoc* accipiendum *δεικτικῶς*: ut intelligamus, eum gestu aut manu ostendere, se cados haud magno admodum negotio loco movisse aut vertisse: quia sine vi in lubrico loco et levi impulsu casabant, id est, nutabant et inclinabantur. *Quassabant* hoc loco ferri non potest. A cadendo, casare. *Turneb.*

42 *Bacchabatur hama*] Hæc non alio quam ad vorsuram illam antiquitus factitatum, referenda sunt: ut sit sensus: *Hama*, id est, urceus, sive bilibris aqualis illa (ita enim ex superioribus interpretor) propter cados astituta proxime, bacchabatur, id est, Baccharum ritu temetum in se avariter ingurgitantium, vino ex cadis mea comitate largiter defuso, decies sæpe in die complebatur.

Quæ res casantes seu casabundos, id est, cernuum in morem nutantes ac pronos prorsus inclinatosque (proinde ac si ebrii forent) cados effiebat. *Douz. Bacchabatur hama*] *V. C. avia. Lege, aula. Scriver.*

48 *Ne dixeritis huic*] Alloquitur spectatores, sermo autem est implicatus: talis enim videtur ordo verborum esse: Obsecro vestram fidem, ne dixeritis hero meo. Potest tamen et hic esse, Obsecro vos per vestram fidem, ne dixeritis hero meo, ut subintelligatur præpositio *per*, quod minus probò. *Lamb.*

56 *Sed Periplectomenes, &c.*] Hic *Milphidippa*, et *Acrotelentium*, a *Periplectomene* subornatæ *Palæstrionis* mandatu, procedunt: quas prospiciens *Palæstrio* hæc loquitur. Sed *Periplectomenes* nimis lepida forma ducit mulierem, quam mulierem ei mandavi ut duceret. *Lamb.*

SCENA III. 9 *Quin ego me frustra, &c.*] Imo me ipsa destituo et prodo, atque a meis ipsius consiliis aberro, dum orationem tuam, quæ me moratur, ausculto. *Lamb.*

12 *Nam ego multos vidi*] Nihil hic mutandum. Comparatio est deducta ab iis qui per ignota loca iter faciunt: sicut illi, si soli sint, si ductores non habeant, sæpius aberrant a recta via, priusquam repertam habeant; ita qui soli consilium capiunt, sæpius hæsitant, aberrant a recta consilii regione, priusquam veram inveniant. *Boxhorn.*

18 *Ergo istuc metuo, quo venit vobis*] Puto scribendum, *Ergo istuc mihi tu, quo venit vobis faciendum utrumque*. Dixerat meretrix, si quid mulieri faciendum sit male atque malitiose, eam sempiternam memoriam habere; ut contra obliviosæ sunt, si quid illis faciendum sit bene ac fideliter. Respondet *Periplectomenes*, *ergo istuc mihi tu, quo vobis utrumque faciendum venit*. Id est, per quod vobis utrumque venit faciendum: utroque enim

opus habemus, ut in hac re si quid male feceritis, memores sitis : si quid bene, ut memoriam ejus amittatis. Nam id proderit mihi, inquit, malitia male quod facietis ambæ. *Sulmas. Ego istuc metuo, quo*] Legendum est quod, ut vidit Acidalius : nihil præterea mutandum. Dixerat meretrix, mulierem, si malè sit faciendum et malitiose, id meminisse satis ; si bene quid aut fideliter, id facile oblivisci. Hoc postremo captat : Ergo istuc metuo, propterea sollicitus sum, quod venit vobis faciendum utrumque : nempe et male malitioseque, et bene fideliterque. *Nam id proderit mihi, bene fideliterque factum erit, militi male quod facietis ambæ.* Ita quoque recte Acidalius, cui subserviunt Mss. qui *militia non malitia.* Gronov.

21 *Pejora ubi conveniunt*] In editionibus et scriptis legitur, *pejoribus conveniunt.* Omnino amplector Acidalii conjecturam, ut verissimam, legentis, *Mala nulla est meretrix, ne pave, pejora ibus conveniunt.* Mala, inquit, nulla est meretrix, cum sint malis pejores, atque adeo pessimæ. *Pejora ibus conveniunt : ibus* pro iis ἀρχαϊκῶς, et tralaticium. Formulæ sunt loquendi Græcæ, ἐστὶ τι καλοῦ κάλλιον, ἐστὶ τι θερμοῦ θερμώτερον. Ita negat malas simpliciter meretrices esse, cum sint malis pejores. *Sulmas. Pejora ubi conveniunt*] Undecunque sit, (sed videtur esse a Pistorio, quam tamen ipse non intellexit,) hæc lectio sola vera est. Nam quod habent scripti, *pejoribus conveniunt*, aut quod Acidalius conjicit, *pejora ibus conveniunt*, patiuntur quidem sensum aliquem, si sola et extra viciniam suam consideres : sed si totum contextum orationis inspicias, illud unicum, quod primum posuimus, requiritur. Ne formida, inquit, ne pave, dum ne inscientes quid bonum faciamus, *meretrix nulla mala est*, hoc est, male atque imprudenter rem gerit, *ubi conveniunt pejora*, ubi

male faciendum est. Ludit nimirum in ambiguitate τοῦ *mala est*, quod significat, et malefica est et inscite facit opus. Gronov.

25 PA. *Hæc noster esto, &c.*] Ita recte Acidal. hæc distinguit, et Acrotelentio nullo ait modo convenire ; Palæstrioni optime : qui senem laudet, ob conciliatas tam lepidas mulieres : quo facto, mulierem etiam salutet, &c. *Gruter.*

41 *Ubi probus est architectus*] Significatur per *navem* negotium de decipiendo milite : per *curinam* commentum et fallacia, totius denique fabricæ ratio et fundamentum : per *fabros*, Peripl. et meretrices : per *architect.* Palæstrio : per *materiarium*, miles. *Lamb.*

46 *Materiarium*] Is dicitur, qui materiam, id est, ligna ad fabricandum comparat. Et enim κατ' ἐξοχήν Latinis *materia* pro ligno ad ædificandum. Glos. Ἐύλα, *materia.* Pæn. iv. 2. 93. Cæs. B. Civ. ii. 37. Idem lib. iv. 'Quæ naves gravissime afflictæ erant, earum materia atque ære ad reliquas reficiendas utebatur.' Tacit. Hist. iv. 23. 'Perfugæ captivique docebant strere materias in modum pontis.' Lib. v. 20. 'Egressum militem in cædendis materiis operatum turbavere.' Quod uno verbo Cæsar dicit 'materiare.' B. Gall. lib. vii. 'Erat eo tempore et materiari et frumentari, et munitiones fieri necesse.' Gronov.

49 *Cincinnatiatum*] Cincinnis, id est, capillis crispis et calamistratis comptum. Sic apud Cic. 'Cincinnatius ganeo, et cincinnatius consul.' *Taub.*

52 *Potine ut hominem mihi des? &c.*] Quasi dicat : Da mihi tantum hominem : quod ad cetera attinet, otiosus sis : ego curabo. *Lamb.*

55 *Alia cura*] Tu aliam rem, sinas me hæc curare. Ita loquebantur, si quem de re aliqua securum esse juberent.

61 *Probe jam oncratum*] Sic Mœs-

tellar. II. 1. 'sarcinam imponam seni,' id est, gravi cura ac molestia afficiam. *Lamb.*

65 *Datne abs se mulier operam*] Nullo sensu est, *datne abs se mulieri operam*? Quis ferat ita loquentem, si rogatus quidpiam facere promissis additis, ipse respondeat, *Facitne gratis*? Versus sunt septenarii Hipponactei, in quibus quæ ultimam præcedit syllaba semper est producta. Ut statim in principio versus fuit *Milphidippa*: secundus *fallaciasque*: quod ubi non observat Plautus, ibi duas breves pro una longa subjicit: ut, 'meminisse nequeunt, ludificata lepide.' Ita hic, *mulieri operam*, nisi quis *δισυλλάβως operam* malit. Putamus autem vocem unam, quæ sensui integrando est, excidisse ob literarum similitudinem: quod cum factum esset, ex scholio, simul quo versus fulciretur, aliam irrepsisse. Illa est τὸ *mulier*: nam dixerat Acrotelentium: 'detne ab se mulier mulieri operam?' Nempe cum præmium pollicitus esset senex, viris, significat illa, gratinitam operam dare non esse meretricium, sed fœminam fœminæ, id vero decere. Alteram vocem censeo esse *mittam*; quæ per se nulli rei est: quare enim *mittam* potius quam 'dabo,' 'reddam,' 'referam?' et pulchre tale quid intelligitur. Scribe igitur, *Quid tibi ego muneris?* *Ac. Detne ab se mulier mulieri operam?* Gronov.

66 *Confido confaturum*] Terentius Andr. 'Spero confore.' 'Confieri' Lucr. et Virg. Glossæ Papiæ: 'Confieri, compleri, perfici.' *Boxhorn.*

#### ACTUS IV.

SCENA I. 15 *Ingenua, an festuca facta*] Per festucam 'liber' quis fieri potest, 'ingenuus' non potest, nisi quis ante fuerit. Est autem *festuca* idem quod 'vindicta,' nimirum virga prætoris manumittendis a lictore imponi solita. *Douza.*

17 *Nequeas cupidis tui*] Sic *Camerarius*. Mss. alter, *responderet nequeas capiti uti*: alter, *respondere nequeasque cupit uti*. Lege, *quæ cupiunt tui*. Sic *Symmachus* I. 8. 'Jamdudum vestri cupiunt.' *Scioppius*. Sic scen. seq. vs. 58.

18 *Et nupta et vidua*] V. N. Sticho I. 1.

21 *Ad tuam*] Illa una digna est, cuius forma cum tua comparetur. *Ad* hic comparisonem significat. Sic *Ter. Eun.* 'At nihil ad nostram hanc.' *Lamb.*

23 *Demoritur*] 'Demoritur te' dictum, ut 'deperit te,' id est, perditte amat.' Sic infra IV. 2. 48. 'Heram meam, quæ te demoritur.' *Gronov.*

26 *Quæ cupit*] Sine interrogationis nota hæc legenda. Explet *Palæstrio* venuste orationem *Pyrgopolinicus*. Cupio hercle, dixerat ille, si illa cupit. Addit hic: Cupis illam certe quæ te cupit. Nihil ergo cum *Acidalio* mutandum. *Boxhorn.*

39 *Celoæ*] Vide notas *Asinar.* II. I. 10.

42 *Pithecium et spinturnicium*] Quis non videt hoc loco *spinturnicium* nomen esse quadrupedis, turpis figuræ; ut et 'pithecium,' Græci πῆθκον et πῆθκιον, de homine et muliere deformi sæpe usurpant. *Spinturnicium* igitur hoc *Planti* versu est, τὸ σφίγγιον, quod genus simiæ est turpicula facie, et liquet in Græco fuisse, πῆθκιον καὶ σφίγγιον, *pithecium et spinturnicium*. Alibi 'clurium pecus' de turpiculæ formæ puella dixit, id est, simiam. Quod 'spinturnicem' quæ sphinx est, de ave quidam veterum interpretati sunt, ex eo factum videtur, quod Græci alatas sphinges ex fabula pingebant; quas Ægyptii sine alis, ut erant revera. *Salmas.*

SCENA II. 5 *Qui de vesperi vivit suo*] Duæ sunt explicationes, *Durantii*, qui intelligit grassatores nocturnos, et *Lambini*, qui sua quadra viventes, quibus domi victus est, nec

opes alienas expectant: quales plerumque sunt curiosi de rebus alienis, cum ventri non metuant, si sua in re sunt omissiores. Pejorem adoptarunt: nam verior haud dubie posterior. Sic Rudente 1. 2. 'si tu de illarum cœnaturus vesperi es.' Huc facit in Trucul. 1. 2. 'Nimis otiosum arbitror hominem esse te. Di. Quianam arbitrare? As. Quia tuo vestimento et cibo alienis rebus curas.' Hieronymus ad Eustochium: 'Inter hos sæpe sunt jurgia, qui suo viventes cibo, non patiuntur se alicui esse subjectos.' Gronov.

7 *Domo si ibit, &c.*] Mendosus locus est. Scribendum puto, *Domo si ibit hac, dum huc transibit, quæ hujus cupiens corporis est.* Sententia est: Non mihi modo, sed et heræ meæ metno, si domo hac via eat, dum huc ad militem Pyrgopolinicum, ejus cupiens corporis est, vult transire. *Boxhorn.*

10 *Haud cinerem quæritant*] Lutum et sordes ad hunc locum adfert, qui tantopere alios contemnit. Legendum scilicet, *Hujus sermo nos, haud cineres quæritat.* At quomodo convenit huic orationi subjecta ratio? *quia enim loquitur laute et minime sordide.* An quia mulier aliqua loquebatur laute, necessario quærebat militem et servum militis? Dein quæ similitudo inter nos et cineres? Verissimum quod a Sibero dat Taubmannus, quo tanquam eluantur et nitidentur, ut solent hodieque vasa ex orichalco: quippe jam sic tersi et splendidi. Sed obnucciat Gruterus, se ignorare et multos cum ipso vasa ex orichalco nitidari cinere. Captavit vocem *orichalco*; quod acceperant illi pro ære. Hoc igitur nos non commoveat: videmus enim quotidie. Arnobius lib. vii. 'Lavatio Deum matris est hodie. Sordescunt enim Divi, et ad sordes elucidas lavantibus aquis opus atque adjuncta habent cineris frictione.' Sed et capillos mu-

lieres rutilabant cinere: unde 'cinfiones' et 'cinerarii.' Val. Max. 11. 1. Gronov.

14 *Oculis tuis? Py. Video id, &c.*] Puto legendum, *Py. Video, idque credo tibi: Eccum hæc elocutam.* PA. *Illam autem absentem? Py. Subigit me ut amem, &c.* Decoram in libidinoso milite servans Plautus, facit eum ad conspectum ancillulæ statim adhinnire: quem reprehendens quasi Palæstrio, Minime gentium, inquit, tunc ut huic te des prinsquam illam absentem videris? *Lips.*

15 *Cum hæc locuta*] Ita ultimæ edd. Ex vestigiis Mss. legendum puto, *Cum hæc locutam illam antumem absentem, &c.* Quasi dicat: Cum ea quæ jam dixit et de me prædicavit ancilla, heram dixisse antumem, licet absentem, ejus velut interpretis est ancilla, subigit me ancilla ut amem. Quod et de ancilla et hera accipi poterat. Est enim ambigua oratio. Plane id confirmat, quod sequitur Palæstrionis responsum: hercle hanc, id est, ancillam, tu non amassis. *Boxhorn.* Lectio vulgata mihi proba videtur, quæ etiam habetur in Mss. Camerarii. Vaticani codices, ut ex multis mihi constat, longe sunt deterioris notæ quam illi Palatini. Optimus autem sensus ex vulgata elicitur. Visa ancilla ejus quæ fugebat se amare militem, eam sibi adlubescere is dicit. Quid, inquit Palæstrio, an priusquam illam oculis tuis? scilicet videris. Respondet miles, 'Ideo id, quia credo tibi, cum hæc locutus.' Non expeto, inquit, eam videre, quia facile credo tibi talem esse, ut narrasti. *Cum hæc locutus*, pro, cum hæc de ea ac de ejus forma locutus es. Addit deinde, 'Illa autem absens adigit me, ut amem hercle hanc quidem.' Cum illa absens tam amari digna sit, ut illam vis videri, subigit me ut eam amem quoque quæ ab illa venit, quam illa ad me misit. Hæc argutia fuit

stulti militis, quæ non apparet in iis lectionibus, quas commenti sunt viri docti. *Salmas.*

25 *Cedo signum, si harunc Baccharum es*] Ritus observandus: et est allegoria a sacris Bacchi, quæ erant reconditissima; neque ulli, nisi sacris ejusdem initiato, cognita. Sic Apul. in Apol. c. 1. 'Si qui forte adest eorundem solemnium mili particeps, signum dato.' Arnob. 'symbola' appellat; Clem. Alexandrin. *συνθήματα*; Apuleius etiam 'memoracula.' *Taubm.* Ex hoc ritu apud Min. Felic. Cæcil. ait de Christia: 'Occultis se notis et insignibus noscunt.' *Gronov.*

27 *Ex procliro*] Q. d. facillimo negotio omnem mili rem aperuisti.

30 *Sic*] *Δεκτικῶς*. Et nota orationem militi glorioso convenientem. *Taubm.*

34 *Redeo ad te*] Ad Milphidippam scilicet.

46 *Pulcher*] Erat cognomentum Clodiorum, quo distinguebantur a Marcellis in gente Claudia, qui erant plebei, non patricii.

52 *Non hercle humanum est ergo: nam volturio, &c.*] Mili omnis joci argutia in ambiguitate sententiæ videtur consistere. Ambiguitas vero in vocibus illis duabus est et *volturio*. Nam cum videatur dicere, *Volturio* plus humanitatis inesse, quam glorioso huic; aliud longe diversum salse significat, primum in casu *τοῦ volturio* comice ludens, qui tametsi pro dativo positus existimari possit, tamen nominandi casus intelligendus; ut sit, *volturio, volturionis*. (Sic 'lanio' et 'lanius;' sic 'longurio' et 'longurius;' aliaque multa.) Deinde est haud quidem pertractate aut simpliciter, verum pro *edit* positum accipere debemus; innuitque, vulturium plus humani, id est, humanæ carnis (interim dum in cadaveribus depascendis deditus est) rostro vellicatim carpere, quam Pyrgopolinice possi-

dere: sententia nimix verisimilitudinis ergo, quamvis urbana vel ridicula potius. *Douz.*

58 *Detuli huic*] Scil. Palæstrioni. *Qui porro*] Scil. tibi traderet.

67 *Huic verri*] Porco non castrato; cui opponitur 'majalis.'

68 *Non hic suo seminio quamquam porculam, &c.*] Porculam sui seminis hic verres admissarius participabit. *Lucr. lib. III.* 'suo cum semine seminioque.' *Seminium* hic et semen et proles esse potest. *Turneb.*

74 *Quid ego? ut sublecto os*] Quam scite ei palpando os demulceo? *V. N. Cas. v. 4.*

79 *Quod quæ te volt*] Ita restitui ex ambigua scriptura *Mss. sec. Quod ipse vult eundem*. Alter, *Quodque te volt eadem*. *Gruter.*

82 *Huc abs te avorti*] Pro illis *ob eam causam huc abs te avorti*, una littera adjecta putem legendum, *ob eam causam hunc abs te avorti*. Id est, hunc militem, abs te avorti, ut possem tibi hæc dicere secreto. *Salmas.*

85 *Meri bellatores*] *Merum*, quid sit, aut eo ut veteres usi, paucos reperias, qui intelligant; nullum, qui explicarit. Putant vulgo nihil esse aliud quam 'solus;' et errant. *Merus* igitur a linguæ Latinæ auctoribus ponitur pro vero, præstanti; non ficto, aut simulato: pro insigni, vehementi. Ita 'merum lac' in *Lucret.* est recens, bonum, purum putumque. *Cic.* 'scelera mera loquuntur.' *Idem*, 'meras proscriptiones, meros Sullas attendere.' *Idem*, 'meram bilem, mera monstra nunciare: meros principes e schola *Isocratis* exiisse: quæ locum tentarunt scioli. 'Meros bellatores' dixit *Plautus*. Hoc autem totum a Græcis sumptum est, apud quos admirabili venustate *ἄκρατης* ponitur: *ἄκρατος ὄργη, ἄκρατον ψεῦδος, &c. Gifan.*

92 *Viva*] *Ἰδιωτισμὸς* hominis ab aliqua re abhorrentis. Cum enim molestam sibi fuisse alicujus garrulita-



tem volebant indicare, dicebant se adeo fuisse enectos. Sic Horatius metuit, ne a suo illo garrulo enecetur. Ita θάνατον sive morbum sibi esse dicebant rem audita molestam. Sophocles, ὄμοι θάνατος μὲν τὰδ' ἀκούειν. Cicero sæpe 'mortis instar putare,' &c. *Cusaub.*

96 *Ut cor ei saliat*] Id germanum censeo; ut alludat ancilla ad id, quod servus dixerat, 'cordate;' in amore autem vehementi cor subsilire solet. *Lips.*

101 *Jube maturate illam*] 'Maturate properare' est festinationis moderatæ, ut 'lente festinare,' tardioris maturationis, quod commendabat Augustus c. 25. Sueton. *Mercer.*

SCENA III. 8 *Tempus maximum*] Id est, ultimum, post quod nulla superest alia occasio id agendi, de quo agitur. Tacitus Agric. 'Imponite expeditionibus magnum diem:' 'Magnum diem,' hoc est, ultimum, supremum. *Bozhoru.*

13 *Ecquid fortis visa est*] Quare pulcer inspiretur, ratio declarat. Fuit enim Græcum πολύχειρ, id est, fortis: sic omnium doctissimis ποῖα Æn. vii. 656. 'Satus Hercule pulcro Pulcer Aventinus.' Igitur Romani, qui omnia ponent in fortitudine, cum demum bonum et formosum putarunt, qui esset fortis. Itaque fortis quoque pro pulcro positum est apud Plautum hoc loco, neque sine ratione: exemplo enim Græcorum factum est, qui καλὸν æque et formosum et bonum significarunt: at bonus, fortis est; malus autem κακὸς, imbellis: unde 'caculæ,' qui in numero militum non essent, παρὰ τὸ χάζεσθαι, quod est cedere: Χάζεο Τυδείδῃ. *Scaliger.* Vide etiam notas Bacch. II. 2.

32 *Per gratiam bonam abeat*] Sic JC. dicunt, matrimonium dissolvi bona gratia: ἀγαθῆ χάριτι, bona venia, amicabile separatione, μετ' εὐλόγου αἰτίας: sine querela, ἀνε μέρους.

37 *Demutare*] Id est, alius esse

quam qualem eum esse dudum dixi. *Taubman.*

SCENA IV. 4 *Qui enim non sum dignus*] Tantum abest, ut architecti nomen merear, tecum comparatus; ut dignus non sim, qui palum figam in parietem: quod tamen quisvis potest, etiam architecturæ imperitus.

6 *Derucinavit*] Vide notas Capt. III. 4. 108.

12 *Se ut abeat*] Sic in Prologo Mercatoris, 'Quem navi abire vetui.' Frustra ergo ille conjector, sed ut abeat. Gronov.

17 *Poterit hujus*] Laudo judicium Jani Guil. qui ὑποστιγμῆν collocat post hujus. Nihil hujus rei, inquit, quam struimus, confici poterit, nihilque hujus auferri, si miles dolos olfecerit: quare nunc cum maxime dolis utendum est caute. *Acidal.*

30 *Nisi modo unum hoc*] Scil. ad das velim. *Ædes dicas dotales tuas*] Ex quo factum, ut, soluto jam matrimonio, ad te reversæ fuerint.

38 *Expolitum*] V. N. Asin. v. 2.

42 *Causiam*] *Causia*, pilens latas oras ac margines habens, ad prohibendum solis æstum: a καίω, incendio, uro. Val. Max. v. 1. 'Causea, qua velatum caput suum more Macedonum habebat, texit.' Suidas: Κανσία, εἶδος πύλου βαρβαρικού. Et notetur habitus naucleri. *Culcitam*] Tomenta proprie sunt ex ciliciis pilis: borram vulgo vocamus: iis igitur tomentis aut ciliciis pilis implebant culcitas. Tamen olim, ut etiam hodie, culcitæ inferciebantur acere, et glumis spicarum. Et quicquid omento inculcabant, vocabant 'culcitam:' unde ei nomen. Itaque 'centunculum,' quod Diosc. πικνημα vocat, id est, pulvillum, culcitam appellat hic Plautus. *Scaliger.* Jabet ut oculi vitium simulet: nam id genus hominum lanæum paniculum oculis prætendebat: qui mos etiam hodie obtinet; dicebanturque 'lanoculi.' Festus: 'Lanoculus, qui lana tegit ocu-

li vitium.' *Meurs.*

44 *Exaffilato*] Recte se habet, *expapillato brachio*: quam scripturam etiam agnoscit breviator Festi his verbis: '*Expapillato brachio*, exerto, quod cum fili, papilla nudatur.' Quod in quibusdam veteribus glossis ac libris legitur, *exaffilato*, ex mendo est, ut cum 'trofæum' pro 'tropæum' scribitur. Apud Placidum in Glossis scribitur *exaffilato* pro *expapillato*. Apud eundem Festi abbreviatorem *effafilatum* corrupte pro eodem legitur, quod a 'filo' deducit, quod omnes 'exerto brachio' sunt exfilati, id est, extra vestimentum filo contextum.' Quod ineptum mihi videtur. Non enim *effafilatum* potest deduci a filo, nisi legatur *exaffilatum*. In eadem significatione positum apud eandem reperitur 'exinfulatum,' 'exinfulabat,' inquit, 'exertabat. Infulas enim sacerdotum filamenta vocabant.' *Sabmas.*

52 *Pictura*] Fallacia in militem struendæ descriptio. *Lamb.*

60 *Celebre apud nos*] *Celeber* in nonnullis veteribus glossis expouitur, 'prior,' 'primus.' Vult ergo, primo loco sibi esse imperium Palæstrionis. Sed an male legeretur, *celere*? Quasi dicat: Nos tibi imperanti nequaquam in mora futuri sumus: celeriter tuum præcipientis imperium exsequemur. Cogitent eruditi. *Boxhorn.*

SCENA V. 4 *Ut lenta materies fuit*] Verum quidem est, *lentum* Latine nonnunquam dici, quod flexibile et sequax est. Recte Papias in Glossis: '*Lentum*, molle, tenue, et quidquid flexibile est.' Sed nemo facile verum esse credat, quod tamen est verissimum, postremos Plauti interpretes *lenta* ea significatione hic accepisse. Miseret me ἀβλεψίας. Quanto rectius Lambinus? Ut longum negotium fuit! Nec aliud voluisse Plantum, versiculus proximus satis ostendit. *Boxhorn.* *Ut lenta materies*

*fuit*] '*Lenta materies*' est quæ tarde expeditur. Sic Cicero: '*Teneris illa lentum negotium*?' quod recte adhibuerant interpretes. Sed adjece- rant alia quæ parum hinc faciunt. *Gronov.*

10 *Oppressit*] Pervicit, ut te secum abduceret.

SCENA VI. 5 *Locuta, &c.*] *Secuta* temere interpolatum a doctis viris, cum sit probissimum. Nam 'seco' et 'sequor' antiqui pro 'dicere' usurpabant: hinc 'sequester' et 'insequo.' Livius Andronic. '*Inseque, Musa, virum versutum.*' Ovid. Met. XIII. '*Refer, o carissima, dixit: Neve tui cassam tege, sum tibi fida, doloris. Nereis his contra resecuta Crataïde natam est.*' Dixit 'resequi,' ut Sabini 'reloqui.' *Meursius.* Sic etiam Livius de Cicerone: '*Vir acer, magnus, memorabilis fuit, ut in ejus laudes sequendis Cicerone laudatore opus fuerit.*' Et Ovid. Metam. VIII. 865. '*Illâ Dei munus bene cedere sensit, et a se Se quæri gaudens, his est resecuta gauden- tem.*' Id est, respondit. Hoc a Græco ἔσπετέ μοι μούσαι. Dicitur autem ποίτιν ἔσπομαι pro ἔπομαι, et ἔπω vel ἔσπω, *facio aliquem sequi*, quod faciunt qui præeunt sequentibus; sic qui alicui verbis præeunt, quasi dic- tantes ἔπειν dicuntur. Latini veteres 'insequere' dixerunt. Vide Gell. XVIII. 9. *Gronov.*

10 *Per epistolam, aut per nuncium*] Nescio cur viri eruditi *regem* hic dici velint κατ' ἐξοχήν *regem Persarum*. Reges, aut regia potestate, omnes per epistolam, aut per fere nuncium adibantur. Tacit. Annal. IV. de Tiberio: '*Moris quippe tum erat, quanquam præsentem, scripto adire.*' Apuleius de Deo Socratis: '*Inter homines, qui fortunæ munere opul- tentia elatus, et usque ad regni muta- bilem suggestum et pendulum tribu- nal evectus est, raro aditur, et longe remotis arbitris in quibusdam digni-*

tatis suæ penetralibus degit.' Sic et majestati et securitati consuli credebatur. *Bozborn.* Quasi regem] *Regem* hic dicit Plautus κατ' ἐξοχήν regem Persarum, quem per epistolam aut per nuntium adibant: ut vulgo notum. In hoc autem Ἑλληνίζει: nam Græci βασιλέα ἀπλῶς τὸν Πέρσην appellabant. Sed et μέγας βασιλεὺς dicebatur. Scio tamen reges dictos πλουσίους καὶ εὐδαίμονας: sed hic nullum locum habebunt. *Brisson.*

26 *Consciscam letum*] Hoc ipso summam præ se fert amoris vehementiam. Eodemque mimo fœmiuæ hereditatæ, a Simone neglectæ, minantur sibi se illaturas necem, ut refert Lucianus in Somnio.

29 *Expectet*] 'Expectare aliquem' est ad alienum arbitrium se componere, sua tempora ex temporibus alterius disponere. Sic *Mostell.* 1. 3. 31. *infra* 1v. 9. 9. *Pœn.* 1. 2. 149. Nec secus *Terent.* *Eunuch.* 1. 2. 'Me somnies, me expectes, de me cogites.' *Gronov.*

32 *Phaoni Lesbio*] Quem perditæ amavit Sappho: et ob cuius in Sicilia tum peregrinantis amorem, ex Leucate Epiri promontorio in mare præcipitem sese jactavit. Cujus epistol. molliss. legere est apud *Ovid.* numero *xxi.*

33 *Eo intro*] Loquitur non ut quæ introit, sed quæ gestit introire. Ita supra dixit miles, 'properando excrucior:' non quod properaret reapse, sed quod vellet. Non ipsa *Acrotelentium* it, sed ire ancillam jubet, ipsa interim ire gestit. *Acidaliun* ergo vulgatam lectionem incusantem mutantemque non audio. *Bozborn.*

41 *Nam odore nasum sent.*] Ita *Mss.* 'Sagax nasum,' *Curcul.* 1. 2.

50 *Nepos sum Veneris*] Hæc enim formosos et fortunatos atque adeo venustos facit amatores. Vide *infra* act. v.

56 *Linguam oculi præciderunt*] Eleganter. Nam in amore, cum oculi cupide, quod amant, intuentur; non solum meus, sed etiam lingua obmutescit: ita fit, ut quasi præcipi et præcidi verba ab adspectu videantur. *Lips.*

67 *Ornatu thalassico*] Id est, marino. *Supra* scen. iv. dixit, 'ornatu nauclerico.'

SCENA VII. 6 *Mitto jam*] Ita restituo e *Mss.* Objicit *Achilli*, quod desiderens apud naves Græcorum, civium perniciem non averteret. *Gruter.*

10 *Quæ mora est æque mora*] Mirum sane postremis *Plauti* interpretibus placuisse *Palmerii* sententiam, tradentis hic medio versu *mora* longa priore poni, itemque significare quod *stulta*. *Morum* illud plane et stolidum est. *Mora* vocabulum identidem hic repetitum, idem significat. Sententia venustissima est. Mulier, dum moratur semper, ex ipsa mora nata videtur. Si quæ mulieris causa mora sit, major vulgo creditur, quam quæ, licet non sit minor, viri, aut alterius alienjns rei gratia affertur. *Bozborn.*

26 *Nam si abstinuissem amare*] Jocus elegantissimus, et *Plantino* dignissimus ingenio. Nam cum *Plensides* oculum sibi lavum, ne agnosceretur, obligasset; interrogatus a milite, cur id faceret, urbanissime respondet, se id maris causa facere. Nam, inquit, si a mare abstinuissem, eo æque atque altero uterer. Ludit autem militem ambiguitate vocabuli: cum enim dicere videatur duabus vocibus, Si a mare abstinuissem; non id dicit; sed si amare abstinuissem: revera enim amor ipsi in causa fuerat, ut eo oculo minus uteretur; aut saltem ita fingeret. *Mare* autem sexto casu usitatum. *Ovidius:* 'Libyco de mare carpat aquam.' Idem *Trist.* 111. 2. 'Exiguum pleno de mare carpat aqua.' Et de *Ponto* 1v. 5. 'Euxino de mare vertet iter.' *Muret.*

SCENA VIII. 14 *Neque*] Mæcha hic

est, aut potius adultera, Lambini interpretatio. Legitimus sensus talis est: Cum ipse diceret miles, nimis eam flere; illa hoc ait: Non posse nimis se flere, ubi illum talem virum videat ultimo; et cogitet amplius non videndum. *Acidal.*

20 *Tene mulierem*] Cum enim Philocomasium se exanimatam esse simularet, Palæstrius hortatur militem aut Pleusid. ut eam retineat; ne ad terram gravi casu allidatur. *Lamb.*

23 PA. *Malo merum: ne interveneris quæso, dum respiscit*] Non video, quomodo *τὸ merum* hic locum habere possit. Itaque ejiciendum censeo, ut spurium; præsertim quia Gruterus affirmat vocis *meri* nullum exstare vestigium in libris Mss. habent illi, *malo ne interveneris quæso dum respiscit*: quæ hand dubie vera est lectio. Sententia est: Cum Philocomasium tua causa animi deliquium passa sit, ne intervenias, dum malo, dum a deliquio respiscit, et ad se redit; ne te conspecto iterum animo linguatur. *Boxhorn.* In Mss. neque *merum* est, neque *ipse*, quæ in vulgatis. Et facile admitto scripturam veterem; sed tam *malo intervenire*, quam *malo respiscere* displicet. Fingit servus, quum nescio quid se malle vellet dicere, interrumpi orationem suam, dum accedit miles, et ipse eum properat monere, ne quia conspectus ejus mulierem exanimavit dolore discidium, rursus illi se offerat miles, prorsusquam ad se redierit, ne prorsus moriatur: revera autem sentit, malle abesse militem, ne minus patefiat. *Gronov.*

26 *Spiraret, an non. Pv. Aurem admotam oportuit*] Mihi proba videtur lectio Gruteriana editionis, *aurem admotam oportuit*, sive ex libris illa sit, sive ex conjectura. Philocomasium simulaverat animi deliquium. Ex ea occasione osculabatur eam Pleusides, labra labris ejus jungens. Non placere hoc sibi ait miles, qui jam suspicabatur aliud agi quam quod simu-

labatur. Ut excusaret factum Pleusides ac tegetet, dicit se tentasse spiraret an non. Respondet miles, nam persona ejus hic reponenda est, *aurem admotam oportuit*. Si hoc tentare volebas, oportuit aurem admotam ori ejus, non os nec labra. *Salmas.*

34 *Lux salve*] Philocomasium, tantquam ad se rediens, et lacem diei, cujus usuram videbatur amisisse, revisens, hæc loquitur: quod solemne iis, qui ex deliquio animi sibi restituntur. *Lamb.*

39 *Nos secundum ferre*] ‘Secundum ferri’ dicuntur, quæ a servis sectatoribus feruntur: ipsique pueri a pedibus, ‘secundum ire,’ *Amph. 11. 1. Palmer.*

47 *Hæc mihi*] Latet insigne mendum: nam membranæ concorditer *harum*; tantum agnoscitur. Et vero hæc vox suspirioso cum fletu effe-renda: aut aliud quid excogitandum. *Gruter.*

50 *Amisi omnem libidinem*] Ridicule voluntatem aut rationem dixit ‘libidinem:’ nam ‘libido’ est rationis expers voluntas. *Lamb.* Latet hic jocus a nemine animadversus. Miles hortabatur Palæstrionem, postquam cum scorto Philocomasio abiret, ut bene se gereret, prout deceret frugi servum: ille nequiter ludit, tanquam de Venere loqueretur, respondetque, non posse se; amisisse enim omnem libidinem. Fuit autem Romæ ‘Venus Frugi,’ cujus templum Frucinal sive Fruginal, apud Festum, &c. Venus vero Frugi ea est, quam veteres honestis amoribus præsidere credebant: quam *Ὀὐραλίαν* Gr. nominabant. *Meurs.*

53 *Ne me deseras*] Ut mihi victum et cultum præbeas. *Lamb. Non est meum*] Scilicet, bene meritos deserere. *Lamb.*

57 *Scies: imo, &c.*] Non aliud puto mutandum in hoc versu, nisi quod interrogatione scribendum: *Scis? imō hodie verum factis fuxo post dices magis.*

Quem hodie verum esse comperisti, faxo magis postea ita esse factis dicēs. *Verum*, id est veriloquium et veracem. Atque ita accipiendum etiam in præcedente versu: 'Scio, et perspexi sæpe verum, cum antehac, tum hodie magis.' Ut apud Terentium, 'verum scias.' *Salmas. Scies: imo hodie*] Nilhil mutari velim. Primum *Scies*, inquit, scilicet cum tempore, quam tibi fidelis fuerim. Postea hoc quasi corrigens: *imo hodie*, vel hoc ipso die, id *verum factum esse post dicēs magis*. Et plane contrarium sentit servus ei, quod miles putat. Experiatur enim nihil infidelius illo sibi servo fuisse. *Gronov.*

SCENA IX. 12 *In statu stat senex*] Facete alludit ad modum, quo gladiatores se componebant, et colligebant in arma, insigni cura sui defendendi, alterius petendi. Quam ex arte posituram vocabant 'statum.' Sic Petron. de ann: 'statum præliantis componit:' hinc illud, 'stare in statu,' 'stare in gradu.' Petron. 'Ego intorto circa brachium pallio, composui ad præliandum gradum.' *Alusit D. Hieronymus ad Demetr.* 'Quasi in procinctu et acie stemus semper ad pugnam. Vult nos loco movere hostis, et de gradu decedere: sed solidanda sunt vestigia.' *Lucifer. Caralit.* 'Vovimus Christiani, nec prosperis nec adversis de gradu dimoveri.' *Lips.*

## ACTUS V.

6 *Ut faciam*] Ut faciam ei pendere abdomen, seu caudam salacem, (nam hanc forte, quæ stat in imo ventre, per abdomen significat) quemadmodum pendent puero in collo crepundia. *Victor.*

7 CA. *Haud etiam numero*] Pessime hoc vulgo interpungitur. Ait, Nondum periisti: numero hoc dicis: præmature perisise te dicis, prænt peribis. *Acidal. Numero*] *Numero*, pro 'nimium cito,' cur dictum sit anti-

quitus, patet e *Macrob. l. ii.* ubi scribitur, 'His geometricis rationibus applicatur natura numerorum. Et *Movàs* punctum putatur: quia sicut punctum corpus non est, sed ex se facit corpora; ita *Movàs* numerus esse non dicitur, sed origo numerorum,' &c. Atque hinc 'Puncto' aliquid et 'Numero fieri,' dictum est; ac pro iisdem plane usurpatum: indidemque natum fortasse etiam verbum illud vetus, 'Ingenium habere in numerato.' *Douza.*

14 *Dispendite*] In Italia perticis metabantur antiquitus agros: *Propertius iv. l.* 'Abstulerat misera pertica tristes opes.' Barbari vero funibus; ut est in *Sacris Literis*, et apud *Herodotum*. Postea hunc funem etiam Romanis 'arvipendium' nominatum invenio. In vet. *Glossario* peroptimo exponitur *σχοῖνος γεωμετρικός*. Quare cum in *Gallia* diceretur 'Arpennium' pro jagero, non puto magis Gallicam vocem esse, quam Latinam Gallis receptam, quasi 'arvipennium.' Sic *Plauto* 'dispendere,' hoc loco, pro 'dispendere.' *Scaliger.*

16 *Nondum nihili factus*] Nondum eviratus, seu castratus es. Ex hoc loco intelligere licet, eunuchos, spadones, et similes, qui virilitatem, sive (ut *Phædrus* loquitur) corpus amiserunt, esse homines nihili. *Rigall.*

17 *Conciliatrix*] Proprie. 'Concilio' in re lenocinii usurpant etiam *Petronius* et *Ovid.* 'Non me nupsisti conciliante seni.' Unde et 'conciliatrix,' pro 'adductrice,' id est, lena seu stupri sequestra, comicis frequentata.

21 *Per Dianam*] Editio vetus, *per Venerem et Martem*: et vero *Diana* hec non convenit. Totus enim decor in eo est, quod putidus iste mæchus post verbera et verba ignominiosa, retineat adhuc arrogantem eam præsumptionem pulcritudinis ac fortitudinis; eaque propter per Deos

earum præsidēs jurare pergit. *Taubm. Lege, Juro Nerienem et Martem. Trucul. 11. 6. 34. P. Scrv.*

23 *Et si intestatus, &c.*] *Ludit in ambiguo significato verbi intestatus et instabilis. Potest enim accipi pro eo, qui testiculis privatus est; et qui propter frandem aliquam capitalem, quam admisit, neque testis alteri esse, neque testes in sua re adhibere, neque testamentum facere potest. Sic instabilis alibi in Plauto est ἀτελής: ut contra τέλειος, ἔνορχος. Lamb.*

29 *Aliter hinc a nobis*] *Oratio inter*

*minas imperfecta: intelligitur autem, 'Non abibis.' Camer.*

31 *Antequam amittis*] *Visne, Periplectomene, ut etiam vapulet, priusquam eum missum facis? Et est venusta allusio in 'mittis' et 'mitis;' quod hic positum, pro eo quem Græci dicunt πέποινα. Camer. De verbo 'amittere' vide etiam notas Capt. 11. 2. 82.*

41 *Scelus viri*] *Exitus comædiæ hujus commistus est, lætus simul ac mæstus; ut Asinariæ, Casinæ, ac Persæ: item Phormionis Terentianæ. Scaliger.*

## MERCATOR.

ARGUMENTUM I. 6 *Eum putat uxorem illius*] *Mss. Pall. uxor sibi. Veteres edd. computat uxor sibi. Academicus, Cum putat uxor sibi. Lege, ad se simulans vendere, Tradit vicino: quem putat uxor sibi: nam ad se simulans recte vidit Camerarius dictum pro se adsimulans: ut act. 1. sc. 2. vs. 39. 'Vin' tu te mihi ob esse sequentem?' quod est, esse obsequentem. Truculento 1. 2. 'Ad fores auscultato, atque serva has ædis.' Gronov.*

ARGUMENTUM II. 12 *Protelat virum*] *'Protelare aliquem' longe propellere explicat Festus: ex Græco videlicet τῆλε, quod significat longe. Terent. Phorm. 'Ne te iratus suis sævidicis dictis protelet.' Turpil. Lemniis: 'Propter peccatum pauxillulum indignissime patria protelatum esse sævitia patris.' Sisenna Hist. 111. 'Romanos impetu suo protelant, protelatos persequuntur.' Idem lib. 1v. 'Duæ cohortes de subsidio procedunt, atque equites protelant.' Dicitur a protelo, quod Gloss. explicat ζεύλαμπρον, vel ἔξαμπρον, quasi ζεύγλη ἀμπρόευμα, vel ἀμπρόν: et signifi-*

*cat lorum vel funem per juga tentum, quo boves religantur ad onera trahenda: aut est lignum, quod eorum cervicibus imponitur. Sic explicant Glossaria: sed existimant potius docti, 'protelum' nihil aliud esse, quam tenorem in ducendo quandam, tractumque longum et continuatum. Gronov.*

### ACTUS I.

SCENA 1. 1 *Duas res simul*] *M. Ant. Muretus hoc reprehendit, quod is ipse adolescens, cuius primæ partes in fabula sunt, fabulam eam esse confitetur, et tum Græci tum Latini poëtæ nomen eloquuntur, et attentionem a spectatoribus postulat: itemque, quod in Cistellaria tum demum προυλόγησε, cum jam inter se multa locutæ mulieres essent.*

4 *Qui aut nocti aut die*] *Ut nutrix Medææ, apud Euripidem; et Electra, apud Sophoclem. Tale est illud in Theogneti Comici Phasmate, apud Athen. γῆ καὶ οὐρανῶ λαλεῖν, frustra verba facere, &c. Victor.*

7 *Non tanti facere*] *Δεικτικῶς gestu*

exprimendum. Ita sola verba non possunt mentem hujus versus exprimere, nisi adjuventur gestu. *Taubm.*

15 *Atque advortendum*] Mss. *Atque advortendum ut an.* Lege, *Atque advortendum ad animum.* *Acidal.*

16 *Et hoc parum, &c.*] Ad rem ipsam attendenti et sententiam, quam locus postulat, vestigiaque ipsa veteris scripturæ, ita mihi hi versus deploratissimi constituendi videntur: *Et hoc, parum etsi morem amatorum institi, Promere perconatus, sumque index illico.* Sic sensus et versus constant. Pro *etsi* scriptum erat *etse*: unde *esse* postea factum a librariis. Pro *perconatus*, quod minus obvium, scriptum est ab iisdem *percontatus*. Deinde cum illud verbum *promere* non convenire videretur cum illo *percontatus*, pro eo fecerunt *per me*. Sententia loci nunc plana est: *Etsi, inquit, parum morem amatorum institi non solum declarando quomodo in eum amorem inciderim, sed etiam detegendo ac promendo omnia, quæ insunt in amore, vitia; id facere tamen perconabor, et index illico horum omnium ero. Legendum esse perconatus, sequentia indicant: 'Istuc reverti certum, ut conata eloquar.' *Salmas.* *Et hoc parum etiam*] Dixerat se facturum secus atque in aliis fiat comædiis. Huc respicit τὸ *Et hoc*. Præter illud prius, hoc quoque novum faciam, nec ut alii amatores. Si pro *etiam* placeat *ecce*, licet: nam in utroque Mss. *esse*, ut et in membranæ Academiæ nostræ: quo codice nunc demum incipio uti. Deinde scriptus alter, *per me perconatus sumque inde exilio.* Forte, *Per me proæmiatus sum inde ab initio.* Non enim ipsam primariam personam amores suos narrantem in prima fabula inducere solent comici, sed alium quemcunque, qui prologum faciat. 'Proæmiari' et apud Plinium minorem est. *Inde ab initio*, ut alibi, 'Inde a principio.' *Pseud.* iv. 2. *Gronov.**

21 *Magno atque solido multat infortunio*] Sic in Fabulis Milesiis de Asino Aureo, 'Paveo et formido solide,' hoc est, vehementer, admodum. *Ter. Andr.* iv. 1. 'gaudium solidum,' id est, magnum et integrum. *J. Guil.*

23 *Rcs*] Id est, census. *Douzu. Elegantia*] Et hic, et alibi interdum, in vitio ponitur *elegantia*, pro nimia cura sumptuque in cultu et victu superfluo. *Gronov.*

25 *Insomnia*] Capio pro visis nocturnis, ut Græcis sunt ἐνὸπνια; quibus amantes terreantur. *Passer.*

32 *Attingunt*] Id est, attinent: ut *pertinent* Latini, pro quo vulgo male *perlingunt*. *Nec sunt usui hæc*] Veteres editi, *nec suntus videt Tum amator*: ut et *Academicus. Camerariani*, alter, *nec sunt fidi tam amator*; alter, *nec sunt usuidi tam anator*. *Scribe, nec sunt usui di-Cta, amator profert.* *Nec novum Plauto novum versum a secta voce incipere. Gronov.*

38 *Eodem, quo anorem, &c.*] *Venus eodem die me fecit multiloquum, quo amatorem. Camer.*

44 *Leno importunus*] *Aptum lenoni epitheton.* 'Importunus' enim est, qui alios quiescere non sinit. *Isidorus*: 'Importunus, inquietus: quia non habet portum, id est, quietem.'

47 *Lenonum expromere*] *Post hunc versum restituendus in locum suum, qui vulgo est 53. Amorem multos illexe in dispendum.* *P. Scriver.*

52 *Omnes tenerent mutuitanti credere*] *Omnes abstinerent, caverent et parcerent credere pecuniam volenti mutuo sumere.* Ita enim veterissima quæque editio habet *mutuitanti*. Recte: nam hujusmodi verba præter eam quæ omnibus nota, frequentandi significationem, etiam cupiditatem interdum et conatum notant. Certe 'venditare' est venditionis causa ostentare, vendere cupere, apud *Cic.* Ita hic *mutuitanti*, mutuari gestienti; ut mutuetur, omnia molienti. *Turneb.*

53 *Dispendium*] ‘Dispendium, quod in dispendendo solet minus fieri.’ Ita Varro.

56 *Rationem pessimam esse*] Nempe filii sic agentis. Ut apud Terentium, ‘Nequeo satis mirari vestram rationem.’ Male vero quidam, *ipsius optima*: quasi intelligat lenonis commoda. Sed neque ‘optima’ substantive accipiendum, ut ‘bona,’ cum opes significantur, quasi ‘optima’ sint luculentissimæ opes. Hæc explicatio pessima est: et tamen Lambino subducta, apud quem legis *ea optima*, hoc est, ea bona, quæ ipse perferens, &c. Quanto melius Taubmannus, *Optima*, scil. ratione, quæ ipse *optima ratione invenisset*. Sic apud Plinium est de Metello: ‘magnam pecuniam bono modo invenire.’ Gronov.

58 *Diffunditari ac deteri*] Camerâr. alter, ac *dieheret*; alter, *diedere*. Acad. et prisca edd. ac *dedere*. Lege, *Amoris vi diffunditari ac dider*, id est, dissipari. Vetus poëta apud Cicero-nem, ‘dide te ac disjice.’ Gronov.

59 *Convicium tot me annos jam se pascere, quod, &c.*] Dicit adolescens: Etiam hoc sibi a patre per contumeliam indigne objectum, se convicium, id est, opprobriamentum et ipsi et generi suo vivere, ac sine spe bonæ frugis, fruges paternas inutiliter depascere: cujus, nisi pudere mature occipiat, indignum esse adolescentem, qui vitam colat. Douza.

65 *Immundo rustico se exercitum*] Sic malim quam diviso verbo, *in mundo*: ut ‘immundum rusticum’ sordes agrestium vocet. J. Gul.

66 *Posse tum visere*] Lege, *posse in-visere*. Scriber.

67 *Ut spectavisset peplum*] Nam Panathenæicis magnis, quorum feriæ quinquennales erant, (Panathenæa enim parva singulis annis celebrabantur) peplus seu peplum Athenis Minervæ consecrabatur, cui intexta erat Titanomachia et victoria Palladis de Encelado. Peplum Trojanæ

mulieres ferunt, ut ea veste Minervæ simulacrum induant, et Deam propitiam habeant. Maguis enim in periculis Deorum fidem et opem implorantes, eos vestibibus etiam ornabant; illo cultu favorem numinis emere se credentes. Strenuorum quoque ducum Athenis gesta in populo intexta, templo Minervæ imposita fuere. Et Aristoteles librum suum, quem de Heroum Tumulis confecerat, ‘peplum’ ideo vocavit. Pepli autem oblatio in templo Minervæ et Homérica est, Il. Z. Lutatius, Statii vetus et doctus interpres: ‘Peplum est vestis candida, aureis clavis picta, sine manicis, quod simulacris fiebat.’ Turneb. et Scalig.

70 *Laboravisse*] ‘Laborare’ etiam dicuntur, qui buccas inflant: ita Plinius de ranis loquitur. Scalig.

75 *Metretas*] Ponderus amphoræ, sive dolii, sive metretæ vini, centum librarum est. Amphora autem Attica Romanam dimidio, id est, urna superat. Agricola.

76 *Atque eapse merces vectatum undique*] Ingeniose sic Scal. emendat: paullo tamen propius ad antiquam scripturam ego, *Parasse, atque ea se in Persis vectatum undique*: et convenit aptissime sententia. Solebant enim Attici cives in Persiam aut Asiam aut Ægyptum rei quærendæ causa navigare; tum illic circumvehi et mercaturæ operam dare: donec onusti opibus, et quæstu magno facto, de reditu cogitarent. J. Gul. *Atque eapse merces vectatum*] Hæc Scaligeri conjectura est, quum legeretur, *atque ea semper eis vectatum*. A quo parum abeunt scripti. Gulielmus, *ea se in Persis*. Acidalius, *ea semet sic*. Scio ut *τὸ vectatum* pro vectasse possit defendi: malim tamen, *Parasse, atque isse merces vectatum undique*. Ut ‘ire ultum,’ sic ‘ire vectatum.’ Gronov.

86 *Cercurum*] ‘Cercurus, navis Asiatica prægrandis,’ ut docet Nonius;



a Corcyra vel Cereyra insula. Τὴν κέρκυρον, et τὴν πάρωνα Græci navibus nomina fecerunt, ἀπὸ τῆς κερκύρας καὶ τῆς πάρου. *Camer.*

104 *Munem*] Id est, 'consentientem ad ea quæ amicus velit.' *Nonius.* Idem est, ac si dixisset, pro meritis ejus me obligatum illi agnosco: nam immunibus rebus 'res munes' contrariæ sunt. Festus certum et officiosum interpretatur, ἀρχαῖως. *Rævard.*

SCENA II. I *Ex summis, &c.*] Seipsuni et pedes suos ad cursuram hortans Acanthio ita loquitur: 'Ex summis opibus,' &c. id est, summo opere. Grammatici, qui *opem* significare tantum auxilium, opes, divitias, censent; Sallustio respondeant, et percant. *Palmer.*

4 *Emicato suspiritus*] Id est, crebras istas atque identidem repetitas anhelii pectoris reciprocoationes (vitium asthmaticis peculiare) facito emices atque pervincas, animi invicti pervicacia ac firmitudine. *Douza.* Hic versus trajiciendus post eum qui vulgo est 15. hoc modo: *Nimis nihili tibi consiem Simul emicat suspiritus: vix suffero anhelitum.* P. Scriver. *Vix suffero hercle anhelitum*] Idem quod mox dicit, 'Perii! animam nequeo vortere,' id est, recipere anhelitum: nempe ut sursum adscendat, emicetque quasi in pectus, ut loquitur alibi. *Douza.*

5 *Plenissime*] Bene, cumulate. Plenissime toto corporis impetu. *Boxhorn.*

14 *Lien occupat præcordia*] Vide notas Casin. II. 6. 62.

15 *Nimis nihili tibi cen sicm*] His enim largo et expedito spiritu opus est. *Anima* spiritus est, quo calamus inflatur. Varro: 'Phrygio per ossa cornu liquida canit anima.' Apul. 'Nondum quidem tam inflexæ animæ sono, nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatil tibia.'

16 *Laciniam*] Vide notas Asin. 111.

2. 41.

20 *Foribus facere assulas*] Vide notas Capt. IV. 2. 52.

23 *Ignavior*] Scil. quam domi nostræ; ubi nemo familiarium pulsanti neque respondent, neque fores aperiant. *Lambin.*

25 *Principium inimicis dato*] Mos deprecandi scæva et infelicia solemnibus veteribus. Terent. Heaut. 'istud inimicis nostris siet.'

26 *Placide: volo acquiescere*] Ita interpungas. Neque enim hoc dicit servulus, velle se placide quiescere: sed jubet herum placide singula exquirere: sibi enim cursu defatigato quiete opus esse. *Placide*, id est, lente, cum mora, paullatim: cui e regione respondet, 'propere.' Mil. 'Propere hoc, non placide decet.' *J. Guilielm.*

27 *Rupi ramices, jamdudum sputo sanguinem*] Scio quid alii hic dicant. Ego vero et omnes docti negant, sputum sanguinis scrotum sequi disruptum. Proinde *ramices* hoc loco explico venas pectoris latas; quas fortasse sic nominat, quod populari ac rustico vocabulo quæque venæ amplæ, ut *varices* nuncupatæ, etiam *ramices* vocarentur. *Mercurial.*

28 *Resinam ex melle*] Neque vero 'resinam ex melle Ægyptiam devorare' (quod Charinus ludens Acanthioni suadet) ramicum est remedium: quas sola chirurgica operatione curari, magni medicinæ auctores docent. Nos nostrum agamus: et quidem 'resinam ex melle,' valet, resinam cum melle; μετὰ μέλιτος, ut loquitur Dioscorid. Sic Varr. R. R. lib. III. 'Pullis apponitur nasturtium ex aqua in vas.' Et Hom. Od. XIX. σχῆνες πυρὸν ἔδουσι ἐξ ὕδατος: *Anseres triticum ex aqua comedunt.* *Mercurial.*

42 *Palpo percutis*] Vide notas Amphitr. I. 3. 9.

55 *Quam vapulem*] *Leg. vapulcs.* Dixerat Charinus: 'Dissolve me:

nimis diu animi pendeo; metaphora a servis aut aliis, qui in quæstione funibus torquentur, ducta: cui servus in eadem metaphora persistens subjicit, Imo nondum tempus est dissolvere: multa enim a te pendente adhuc exquirere volo, antequam vapules, hoc est, si verba spectes, antequam huic cruciatui, quod pendens distineris, etiam virgas aldam. Vult autem, Antequam malum, quod tibi dicturus sum, plene cognoscas. Qui mutarunt in *vapulem*, putarunt servo minus convenire, ut hero hæc dicat: cum tamen tota hac scena admodum verniliter ipsi insultet. Et herus mox ipsi ex joculario verum malum interminatur, *hercle vero vapulabis, &c.* Quod si omnino *vapulem* retinendum est, active oportet accipias, quod mox adolescens invertit, et passive usurpat. Posset etiam dici, servum per jocum alias Plauto usitatum, sermonis formam mutare, et quod de hero dicere inceperat, in sese flagitibus desinere. *Pistor. Quam vapulem*] Jocus est elegans *παρὰ προσδοκίαν*. Nihil enim tale expectabant spectatores; sed *quæ scire vis, enuntiam*. At ille, inquit, *quam vapulem*: quasi præsigiret malum nuntium de muliere visa ab sene, se expiaturum plagis ab adolescente hero acceptis, tanquam esset illius culpa, qui non satis custodisset. *Priusquam vapulem* est, priusquam audias ex me, ob quæ vapulem. Vide Obs. iv. 13. Gronov.

60 *Equidem credidi*] Me dignum esse, cui supplices. Alii: Me indignum videri tibi, cui supplices. *Lamb.*

71 *Oculis*] Jocus ex ambiguo. V. N. Mil. III. 1.

72 *Directus*] Vide notas *Capteiv*. III. 4. 103.

80 *Et componendis studuimus*] Male hodie sic legitur, pro *tunicibus*, id est, velis carbasinis: quæ Græcis *θόμυγες*. Lucil. 'Indimus ei tomices ca-

nabinas.' Dicebant etiam 'tuniculas' ei 'tuniclas;' ut, 'tunica spartea' apud Apul. Etiam 'tunicem' pro vibice usurpabant. Gloss. 'Tumex, *σμάδιξ, αἰματώδης τῆπος*.' Sed tunc Latinum est; a tumendo scilicet. *Sealiger.*

82 *Conspicutu'st, donec in navi super*] Id est, in superiore navis parte. Nam qui in navis superiore parte est, is et super et in navi est. Solebant autem præpositiones interdum geminare; ut 'in circum' pro, circumquaque; 'in super, 'in ante,' 'ad ex,' 'ad ultra,' 'ab ante,' 'in coram,' 'in palam,' 'ab usque,' 'ex usque,' 'in usque.' Papinianus, 'strictam rationem in super habere,' hoc est, ejus, quod superabundabat, loco habere: et quia id quod abundat, negligere plerumque solent, ideo 'in super habere,' pro negligere positum est. Et hujusmodi geminatas præpositiones, separatas fuisse, non conjunctas, probari facile potest. Cic. 'in ante diem,' et 'ex ante diem Non. Junii, ad ex Cal. Mart.' Ter. Eunuch. 'Ex Æthiopia est usque hac.' *Revard.*

90 *Subigitare*] Vide notas extrema *Capteiv*. Per lasciviam nequiter attrahere.

101 *Responde, quæso. Ac. Quid*] Desperabundus adolescens, quasi simplex fit servo. *Gruter.*

111 *Electaret*] Incogitanter sane *Lamb.* substituit *eluctaret*, verbum nihili, nec hic Latinum. *Electaret* sincerum et probum est; quod valet, rogando et appellando blande eliceret, erogitaret. Idem, quod alibi dixit, 'exteibrare, expalpare, in quæstione exsulpere.' *J. Gul.*

## ACTUS II.

SCENA I. 1 *Miris modis, &c.*] Sciendum autem, non Sabinos solum, ut habet vetus adagium, sed etiam poëtas, quod volunt, somnare: ita lepidum hoc somnium est et nimium

præsenti eventū. *J. Gul.* V. N. Bacchid. iv. 3. 23.

4 *Egi satis*] Inversum per *μετάθεσιν*, pro *sategi*, ἀπὸ τοῦ *sat* agere. Cato, ‘Jam apud vallum nostri satis agebant.’ *Douz.*

17 *Dotem ambadederit*] Ludit in verbo *ambadedere*. Sonus in eo est vocis *ambo*; cui opponit *unum*. Et ait mirari se, quomodo una capra dotem ambadederit. Hoc ita nisi accipias, nihil in iis verbis salis est: quanquam et illud simul ridicule miratur, quomodo capra unica totam domum arrodere circumquaque potuerit. *Acidal.*

21 *Atque oppido, hercle*] Hunc verbum præpono alteri, *Ast non hercle*. Causas enim sollicitudinis duas ponit Demipho, suam benevolentiam in capellam, et quod eam abstrudere nusquam posset. *J. Gul.*

32 *Postquam hic id*] Ita Mss. Cam. non *illic*. Nam quid ad portum negotii transigendum fuerit seni, excogitare nequeo. Putabam enim senem non alia de causa ad portum vidisse, quam ut de reditu filii quid cognosceret. *Schoppius.*

SCENA II. 10 *Lites judicandas*] Lites iudicio disceptandas, et peragendas. Notandum, reo tribui, quod proprium est iudicis. Pari ratione ‘condemnari adversarium’ dicitur is, qui litem vincit, ac iudicatum reum facit. *Siberus.*

11 *I, et hoc memento*] *Εὶ ἀρχαῖκῶς* in Plaut. et Terent. semper scribitur, quod nos *ii*. Jubet enim puerum abire, et, quæ imperarat, recte nunciare. *J. Guil.*

26 *Valeo*] Scil. ab animo: hoc est, bis plus sentio ac sapio quam olim, ‘Jucundum cum ætas florida ver ageret.’ *Douza.*

33 *Ano*] Censet Emmanuel Alvarus senem intelligere ternas conjugationes; quarum paradigmata sint *amo, doceo, lego*. Sed mihi dubium non est, quin ternæ literæ *A, M, et*

*O*, intelligantur. Nam pueritia Romana, cui lingua Latina erat vernacula, non conjugationibus discendis occupabatur; sed duntaxat legere scribereque discebat: cuiusmodi veterum fuit *γραμματική*. Illud etiam Emmanueli adversatur, quod ternas quidem literas uno die puer in Indo discat; ternas conjugationes tam brevi spatio discere non possit. *Vossius.*

49 *Hoc non voluntas*] Pro ad hoc. *Lamb.* Sed *J. Gul.* et *Acidal.* hoc, antiqua ratione scribendi aiunt esse *huc*. Libri tamen vett. aliter: neque male distinguunt, *ne objurga hoc*: quasi sit, propter hoc. *Taubm.*

51 *Ah! ne Diï siverint*] Proverbialis deprecatio fuit hæc veteribus. Græci, *μὴ γένοιτο*.

58 *Hoc nunc mihi viso est opus*] *Lege, hoc nunc mihi usu est opus*. *Scrivenerius.*

SCENA III. 4 *Proprium*] Id est, diuturnum, stabile. V. N. *Trim.* v. 2.

18 *Quemadmodum existimet me*] Forte, *levem admodum exist.* *Scriv.* V. N. *Curcul.* i. 1.

20 *Domo doct.*] *Domo doctus*, vel *domi didicisse* dicitur, qui ex se ipso quid expertus est, nec opus habuit, ut aliunde disceret. *Amph.* ii. 1. ‘experior domo.’ *Gruter.*

21 *Arare mavelim, &c.*] *Martialis* ix. 22. ‘Artemidorus amat, Callidorus arat.’

26 *Musca est meus pater, nihil*] Non enim parasi soli ‘muscæ’ dicti sunt olim, sed etiam homines curiosi, qui nihil non exquirunt et penetrant. Itaque Ægyptios Otus tradit cum ‘impudentiam’ signare vellent, muscam pinxissæ, quod nimirum vix abacta nihilominus continuo redeat. *Lipsius.*

29 *Spes in corde certa est*] Forte, *creta est*. *Scrivener.*

33 *Recte, pater*] Quasi dicat: Non festino pater. ‘Recte’ enim usur-

pabant interdum veteres, cum negare vellet: negationis tamen particulam religione obstricti ponere nollent. Terent. Heeyr. 'Quid es tam tristis? P. Recte, mater.' Ad quem locum Donatus: 'Sic loquimur, cum sine injuria interrogantis aliquid reticemus.'

36 *Postea*] Id est, præterea. Douz.

37 *Mirantur tui, &c.*] Ita Mss. Palat. Sed J. Guil. distinguit: *tui magis*. Cui. *Opinor*. DE. *Id*. Scilicet, qui diu in mari vectus erat, magis terram mirabatur, quam solitus erat.

38 *Abscesserit*] Scil. ægritudo.

57 *Non edepol mala*] Id est, non deformis: ut Catull. Douz. Vide N. Milit. III. 4.

63 *Ædes verrat*] *Σαλπειν δῶμα*, Eurip. Vide P. Vict. II. 1.

64 *Quæque habeat*] Coquam significat, et quæ panem faciat; non, ut censet Palmerius, quæ a vide vescatur miseris his quotidianis servilibus escis: in quam quidem sententiam legebat is, *Quæque aveat quotid.* Est ergo hæc circumlocutio coquæ: et 'habere coctum cibum,' nihil aliud quam cibum coquere. Ita idem noster apud Varr. L. L. VI. 'Plantus Epeum fumificum, coquum: ab Epeo illo, qui dicitur ad Trojam fecisse equum Trojanum Argivis, et apte cibum curasse. Ideo ait; Epenum fumificum, qui legioni nostræ habet coctum cibum.' Jocosè cocum ait vocari a Plauto 'Epenum fumificum.' Talis autem formula loquendi et illa est Cic. de Rep. lib. III. 'infestum habere,' pro infestare, et similes alibi. J. Guil. Vide Observationes nostras in Scriptores Ecclesiasticos cap. 17. Gronor.

74 *Impleantur*] Qua ratione carbones impleant fores elogiis, quæstio est. Ego id fieri arbitror, cum face extincta inscribatur famosum aliquid ostio carmen. Jam enim diu est quod Lipsius docuit, amantes eum non recipentur a puellis intra ædes, deficientes faculas sub auroram ad ostium abjicere solitos. Sed hoc

fuerit patientiorum. Calidiores accensa etiam lumina ostio illidebant, et minitabantur exustionem domus: ut Persa IV. 4. Inter hos mediū erant, quibus sufficiebat januas amicarum calcibus impetere, aut ferro incidere, aut conscribillare extincto titione. Atque ista eo libentius fiebant a petulanti juventute: quia mala, carbone; bona, creta solita erant notari. Persius Sat. V. 'Quæque sequenda forent, et quæ vitanda vicissim, Illa prius creta, mox hæc carbone notasti,' &c. Nihil tamen vetat, quin et carbone uterentur; ubi scilicet, januæ eo essent colore ut creta in iis minus appareret: unde Martial. Ep. XII. 62. 'Qui carbone rudi, putrique creta Scribit carmina,' &c. Gruterus.

84 *Dixit se redhibere*] Hoc semel sic usurpatum reperisse notat se Scipio Gentilis in Originibus, ut sit rursus habere. Sed jurisconsultis placuit 'redhibere' dici eum qui reddidit; non qui recipit. 'Redhibere est facere ut rursus habeat venditor, quod habuerit, et quia reddendo id fiebat, idcirco *redhibitio* est appellata, *quasi redditio*;' inquit Ulpianus. Nec secus Plantus in Mostellaria III. 2. 'Si male emptæ forent, nobis istas redhibere haud liceret.' Itaque et hic malim, *Dixit sibi redhiberi*, hoc est, pactus est sibi restitui. Gron.

87 *Efferrī domo*] Malim, *afferrī domo*, id est, quam ut in domum meam aliquid flagitii, occasione istius mulieris inferatur. Pistor.

88 *Me tibi illum posse opinor luculente vendere*] *Tibi vendere* hic idem est, quod tuo nomine, tuo cum lucro et commodo alteri vendere. Boxhorn.

90 *Qui illam mandavit mihi*] Malim legere, *qui ancillam mandavit mihi*. Boxhorn.

96 *Treis minas accudere*] Hæc gestu adjuvanda sunt. Demipho enim, dum hæc loquitur, se vertit, et simulat se observare nutus ejus senis, cui

ancillam empturum sese receperat. Responsi Charini, quod sequitur, 'Quo vortisti?' sententia ex gestu hoc dependet. *Bozhorn*.

101 *Commodis*] *Lego, hic commodius poscit, pater*, id est, majori commodo nostro licetur, ntpote qui majus pretium offerat. Et *poscere* hic pro liceri et auctionari omnino ponitur: ita Charinus, 'At illic pollicitus est prior,' hoc est, licitatus est. Sed et Alciatus in *Parerg.* 'Pollicitationem' vult esse illud primum pretium, quod ultro offert emptor, antequam præconem venalem proclamet: quod ab eo tempore fieri possit licitatio. *Nannius*. Nihil mutandum censeo. Neque tamen 'commodas minas' hic acceperim pro integris totis, justiponderis, non adulterinis; quomodo Nonius interpretatur; sed pro justo ac sufficienti pretio. De eo enim hic agitur. *Bozhorn.* *Commodis poscit*] Et ego nihil mutandum censeo. Neque tamen abjicienda Nonii interpretatio pro integris, totis, justiponderis: et 'minæ commodæ' accipiendæ sunt pro justo et sufficienti pretio, ut volunt. Neque enim de eo agitur, quod addunt: nam paullo post idem quinquaginta minis poscit: et quod potissimum est, nusquam ita 'commodæ minæ,' 'commodum talentum,' et similia accipiuntur. Vide Scaligerum de *Re Nummaria* p. 24. *Gronov.*

112 *DE. Sed ille illam*] Ita cogente sententia distinguendum. Rejicit pater objectionem filii. Nihil referre de mancipio: quoniam licet ipse non acceperit, accipere tamen illum senem: nec deterreri ab emptione, quod evictionis periculum non præstat. *Acidal.*

121 *Illic quidam*] Ille quidam, qui mihi mandavit, ut sibi emerem. Ita *Lambinus*. Sed ngæ meræ sunt. Quin hoc vult: Cur nunc demum dicis, illum, cum quo tibi ancilla communis est, nolle eam vendere; cum

antea dixeris, tibi mandatum ab alio ut emeris? Si ille non vult vendere, quid fiet illo, qui tibi mandavit ut emeris? Nihil agis: non constas tibi. Ita mox de mandato eum captat senex: 'Melius est te quæ sunt mandatæ res,' &c. *Pistor.*

126 *Tc fecisse sedulo*] Sic solebant dicere, qui a se culpam avertabant. *Cato* de *Re Rust.* l. 11. 'Si ei opus non apparet, dicit villicus sedulo se fecisse; servos non valuisse, tempestates malas fuisse,' &c. *Cicero* ad *Att.* x. 6. 'De *Quincto* filio, fit a me quidem sedulo: nosti reliqua.' Similiter villicus apud *Senecam* *Ep.* 12. 'Se omnia facere, in nulla recessare curam suam, sed illas vetulas esse.' *Gronov.*

127 *Ad portum ne bitas*] *Eas.* V. N. *Epid.* 1. 2.

SCENA IV. 1 *Penthecum*] *Penthen* *Thebarum* regem, *Agave* mater sua, et matereræ *Ino* et *Autonoë*, ceteræque mulieres *Bacchi* æstro percitæ discerpserunt, et quasi particulatim excarnificarunt. De quo *Horat.* *Od.* 11. 19. et *Sat.* 11. 3. *Ovid.* *Metam.* 111. *Seneca* in *Theb.* *Eurip.* in *Bacchis*, alii.

14 *Te nunc consulo, responde*] Antiquæ et proprie utrumque enim, tam consuli quam respondere *Jctorum* est. *Horat.* *Sat.* 11. 3. 'Ergo consilere, et mox respondere licebit?' Sunt relativa. *Douza.*

18 *Qui potius, quam voles*] Id est, qui vero aut qua causa potius eas, quam voles? Quasi dicat: An vero non justa causa est, quo 'Dædaleo ocyor *Icaro*' voles potius, quam eas? Idem de sequenti hemistichio dicendum: 'Qui, potius, quam auro expendas?' Scitum est *Sallustii*: 'Animo cupienti nihil satis festinatur.' *Douza.*

26 *Aliquid fiet*] Videtur vox desperatorum, quique insigne aliquod scelus facturi videntur potius, quam non exsequi quod destinarant. *Gruter.* *Pu-*

tem habitam mali ominis eam formulam, tanquam respiciat ad eam quæ habet, 'Si quid de me fuat.' Apul. 'aliquid de se tristius cogitare.' *Passerat.*

29 *Melius sanus*] Melius tibi consuleris si sanus sis. *Lamb.*

### ACTUS III.

SCENA I. 20 *Subtemen*] Aliud *subtegmēn* est, aliud *subtemen*. Nam *subtegmēn*, sive (ut Augustinus in Grammatica legit) *subtegmēn*, est interior pannus, quo vestis suffulta est commoditatis aut ornatus ergo: *subtemen* vero pars est interior panni, velamentum, ἡ ἐνδὸν ἐπιπολὴ quæ stamini subest; ut *trama*, ἡ ἔξωθεν ἐπιπολὴ, superior pars, quæ trameat stamen: diciturque ut 'tela,' a texendo 'temen:' hinc, quod subtexitur, 'subtemen' dictum. Varonis itaque locus l. iv. de L. L. sic emendandus: 'Stamen a stando, quod eo stat omne in tela velamentum' (exterius puta corium, ut ita dicam, et interius panni, ἡ τε ἔξωθεν ἐπιπολὴ καὶ ἡ ἐνδοθεν): 'Subtemen, quod subit stamini: Trama, quod trameat. Phrygius, id genus vestimenti,' &c. *Fr. Junius.*

26 *Ovem tibi ancillam*] Dignitatem ei conciliat ab ætate; ponitque certum pro incerto, more poetarum: et bene Camerarius ad istud, 'generis Graii est,' notat; proprium fuisse pecus illo nomine: deque eo Plin. initio l. viii. c. 48. et Col. vii. 4. Eæ enim erant, quæ ob lanarum præstantiam domi fere alebantur, non foris. Jam, alicujus 'ancillam' dici 'ovem,' nihil vetat; cum eo nomine veniat Apuleio 'gallina,' Virgilio 'cerva,' aliis alia animalia. Interim alludi heic ad Demiphonem, non dubito. *Gruter.*

27 *Generis Græci est*] Ad oves Tarentinas allusum, quæ tectæ et pellitæ pascebantur, ob lanæ vellerisque præstantiam. *Turneb.*

30 *Ne tu frustra sis*] Vide notas

*Amphitr.* ii. 2. 200.

40 *Neuter stupri causa caput limaret*] 'Limare caput,' conjungere interpretatur Nonius; sed conjungere ex eo significat, quod qui amatores cum amica caput jungunt, tanquam terunt et limant sese mutuo fricando, dum osculantur. *Limare* Vetus Lex. 'sociare' explicat; σπουσιάζειν. *Turneb.* xv. 6.

SCENA II. 7 *Sanguis integer*] Aut copiam ejus significat, aut sincerum illum et purum. *Victor.* Varr. xxv. 21.

SCENA III. 6 *Vervæ*] Homo ad Venerem inepte, ut aries castratus est. *Lamb.*

12 *Quodne ames*] Pervorsene facit is, qui, quod amat, id osculetur, &c. *Lamb.*

13 *Jam plenus ætatis, animaque fætida*] Nonius Ms. si non Had. Junii, at Jos. Merceri, præfert, *Jejunitatis plenus, anima fætida*. P. Vict. iv. 2. Fœtorem quandam animæ, qui non vitio aliquo oris provenit, sed in omnibus fere est, qui nihil gustarunt, Græci significare volentes, νηστειας ὄζειν, quasi *jejunium olere*, dicebant. Cæcilius: 'Quæ mihi, ubi domum adveni, adscedit; extemplo savium dat jejuna anima.' *Gruter.* *Jam plenus ætatis*] Mss. Pall. *Jam ætatis plenus anima fætida*. Alter, *Janutatis plenus anima fætida*. Tertius Academia nostræ, *Jam ætatis plenus anima fætida*. Unde satis colligas verum esse, quod legitur apud Nonium, *Jejunitatis plenus, anima fætida*. Quod Gruterus probat, tum ob rotunditatem numerorum, tum quod versu sequenti senectutis iterum fiat mentio. Addo aliud argumentum: nempe quod mox ait Demipho: 'Quid si igitur, unum factum hoc si censes, conum Aliquem arripiamus?' Nam in omnibus superioribus nullum est verbum, ex quo colligere possit Demipho, Lysimachum censere sive unum sive bonum hoc factum, ut sitarchia

navigium Veneris instruat; nisi illud unum jejunitatis. *Gronov.*

14 *Senex hircosus*] Cujacius Obs. xi. 10. existimat 'hircosum' enim esse, cui os male oleat; idque hinc etiam probat. Sed docet Laur. Ramirez Hisp. duo vitia diversa notari in hoc senec: quod illi anima foetida sit, et quod graviter oleant axillæ: quem vide comment. ad Martial. Epigr. l. III.

17 *Factum hoc si censes*] Nihil mutandum in hoc versu censeo. Nam 'factum hoc si censes' positum videtur, pro si facinudum hoc censes. Si scriptum esset *factum hoc si bonum censes*, nemo negaret Latine dictum. Simpliciter dictum æque rectum est, *factum hoc si censes*, vel etiam potius, *facto hoc si censes*, id est, hoc censes esse facto, id est, faciendum. Sic 'accepto facere,' 'accepto ferre,' quod etiam dicitur acceptum facere, et acceptum ferre. Reliquæ conjecturæ doctorum non placeant. *Salmas.*

22 *Pulchre ut simus*] Vide notas Menæch. III. 2. 20.

SCENA IV. 6 *Si opprimit pater*] Si occupat id facere, quod dixit. Vel sic: Si pater me opprimit alienando Pasicompsam, perii. *Lamb.*

12 *Quæ spectatrix, &c.*] Fortuna ab antiquis censebatur spectatrix atque hera hominum. Inde illud Ennii apud Cic. Off. l. I. 'Vosne velit an me regnare hera?' Atque hanc 'heram,' quam et *δέσποιναν* Græci vocant, tradit Pausan. in Arcadicis, apud eas gentes maximo honori fuisse. Ptolemæus autem fortunæ patrem 'heram' appellavit; Catullus Deos omnes, 'heros,' Carm. LXIV. 'Hostia cœlestes pacificasset heros.' Ibidem: 'Quem temere invitis suscipiatur heris.' *Turneb.* *Eadem es hominibus*] Forte, *omnibus*. *Scriver.*

15 *Pectus ardet*] Verba sunt inconstantis et pæne amentis expectatione adolescentis. Itaque cum videret tristem advenire Eutychem,

'pectus ardet' ait: hoc est, discrucior animi maximo angore. Nam in summo dolore hanc formulam usitatam docet Cicero, his poetæ verbis, 'Nunc demum mi animus ardet:' quibus e contrario respondere censeat illa gestientis lætitia, 'Tanta lætitia auctus sum, ut mihi non constem.' *J. Gul.*

20 *Impetrabilior*] V. N. extrema Mostellar.

23 *Cum rem agas*] Nihil mutandum. Hoc vult: Odiosa est oratio multa verba profundere, ubi ad rem veniendum est. Sequentia, 'Quicquid est, ad capita verum perveni,' hanc mentem esse, satis ostendunt. *Boxhorn.*

24 *Ad capita rerum perveni*] Dic summatum. *Lamb.*

30 *Loquere porro aliam malam rem*] Aulul. III. 5. 'Et illæ malam rem metuent, quam metunt magis.' Mostell. III. 2. 'Res parata est mala in vesperum huic seni.' Menæch. III. 2. 'An tibi malam rem vis pro maledictis dari postea?' Abeat igitur in malam rem correctio, *Loquere porro: abeam in malam rem*. Nam et alibi 'mala res' dicitur, non tantum in formula, 'abi in malam rem.' *Gron.*

31 *Jam addicta atque abducta erat*] Non tantum damnati in judicio, sed etiam venales addicuntur primum in emptione; deinde abducuntur. V. N. Pæn. III. 3.

32 *Montes tu quidem mali*] Videtur allusum ad genus tormenti; cum ferventi pice instillata corpora hominum urebantur. Lucret. 'Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tedæ.' Vid. Plant. Captiv. III. 4. Vel allusum est ad tedas ardentes: de quo cruciatu Ensebius, ut notat Dalech. ad Plin. XIV. 20. V. N. Mostellar. II. 1. et Brod. Miscell. II. 10.

43 *Quin tibi in manu est*] Quia licet tibi credere, quod libet. *Taubm.*

47 *Lapidi mando max.*] Id est, homini stolidissimo. *Taubm.*

55 *Pansam*] Plinius XI. 45. *Pansam* ait qui *πλατύπους* et latipes est. Glossæ Papiæ: '*Pansum*, apertum, patefactum, extensum,' a pando. *Boxhorn*.

56 *Thesaurum nescio quem mali*] Nonius: '*Thesaurus* etiam pessimæ rei copia dici posset.' Sic Euripides Ione, *θήσαυρον κακῶν* dixit. *Taubm*.

61 *Eretriam*] Eretria Thessaliæ urbs. V. N. Persa II. 3. *Chalcidem*] Chalcis, urbs Eubœæ insulæ præcipua.

62 *Sicyonem*] Sicyon, Sicyoniæ regionis in Peloponneso urbs. *Gnidum*] Cnidus, sive Gnidus, Asiæ oppidum in Doride regione est. Est et insula Rhodi. *Zacynthum*] Insula maris Ionii.

78 *Præconum jubere, &c.*] Stat sententia, quotquot sunt præcones, *συνάγεσθαι* et in unum cogi. Ad conquirendas autem res amissas etiam præconibus olim utebantur. Præmium autem indicii Græcis *εὔρετον* dicitur; imo indicium ipsum pro præmio quod indicibus datur, Petronius dixit: sicuti Cic. ad Att. 'nuntium' et 'evangelium' dixit præmium nuntii et evangelii. *Brisson*.

## ACTUS IV.

SCENA I. 2 *Feci ego ingenium meum*] Morem gessi ingenio meo. *Lambin*.

6 *Tantum oneris*] V. N. Menæchm. v. 2.

11 *Da sane*] Id est, in aram impone.

12 *Apollo*] *Προσατάρηιος* Apollo, vel *ἀγυιεύς* significatur; cuius statuam consecratam ante ædes ponebant. *Turnebus*. V. tamen N. Bacch. II. 1. 3.

24 *Tuam Alcumenam pellicem*] Ut Alcumena Amphitruonis uxor, cum qua rem habuit Juppiter, Junonis fuit pellex; sic hæc Pasicompsa pellex est Dorippæ. Arnobius lib. IV. 'An uxore contentus haud una, con-

cubinis pellicibus atque amienlis delectatur?' Sed 'pellex' apud antiquos significavit concubinam, quam Græci *παλλάκην* vocant, ut Jcti annotarunt, D. De Verbor. Signif. I. 144. et sic Justinus dixit 'Cyri pellicem'; Curtius, 'regis pellicem,' de Alexandro. *Popm*.

SCENA II. 5 *Hortator*] *Κελευστής*. V. N. Asin. III. 1.

SCENA III. 14 *Jubet salvere suus vir uxorem suam*] Hunc dicendi modum temere nimis 'inusitatum' appellarunt: quum etiam 'Plautus qui Romanæ linguæ lex quædam fuit;' etiam 'Terentius, qui veteris novique Latii lima quædam habitus est,' ita et scripserint, et scripta totius urbis judicio approbarint. Cicero pro Sylla: 'Sylla, si sibi suus pudor et dignitas non prodesset, nullum auxilium requisivit.' *Scalig*.

15 *Urbani fiunt rustici*] Dependent hæc a gestu. Lysimachus uxorem suam comiter salutaverat: 'Jubet salvere suus vir uxorem suam.' Dorippa uxor irata, ac iccirco muta et immota, ut stipes, comiter salutata marito salutem non reddiderat. Ergo maritus addit, 'Urbani fiunt rustici.' Qui urbe relicta rus sæpe eunt, ex urbanis fiunt rustici, rusticos mores pro urbanis induunt. Hæc vera est hujus loci sententia. *Boxhorn*.

20 *Quia illa mulier*] Docti certatim *Cuja illa* vel *Quoja illa*. Et merito. Sed non docti est addere *cuja* pro *cujus*. Nunquam enim dixerunt *cujus* pro *cujas*: sed *cuja* est cuius hominis vel viri; *cujas*, unde oriunda, cuius patriæ. *Gronov*.

21 *Do. Resciscam tamen*] Non putem aliquid hic mutandum, aut transponendas personas esse. Lysimachus rogando roganti responderat, quasi nesciret, *cuja* esset ea mulier, quæ erat intus: Respondet Dorippa, Se nihilominus id cognituram; id velle scire; a sciente marito se tentari.



Neque obstat quod fœmina per Herculem juret, contra morem. Est enim sermo perturbatæ, a qua receptæ loquendi leges non observantur. *Boxhorn.*

32 *Jam non dicerem*] Recte hic se habet vulgata lectio. Turbata hominis est oratio ac nescientis quid velit dicere. Cum toties diceret *illa*, et urgeret uxor, ut nomen mulieris vellet dicere, cum in manifesto teneretur crimine, aliena dicit, et quæ nullum plane significatum habeant. Cum enim videatur velle hoc dicere, si nihil usus esset, se nomen illius posse edere. Ita enim sæpe nobis usn venit, ut aliud agentibus succurrant, quæ in memoriam non veniunt sedulo ea quærentibus. Cum igitur hoc vellet dicere, *si nihil usus esset, jam dicerem*, pro eo præter expectatum dixit, '*Jam non dicerem.*' Quia sane non erat mens ejus nec voluntas, ut nomen ejus mulieris uxori suæ indicaret. Talia multa *ὄξυμωρα* reperiuntur in comicis, et in Plauto præcipue. *Salmas.*

35 *In consilium istam advocasti tibi*] Facete scriptum ex consuetudine antiqua. Nam qui judex olim captus vel datus erat, is sibi, qui in consilio essent, amicos advocabat, ut verius et melius de re cognosceret et judicaret: (Vide Cic. Verr. iv.) iique subsellis iisdem considerant, ut et in tribunali, qui a magistratibus vocabantur. Cic. de Orat. l. i. Est autem hic sermo irrisionis amaræ plenus. *Turneb.*

36 *Sic sequestro mihi data est*] Sequester dicitur, apud quem plures rem, de qua controversia est, deponunt. Græcis *ὁ μέσος* et *μεσέγγυος*, id est, *interventor*. Vocabulum a 'sequendo' factum est: quod ejus, qui electus sit, utraque pars fidem sequatur. Sed quod apud 'sequestrum' depositum erat, 'sequestro positum' per adverbium dicebant. Hinc etiam liquet, homines quoque

apud sequestres deponi potuisse; sed et iudicibus olim datos fuisse. Quæ autem res mobilis apud sequestrem non posita fuerit, eam in æde sive fano custoditam esse. *Rævard.* Sed errat Gell. xx. 11. quod 'sequestro' adverbium facit, est enim dativus a 'sequester.' Cato de Ptolemæo contra Thettimum: 'Per Deos immortales, nolite vos sequestro ponere.' Vide Vales. ad Ammian. Marcell. p. 37. *Gronov.*

37 *Numero purgitas*] *Numero purgitas* rectum est. Qui nimis cito se purgare conantur, eo ipso se videntur accusare. *Numero* id significare, neminem qui Plantinum modo legerit, potest latere. *Salmas.*

SCENA IV. 4 *Nam qui amat*] Vere et scite nimis amantium sententias exprimit hæc sententia. Et rara dicendi Venus est, 'habere pro cibo;' qua usus est et alibi: 'Qui pro cibo habeas te verberari.' *Douza.*

6 *Onustos*] Saturos, probe saburratos.

15 *Filum mulieris*] Pro forma mulieris hoc loco dixit Plantus; nam *filum* idem omnino est quod 'lineamentum,' Græcis *χαρακτήρ, περιγραφὴ εἰδούς*. Lucret. lib. 11. 'Debent nimirum non omnibus omnia prorsus Esse pari filo, similique affectâ figura.' Inde 'filo pares,' vel 'filopares' quæ pari filo, similique figura sunt affectæ. *Salmas.* *Virum herele avet*] *Verum herele amet* habent libri. Pro quo recte a Gulielmio repositum, *virum herele avet*. *Amet* scriptum fuit pro *avet*, ut istæ duæ litteræ invicem sæpe permutantur. Nam et *Mascanda* et *Bascanda*, pro eodem in Gloss. veteribus reperitur. *Avet* autem pro *amet*. Scitum, inquit, filum mulieris, et quæ virum quævere videtur et avere. 'Quæ rubet ac pallet, quæ tot suspiria ducit Pectore, quid credas hanc sibi velle? virum.' De juvenibus etiam nimis comptis, et in muliebrem modum or-

natis, dicebant, hæc virum quærunt. De scita muliere ac formosa tanto magis id dixeris, *Salmas*. Sed quum *amet* atque *amat* idem hic significant, hoc potius retinendum, quia proxime accedat ad libros, quam illud reponendum videri decernunt. Quasi illud non accedat, quum codex alter *amet*, alter *amet* habeat. Præterea Gulielmus et Salmasius sciebant, 'avere virum' et 'amare virum' nec hic nec alibi idem significare. Nam quæ dicitur 'amare virum,' certum aliquem habet propositum, in quo amor ejus fixus sit: at 'avere virum,' est, quærere, venari, captare incertum. *Gronovius*.

28 *Ni metuis tu istanc*] Ita vet. edd. et Mss. Cam. *Ni metuis tu istanc?* id est, *ne metuis*, pro 'metuistine?' *Meurs*.

29 *Vin' me experiri*] Emendatur argute a Palmer. *expediri*, sed non vere. 'Experimur mercenarios,' cum eorum opera utimur. Supra, hac fabula, 'opera licet Experiri:' et hoc rogat cocus, velitne operam suam experiri in percoquendo prandio Lysimachus: cum abnueret ille: At tu, inquit, mercedem cedo, quæ conducto debetur. *J. Gul*.

34 *Id non est culpa mea*] Sic ambo Mss. et noster Lugdunensis. Recentiores τὸ *id* deleverant. Sed scribendum, *at non est culpa mea*. Sic Captiv. III. 5. 26. Vide ad Livium XXIV. 37. *Gronov*.

38 *Dum illi ponunt*] Discipuli obsonium.

46 *Scorta obductarier*] In conspectum duci. Lucanus: 'tenebræ obduxere oculos.' Cic. 'Cicatricem reip. jam obductam refricare.'

56 *Concivit*] Concitavit mihi hostes.

62 *Eadem*] Scil. opera, vivemus lautius. *Taubm*.

SCENA V. 7 *Alumnus*] *Alumnus* in Lat. lingua ἀντὶ τοῦ τροφῶς pariter et τροφίμου sumi, hoc est, active et

passive, tam pro eo qui alit, quam qui alitur; contra Vallam et subsequas ejus, clariss. auctoribus Nonio, Capro, Isidoro, et exemplis docuit Jac. Crnq. ad Horat. Od. III. 18.

9 *Sua quidem salute*] Cato: 'Si quid bona salute usus venerit, benigne defendent.' 'Bona salute,' putem verbum esse, quo bonam valetudinem et salutem ominabantur, contrariarumque deprecabantur. Ita ergo fuerit 'bona salute,' tanquam 'salute propitia.' *Turneb*.

13 *Istarum esse operarum*] Id est, ejusmodi operas edere. Sic etiam Liv. III. 36. 'Pater indignitate rerum cesserat in agros, suarumque rerum erat, amissa publica.' *Gronov*.

SCENA VI. 6 *Exigitur matrimonio*] Facile inducor, antiquitus repudiarios conjuges adjecisse causam: ideoque assentior Ful. Ursino retinenti Phil. II. Cic. 'Mimam suas res sibi habere jussit: ex XII. Tabulis causam addidit, exegit.' Et huc respicit hic Syra: item ipsius 'repudii' etymon, quod allegat Festus: 'Repudium, Verres ait dictum, quod fit ob rem pendendam.' Si sic, eam ipsam rem enunciasse, fit simile vero. *Gruter*.

## ACTUS V.

SCENA I. 1 *Limen superum inferumque salve*] Limina coli et salutari solita ad instar numinum, vel ostendat solus Deus, Limentinus dictus. Tertullianus Barnum quandam et Forculum, et Limentinum Deos conjungit in Scorpiace. Idem lib. de Corona, Limentinum a limine dictum docet. *Boxhorn*.

12 *Non est cupida civitas*] Forte melius legatur, *non est cupita civitas*. Retineo tamen *cupida*. Nam voces hujusmodi utramque significationem ἀρχαϊκῶς admittunt. Sic 'gnarus,' et qui novit, et qui notus est: 'timidus,' qui timet, et qui timetur: 'formidolosus,' qui metuit, et qui metuendus

est: 'suspiciosus,' pro suspecto et pro suspiciente. Ita et 'infestus' tam passiva quam activa notione ponitur. 'Nescius' apud Plantum tam de illo qui ignorat, quam qui ignoratur. In Rudente: 'Quæ in locis nesciis, nescia spe sumus.' Apud Sallustium, 'cupidine ignara visendi,' id est, ignota. Talia ὄσα κόβις reperiuntur apud veteres. *Salmas.* Ms. quoque Acad. *cupita.* Gronov.

SCENA II. 1 *Spectatrix, &c.*] Vide notas supra act. III. sc. 4. vs. 12.

3 *Ecquis nam Deus*] Quisnam Deus est qui ita lætus sit, ita gaudeat, ut ego gaudeo? Pro *fuit*, Palatini codices habent *fiet*. Unde *siet* hic legi malim. *Boxhorn.*

10 *Abjicio superbiam*] Hoc eo dicit, quod eat sine comite, servo, equo, et ceteris ad iter necessariis. *Lamb.*

19 *Nec calor*] Notabam *calor* hic positum nentro genere, pro 'calus:' ut 'ador' et 'adus'; 'decor' et 'deus:' nec dubitabam quin ad hanc faciem corrigendus apud Nonium locus in 'Calor:' inepte enim ibidem legitur *calorem*; cum adducat exempla, quæ utrumque recipiunt genus. Sed et Junius Philargyrus ad l. II. Georg. Virgil. vs. 349. ita citat hunc versum: 'Neque frigus, neque calor metno, neque ventum, neque grandinem.' 'Calor' inquit, pro 'calorem:' aliter hypermetrus versus erit. *Gruter.*

21 *Nou concedam*] 'Concedere' est quiescendi causa aut consistendi, in locum quempiam secedere. Rud. 'Paulisper remitte restem, dum concedo et consulo.' *Taubm.*

24 *Inroco vos larcs viales*] 'Lares Viales' Dii sunt qui viæ præsent, ut sint θεοὶ ἐνδοιοι: quos invocare solent, qui peregre proficiscuntur, et ad viam se accingunt: quo etiam cognomento colebatur Mercurius. *Turneb.* Deos peculiare 'semिताles,' hoc loco, 'Lares Viales' vocat Plautus. Est et 'Bivia' Dea Arnobio. Nam in am-

*Delph. et Var. Clus.*

bivii et trivii olim carri et cisia conducebantur, hinc igitur 'Semिताles Dii.' Sed et 'Dii VII' erant. *Scal.* Sed vide mihi not. Bacc. II. 1. 3.

34 *Vorsoriam*] 'Versoria' est quo velum vertitur; quo nomine 'pedem' vocabant. Nam 'pedem tenere' in navi dicebatur, qui præerat tendendis, proferendis, vertendisque velis. Servius: 'Per sortem divisi ad officia remigandi, quis proreta esset, quis pedem teneret?' id est, quis versoriam teneret. Inde 'facere pedem,' pro navigare: inde et proverbium Græcum, ὑστέραν μεθεῖς, τὸν πῶδα διώκεις. *Subm.* 'Versoria' proprie dicitur funis ille nauticus, quo ad captandum a latere ventum in obliqua velificatione vertitur velum. Intelligitur autem vocabulum 'rudentem,' quod funem nauticum significat, et feminini generis esse patet ex Ruden. IV. 3. 1. vide etiam not. Rud. IV. 3. 19. *Gronov.*

35 *Hic Favonius serenu'st*] Gifan. ad illud Lucret. lib. I. 'Fluctifrago suspensæ in littore vestes Uvescunt: eadem dispansæ in sole serescunt.' Notat *serescere*, id est, siccare, ut recte Nonius: nam 'serenus' veteribus etiam sonat 'siccus.' Hinc Georg. I. 'Unde serenas Ventus agat nubes,' quas alibi vocat 'arida nubila,' id est, sicca. *Taubm.*

40 *Religionem illic objecit*] Rejicit a se religionem, qui omnem ad alium transfert. Sicut contra, *Objicere religionem*, ἐπιθειάζει: nimirum ex observatione ominis δεισδαίμονίαν incutere: ut hoc loco Plauti. Sic Horatius religionem objicit Galatææ profecturæ, ab omine; scil. ab exemplo Europæ. Suetonius dixit, 'Afferre cui religionem.' *Scaliger.*

56 *Nullus vivit*] *Vivit*, pro 'est.' *Tuin.* II. 2. 'lepidus vivis.' *Taubm.*

61 *Pulchre ædificatas*] Videas ab amatore esse scitam hanc ædium, in qua amica erat, commendationem:

*Plaut.*

6 O

nam quid his obsecro urbanius? Al-  
ludum enim ad illam venditionis for-  
mulam; cuius Officiorum l. III. ita  
commeminit Cic. 'Quod si qui pro-  
scribunt villam bonam beneque ædifi-  
catam; non existimantur sefellisse,  
etiamsi illa nec bona est, nec ædifi-  
cata ratione.' Cato: 'Patremfami-  
liæ villam rusticam bene ædificatam  
habere expedit:' unde in proclivi  
posthac fuerit intelligere, quid sit,  
quod 'a des pulchre ædificatas' præ-  
dicet Charinus, id est, 'cum ratione,'  
ut quidem explicat Cicero. *Douza.*

62 *De audito*] Vide N. Bacc. III.  
3.

67 *Deos orato, &c.*] Brix. ed. legit  
*orabo*: quod præfero; atque in hoc  
jocus elegantior fuerit, et irrisio aper-  
tior. Nam cum optare jussisset Char-  
inus, ipsius erat optatum præstare.  
Is autem in miseria etiam sua face-  
tus, non se præstiturum quod sodalis  
expectabat, sed, quod non expect-  
abat oraturum Deos ait qui præ-  
sent. *Acidal.*

69 *Sed quin ornatum, &c.*] Sed cur  
non rejicio chlamydem viatoriam et  
cetera ad iter instructa? *Tanbm.*

84 *Zonam sustuli*] Verba sibi dari  
putat ab Eutycho Charinus: itaque  
dicit se zonam sumsisse, quasi iter in-  
ceptum perfecturus. Condebant autem  
viatores in zona pecuniam, ut et  
milites. *Lamb.* Veteres nisi sunt ver-  
bo ζῶσθαι, pro eo quod erat, induere,  
præsertim arma: quoniam ζῶνῃ in-  
primis militi debeatur: sicut de bal-  
theo dicere videtur Justinianus. Inde  
'Minerva Zostris,' et 'Juno Cinxia;'  
alio tamen fini. Itaque l. x. Iliad.  
non potuit Homerus tacere Nestoris  
baltheum: sed eum magnæ ipsi enræ  
esse scripsit. Inde Plauti jocus hoc  
loco, 'Zonam sustuli.' *Svalig.*

85 *Machæra est in manu*] Græci  
enim, ut et Romani, non gerebant  
gladium in urbe. *Lamb.*

86 *Tollo ampullam*] Mos erat pedes  
oleo ungere, antequam calceos indu-

erent: itaque peregre abeuntes am-  
pullam secum portabant, quæ oleum  
in eum usum suppeditaret. Poste-  
rius ex hoc Plauti loco apparet, prius  
ex Hesychio: cuius ea verba, ἡλε-  
φοντο τοὺς πόδας οἱ ἀρχαῖοι, πρὶν τὸ  
ὑποδήσασθαι. Hinc λιπαροὶ πόδες apud  
poëtās. *Meurs.*

92 *Exsiliium parat*] Hinc tandem  
blanditur aliquid Grutero, quod re-  
cipit ex quadam veteri ed. Pareus,  
*exsiliium imperat.* Sed deluduntur  
ambo, et scripta lectio multo ele-  
gantior. Est in eo, quod si effece-  
rit, ego exsul ero. Sic Livio lib. VIII.  
Quintus Fabius Rullianus pater ad  
L. Papirium Cursorem: 'nec ætas  
mea, cui tu orbitatem paras.' En-  
nius Telamone, apud Festum in Obs-  
idionem: 'Scibas natum ingenuum  
Ajacem, cui tu obsidionem paras.'  
*Gronov.*

99 *Video ibi hospitem Zacyntho*] *'Hospes Zacyntho,'* hospes est Za-  
cynthius, vel a Zacyntho: Ζακυνθό-  
θεν, Δεσβόθεν, &c. Sic Terent. 'uxor  
Lemno,' 'annus Corintho,' 'vinum  
Chio.' *Turneb.*

102 *Zacyntho ficos fieri non malas*] *Quam sententiam habet? Opinor*  
dici, ut fici, quæ acerbæ immatu-  
ræque insnavitatem habent; percoc-  
tæ tandem ad snavitatem et dulce-  
dinem mitescant: sic ejus juventu-  
tem acerbam esse etiamnum et in-  
domitam, quæ ætate emansnecet et  
domabitur. Sic enim obliqua figura  
sermonis adolescens perstringitur.  
Imo simpliciter hoc vult: Hospitem  
nihil ad me respondisse: sed quæ-  
renti poma, obtrusisse pira. *Turneb.*

104 *Calchas iste*] Id est, vetus va-  
tes.

110 *Medicari amicus*] Si non sanus  
sum; cur tu, qui te amicum profite-  
ris, mihi non mederi properas? *Pro-*  
*peras* autem pronuntiandum κατὰ συγ-  
κοπήν, 'proprās.' *Camer.*

111 *Clementer quæso, calces deteris*] *Mira decori observatio est; ubi Cha-*

rinus, cui, ut amatori, res omnes pro spisso videbantur procedere, ad amicam in aedes festine nimis introire gestiens, sodali illi suo, pone subsequendo, calces fingitur deterere.

*Douza.*

SCENA III. 3 *Uxor tota in fermento jacet*] *In fermento jacere, ἐν τῇ ζύμῃ κείσθαι*, dicebantur, qui animo essent aegro, quique iracundia turgentur. Nota tralatio. Fermentum enim et acorem habet et tumorem. *Lambin.* *Fermentum* hic pro ira ponitur, ut esse in fermento sit *θυμούσθαι, φλεγμαίνειν ὑπὸ χολῆς*. Juvenal. 'istud Fermentum tibi habe;' id est, indignandi caussas. Etiam Hebraei 'fermentare' pro ira turgere et *βιάζεσθαι* accipiunt. Quin et de aliis affectibus dicitur: ut Prudent. 'Cum fermentati turgescant mores.' *Casaub.*

4 *Expurgationem habeo*] Id est, apud tuam uxorem te purgabo.

SCENA IV. 1 *Ad patrem ibo*] Hæc Eutyclus ad Charinum in aedibus Lysimachi restitantiem. *Lamb.*

9 *Suoapte culpa*] Unica tantum litera mutata ex veteri scriptura lego, *Suoapte culpam generi capiunt, genus ingenio improbant*. Qui sunt, inquit, bono genere nati, si sint ingenio improbo, suoapte generi culpam capiunt, hoc est, eorum culpa in genus proprium redundat, et genus ingenium improbant. Vitium ab illorum ingenio malo adfricatur generi bono, et culpam capiunt non tantum in se, sed etiam in ipsum genus quod dedecorant. *Salmas.* *Suoapte culpa*] Accipio partem a Salmasio, partem a Lipsio, *Suoapte culpam generi capiunt, genus ingenio improbant*: nam et generis et ingenii mentionem tam posteriore quam priore versu facere debuit. *Gronov.*

24 *Aliud factum convenit*] Quia *convenit* idem valet, quod decet, eandem illi constructionem attribuit. *Lamb.*

28 *Vobis hercle habete cum porcis, cum fuscina*] *Porcis* scriptum est pro

*portis*, ut *c et t* in libris veteribus sæpe permutantur invicem. *Portis* autem pro *sportis*, ut 'Casteria' apud eundem Plautum pro 'Schasteria.' Proverbum est. Habete hoc vobis cum sportis, cum fuscina. Sportæ et fuscinae ex vimine texebantur, et continendis obsoniis et variis rebus serviebant. Nam a sporta, 'sportula' dicta *ὑποκοριστικῶς*. Fuscinae etiam tunc parabantur ex vimine ad ficus et alia hujusmodi continenda. *Habeatis*, inquit, rem ipsam cum iis vasis quibus continetur. 'Cum sportis,' 'cum fuscina,' proverbialiter hæc usurpantur. Aliquando legebam, *cum porcis, cum fuscina*. *Πορκὶς* est rete piscatorum, quod Latine ita dixerit Plautus. Fuscina etiam instrumentum piscatorum, tridens, ad figendos pisces. Habete igitur prædam ipsam, et quidquid piscatum, cum porcis et cum fuscina ipsa. Si nihil mutandum sit, ego huic sententiæ nunc magis adhaeresco. Cum hoc sensu, etiam *fuscina* retineri plane potest. Vas enim est vimineum in quo et pisces capti reponuntur. *Porci* sive *πορκοί*, sunt retia, sive *nassæ* potius, *Καρποί*. Unde proverbium *εὐδοντι πορκὶς ἀπει*, de fortunatis quibus dormitentibus nassa impletur. Habete, inquit, vobis totam capturam piscium, cum ipsis nassis ac fuscina. Nisi quis dicat revera mulierem illam sportas et fuscinam secum attulisse, cum domum senis intravit. *Salmas.*

37 *Ly. Ora ut ignoscat delictis tuis*] Ipsumne Demiphonem Lysimachus orare jubet? At quem? filium suumne an ipsius? Equidem non aderat Charinus, qui orandus esset: et oratorem vero sibi parat ille Eutyclus, non ipsum orat. Nam hic quid oratur? Ignoscere Charini erat, in quem deliquerat pater. Non convenit igitur vulgata lectio: quam in sensum aptissimum refinges levi mutatione, si pro *tuis* scripseris *hujus*. Inequitat æquali suo Lysimachus, et filium orat,

orare atque intercedere apud filium illius pro illo velit. Salsissime rem indignam perstringens, cum, quo modo, quibus delictis, quam veniam filii rogare solent a patribus, eodem iisdem eandem patri e filio nunc rogari cupit. *Acidal.*

38 *Superbe invehere*] Mihi inequita.

51 *Suam quisque homo rem memin[it]*] Notat hominum mores, qui in alieno negotio dormitant, in suo quisque vigilat. *Taubm.*

59 *Cum eo nos hic lege agemus*] Id est, pœnas legibus indictas infligemus, et legem in eum consequemur. In eo significato capitur apud Tacit. lib. xii. Est igitur, 'lege agere,' quod Cic. alibi dicit, 'facere iudicatum,' id est, exsequi implereque latam sententiam. *Polletus.* Sic Liv. xxvi. 15. 'Fulvini præconi imperavit, ne lictorem lege agere juberet.' cap. 16. 'Jussu Procos. præconem pronunciasse: Lictor, viro forti adde virgas, et in eum primum lege age.' Val. Max. iii. 8. 'Literas in sinistra manu, sicut erant traditæ, retinuit, ac jusso lictore jure agere, tum demum apernit.' *Gronov.* V. et N. Aul. iii. 3. 10. *Inscitum arbitrabimur*]

'Scitum' in re Venerea usurpatum antiquitus, docuerunt alii, tum Plautus *Trucul. sc. ult.* 'Quanquam hic horridus, quanquam hic squalidus: At scitus bellum inicit.' (V. N. *ibid.*) Isti contrarium 'Inscitus' hoc loco Plauti. Sic enim hunc versum a nemine hæcenus, quod sciam, intellectum interpretor: nec hunc solum, sed et alium Terent. *Hec. v. 1.* 'Nam si facis facturave es, bonas quod par est facere: Inscitum offerre injuriam tibi immerenti, iniquum est.' Vult senex: iniquum esse, si homo, qui ex rebus amœnis et voluptariis exaruit, injuriam inferat meretrici: cum hoc sit potius calidæ juventutis. *Gruter.*

60 *Et per nos quidem*] Multo concinnius et non sine joco legeretur hic versus post illum, 'Si quis prohib.' &c. Hæc enim, 'Et per nos quidem,' &c. quasi sanctio est, qua pœna in eum statuitur, qui id, quod de sumptu adolescentibus subministrando dicitur, violaverit, aut potius servaverit, nempe *Egestas. Pistoris.*

62 *Quod bono fiat modo*] Modo nil fiat contra leges et supra modum. V. N. Mil. iii. 1. *Lambin.*

## PSEUDOLUS.

PROLOG. 13 *Ventre raso*] Est jocus inexpectatus; alludens ad rasum caput, cui capilli deerant; ut hic ventri cui cibus. *Taubm.*

20 *Ubi lepos, joci, &c.*] Hic ordo et sententia, sine lepore omni est et Gratiis: legendum, *Qui quærit alia, is malum, &c.* sensu et aperto et elegant. Quid enim probabilius, quam eum hominem malum, et merorem sibi quærere, qui alia consecatur, quam leporem, jocos, lusus, vinum,

et cetera, quæ hic commemorantur. *Douza.*

24 *Exporgi melius est lumbos*] Vanum hic *Lamb.* commentum, versusque unus aut etiam alter deesse videtur: ut sensus fuerit: Abjicite jam malas curas, ut otiosi nobis operam hodie detis. Si qui autem negotiosi sunt, eos exsurgere atque abire melius est: nam longa fabula in scenam agenda venit. *Acidal.* Sane Prologus hic in Mss. *Pall.* præter ultimos ver-

sus duos, desideratur: quem tamen antiquum Camer. censet.

## ACTUS I.

SCENA I. 4 *Mei te rogandi*] Ni A. Gellius palam testaretur sic se legisse, ex ratione manifesta scriberem, *Meo te rogandi et tuo*. Nam quæ afferunt ad probandum hoc genus orationis, quid habent simile? 'Tuum Samii Lucumonis acumen' male legitur apud Ausonium, et scribendum est, 'Anticipesque tuo Samii Lucumonis acumen,' ut monuit Douza lib. II. Plantin. c. 22. Tamen si debebat esse Plauto simile, 'acumen tui, Samii Lucumonis,' erat habendum. Eodem modo, inquit, dicitur 'Noster utriusque labor.' Credo, ut, 'meus et tuus duorum labor:' non 'nostri utriusque labor,' ut, 'mei ac tui duorum labor.' Nam Hecuba Enniana cum ait, 'Miserere mei anus;' qui poterat aliter loqui? Sic et recte dicerem, 'Miserere duorum mei et tui.' Sed non ita bene sonat, 'labor duorum mei et tui;' neque 'labor mei te rogandi,' et 'labor tui respondendi mihi,' ut 'labor duorum meus ac tuus,' 'labor meus te rogandi,' 'labor tuus respondendi mihi.' Similiter apud JC. 'mens mea facientis testamentum,' si par hinc Plantino esset, foret, 'mens mei faciendi.' Unicus affertur locus par Ciceronis ad Curionem ep. 6. 'Tui unius studio.' Sed hic quidem, quin 'tuo unius studio' scripserit, ut semper alias, nullum mihi dubium est. Lepidum vero est, quod istud, 'iudicium tuum eruditissimi viri,' voluit esse integrum, 'tuum tui eruditissimi viri iudicium;' 'meum unius peccatum' pro 'meum mei unius peccatum.' Quis unquam credat quenquam ita locutum, 'tuum iudicium tui, meum peccatum mei?' Imo si verum vis, integrantur illa hoc modo, 'tuum iudicium,' quod est iudicium eruditissimi viri, 'meum pec-

catum,' quod est 'unius hominis.' 'Tuum studium adolescentis,' id est tuum studium, quod erat studium tuum adolescentis: 'tua vestigia proximi prætoris;' tua vestigia quæ erant vestigia proximi prætoris. Alioquin quemadmodum non dicitur, 'uxor mei,' 'ager tui,' ita nec 'labor mei' et 'tui.' Sallustianum quoque 'maiores vestrum' agnoscit Gellius: sed omnes scripti illic 'maiores nostri,' teste Grutero. Quod si dixerunt ista hi duo, solo hellenismo excusantur, quem imitari nolim. Volunt etiam 'tis' pro 'tui' ex Gellio Mss. ambo: 'et te respondendi.' Acad. *Mei interrogandi et tui respondendi mihi*. Gronov.

13 *Sub Veneris regno*] Apud veteres, juvenes virginesque, sub Veneris se esse imperio arbitrabantur: et si quid mali accidisset, ejus id ipsum iræ imputabant. Præterea cum amoris sui competes factæ, inpersissent, coronas ei suspendebant: juvenes quoque zonas amasiarum suarum, &c. *Meurs*.

22 *Alia aliam scandit*] Litteræ scilicet non erant recta linea collocatæ, sed, ut a puella scriptæ, alia alii quasi incubabat.

23 *Nisi Sibylla*] Quæ etiamsi legere non possit, divinare tamen possit. V. N. Pæn. 1. 3.

24 *Interpretari alium*] Alter codicum, *alium posse reor neminem*, cui subscribit Academicus: alter, *interpretari posse neminem*. Intellexit Camerarius τὸ reor esse insitium; et reddidit *potesse*. Ego idem suspicor de τὸ *alium*: et scripsisse Plautum puto, *Interpretariet posse neminem*. Gronov.

28 *Gallina scripsit*] Ludi in ambiguo, et quasi ex insidiis puellam convitio verberari volunt interpretes; ac si inter male nominata nomina, meretricibus indici solita, etiam fuerit *gallina*. Non memini id me unquam legisse. Certus autem sum per gal-

linæ scripturam et manus, nihil hic significari aliud, quam inconditas, incompositas, et alias alias scandentes litteras, quibus hæ tabulæ erant exaratae. Nos Belgæ, desumpta a gallis metaphora, ejusmodi inconcinnas litteras *hæne-pooten*, quasi tu dixeris, 'gallorum pedes,' appellamus. *Boxhorn*.

36 *Solstitialis herba*] 'Herbam solstitialiam' de ea intelligo, quæ tempore solstitii, nocte præsertim frigidiuscula, ut solet, et rorulenta subnascitur, et postea a calore solis diurni, qui tunc maxime sævit, moritur, aut certe languescit. *Becman*. Proverbialiter dicitur de re fugaci et non diuturna. *Scalig*. Imitatus est Ansonius de morte præstantis cujusdam adolescentis, in Parentalibus p. 163. 'Ostentatus, raptusque simul, solstitialis velut herba solet.' *Gronov*.

40 *Ceram et linum*] Vide notas Bacchid. iv. 4.

45 *Pro lignea salute*] Quia tabellæ e ligno. Unde et Ovid. *Amor.* i. 1. 12. eas vocat, 'inutile lignum.'

49 *Militi Mæcedonico*] *Mæcedonio*. *Scriber*.

53 *Symbolum*] Vide notas *Epid.* i. 2. 22. et *Bacch.* ii. 3. 29. *Casaub.* in *Athen.* iii. 31.

58 CA. *Crus ea quidem sunt*] Verba hæc non pars epistolæ, sed *Calidori*, qui fatalem quasi diem sibi instare conqueritur. *Taubm*.

64 *Amantium comparum*] Ex vet. cod. leg. *artæ amantium comparum*. Compares sunt *σύζυγοι*: usurpatur in amore de duobus, qui inter se amant. *Horat.* *Od.* ii. 5. 'Nondum innum comparis Æquare valet.' *Lipsius*.

66 *Papillarum horridularum*] Id est, 'prominentium, exstantium.' *Nonius*. *Catullo* 'surgentes papillæ' sunt tumescentes et veluti strophio ohniten-tes; quas hic *Plautus* 'horridulas' vocat: alias et 'plenum' significat; ut cum *Varro* 'horreum' ab 'horri-

do' deducit. *Turneb*.

68 *Discidium*] Vide notas *Milit.* iii. 1. 60.

73 *Pamiceos*] Vide notas *Aulul.* ii. 4. 18.

74 *Lacrumam exspuant*] Tralatio ridicula et servo digna: alioqui putida et inepta. *Lamb*.

77 *Ne parsis*] Id est ne peperceris, ne parce ejules, suppeditabo enim tibi magnam copiam vocum harum flebilium. *Lamb*.

82 *Jugis*] Perennis: propter incommoda servitutis scilicet. 'Thesaurum' vero de re etiã mala dici, *Mercat.* notavimus. Sic *Oppianus*, *ἄλβον ὀλέθρου thesaurum interitus*, pro mundo et copia sive *δυνάμει*; ut observat *Rittersh*.

94 *Cucule*] Vide notas *Asinar.* extrema, vs. 73.

96 *Libellæ*] *Libella* numulus erat argenteus, decima denarii pars. Proinde 'As, libra, libella argenti' *Plauto*, et 'libella' *Ciceroni* et 'assis,' pro eodem accipiuntur. Hinc illa: 'Ad libellam debere: sumptum reddere ad assem.' Aliud est apud *Plin.* 'Ad libellam et normam exigere.' *V. N. Capt.* v. 1. 27.

99 *Quod tu istis lacrumis, &c.*] Quod censes, te existimari ab illa probum amatorem, ob lacrymas, falleris, &c.

102 *Aut hac mea*] Quia semel cessit *avi* pro *aut* restitutum, hic quoque applicandum fuit, sed, ut opinor, *avi* mala. Nec tamen placet, *ut hac mea*. Nihil melius vulgato: Bona opera, aut, si bona esse non potest, vel boni a me nihil exspectas, hac mea, qualiscumque esse potest. *Gronovius*.

105 *Ita supercilium salit*] Ominandi scientia a veterum superstitione diligenter cuncta fuit: quam *κληδοπιστικὴν* vocabant. Quod *Ausonius ait*, ejus tres species esse: non dubito, quin hæ fuerint, *παραμὸς, παλμὸς, et tinnitus auris*. De sternutatione multi; ut *Propert.* 'Aridus argutum



sternuit omen amor.' Cujus omina-  
tionis sollicitudinem cum deprecabatur  
Græci, dicebant Ζεῦ σώσον :  
in Epigrammate : Οὐδὲ λέγει, Ζεῦ σώ-  
σον, ὅταν πρᾶρη. De palpitatione  
autem Theocr. "Ἄλλεται ὀφθαλμὸς  
μειὸν δεξιὸς ἢ ῥάγ' ἰδησῶ Αὐτάν; Plant.  
*Supercilium mihi salit.* Unde *salisatio*,  
*παλμὸς* dicitur a veteri Glossario.  
*Scaliger.*

107 *Mea si commovi sacra*] Putem  
hoc interpretandum de sententia Ser-  
vii, scribentis ad illud Virgiliti *Æneid.*  
iv. 'Qualis commotis excita sacris  
Thyas, ubi audito,' &c. 'Commotis  
sacris' ideo dixit, quia in sacrorum  
renovatione commovebantur simula-  
cra : unde Horatius *Od.* i. 18. 'Non  
ego te, candide Bassareu, Invitum  
quatiam : ' quod ad 'trietrica,' tri-  
ennialia Bacchi pertinet. Ea enim  
sacra tertio quoque anno innovaban-  
tur. Sane sciendum ἄργια apud Græ-  
cos dici sacra omnia, sicut apud La-  
tinos 'ceremoniæ' dicuntur : sed  
jam abusive sacra Liberi 'Orgia'  
vocant, vel ἀπὸ τῆς ὄργης, id est, *furo-*  
*re*, vel ἀπὸ τῶν ὄρων, id est, *a monti-*  
*bus.* Douza. Vide *Observ.* i. 15.  
*Gronov.*

108 *Turbellus*] Vide notas *Bacch.*  
iv. 9. 134.

116 *Nunc jam ne sis*] Deest huic  
versui pes. Parens, *nunc jam.* For-  
te, *nunc jam ne sis mihi.* Gronov.

118 *Tangam patrem*] Vide notas  
*Epidic.* v. 2. 4.

119 *Verum si potes, pietatis caussa*] Per  
pietatem liceat tibi non patrem  
tantum, sed matrem quoque tangere.  
*Pietatis caussa*, sicut 'mea caussa,'  
per me. Sententia Lamb. absurda  
est: hæc unice vera. *Acidal.*

121 *Pube presentis*] *Pubes*, auctore  
Festo, 'συνεδοχικῶς' ab iis, qui pube-  
res sunt, omnem populum significat.  
Doctissimus Romanorum Virgilius,  
inter alia conditæ antiquitatis arcana  
et hoc posuit, cum ait : 'puppisque  
tuæ, pubesque tuorum : ' ex ea enim

consuetudine dixit, cum exprimeret  
Homericum, Σὺν νηίτε σῆ καὶ σοῖς  
ἐτάροισι. *Scalig.*

127 *Ostium crepuit*] Vide notas  
*Milit.* ii. 1. 76.

128 *Crura mavellem modo*] Crura  
mallem crepuisse, id est, fracta esse.  
De *crurifragio*, vide *Asin.* ii. 4. 68.

SCENA II. I *Male habiti, et male  
conciliati*] 'Male habiti,' id est,  
damnose, imo (ut Catullus loquitur)  
'magno cum pretio atque malo' alti  
eductique mihi : ne quis 'male habi-  
tos' forte pro strigosis et macilentis  
inscite habeat. Sic noster alibi :  
'Bene ego et pudice hanc domi ha-  
bui meæ,' id est, alii atque educevi.  
Idem de 'male conciliatis' dictum  
velim, nempe ἀπὸ τοῦ magno, id est,  
care et cum dispendio herili compa-  
ratis accipiendum, ut contra, 'Bene  
ac pulchre conciliare,' pro vili emere,  
dicitabant. Consule Donatum ad  
illud Terentii *Eun.* iv. 4. 'Fugitive  
prodi, male conciliate : ' ubi omnem  
conventionem 'conciliationem' dici  
testatur : credoque pervulgatum in  
improba, nequam malæque frangi man-  
cipia herile convicium fuisse. *Douza.*

3 *Quibus nisi ad hoc exemplum ex-  
perior*] Δεικτικῶς. Videtur enim hoc  
dicens, scitica et tergino officii  
quemque sui commouefecisse. *Dou-*  
*za.*

12 *Ut valide varia sint*] Vide notas  
*Epidic.* i. 1. 15.

14 *Alexandrina belluata*] Intellexit  
hoc loco Plantus 'polymita ;' quæ  
sic Græcis dicebantur a 'polymita-  
riis,' qui stragula multis licis texe-  
bant, et inde hoc nomine vocaban-  
tur. Hunc texendi modum et artem  
Alexandriæ primum institutam fuisse,  
testis Plinius : 'plurimis vero li-  
cis texere, quæ polymita appellant,  
Alexandria instituit.' Inde etiam  
'Alexandrina' dicebantur, quæ ad  
eum modum erant texta : non acn  
operabantur Alexandrini illi polymi-  
tarii, sed pectine : nam in tela et

textoriis instrumentis artem suam exercebant, ac per hoc vere et proprie texebant. Tantum tamen eorum artificium fuit et industria, ut majore ferme varietate eorum opera distinguerentur, quam quæ acu Babylonia, aut Phrygia picta essent: nam et in his, et beliarum, et hominum, et avium aliarumque rerum formæ exprimebantur, haud secus atque in Babylonicis. *Salmas.*

*Conchylia ta tapetia*] ‘Conchylia tus color’ est e cæruleo et rubro, qualis Martiæ violæ. Dicitur et ‘purpureus,’ ‘ostrius,’ ‘Sarranus’: ‘Thesalicus’ etiam Lucretio; ‘blateus,’ &c. Et ‘tapetum,’ vel ‘tape-tem’ Nonius exponit ‘tegmen unite pictum de variis coloribus.’ Cicero: ‘Conchylia tus Cu. Pompeii peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres.’ *Camer.*

18 *Vincite hoc duritia ergo*] Qui hæc mutare aggressi sunt, ignorare quam necessarium sit in comœdiæ lectione gestus identidem sibi repræsentare. *Hoc δευτικῶς* hic ponitur. Sententia autem est: Vos, si quidem velitis et possitis, duritia vestra, et hoc terginum (id manu ostenditur) et me eo vos excepturum, vincite. *Boxhorn.*

21 *Terginum*] ‘Terginum’ pro scutica et corio dixerunt antiqui. Lucill. ‘Dum salvo tergo et tergino licet.’ *Scaliger.*

25 *Caudicali praficio provinciæ*] Ut lignum findas, et in tabulas ac fragmenta minuta dissecas. Caudex sen codex, arboris truncus. Virg. Georg. II. ‘Quin et caudicibus sectis,’ &c. est et interdum plurimum tabularum contextus. Varro apud Non. Hinc Claudius, qui primus Romanis persuasit conscendere navem, cognominatus Caudex. Seneca de Brevit. Vitæ.

29 *Idem extruito*] E thecis expromptum disponito. *Lamb.* Imo, in abaco ordine collocato. *Taubm.*

31 *Vorsa*] *Vorsa*, a verrendo, σαρωμένα. Hunc versum videtur in animo habnisse Diomedes, cum scribit, l. I. c. 4. *Verro, meto, furio*: horum verborum non facile reperimus tempus perfectum: et tamen, quod est *verro*, in passiva significatione *versus* habet: ut apud Senec. ‘Versa templa;’ et Plant. ‘Versa, sparsa.’ *Douzu. Præsterga*] Sic Mss. Pall. Membranæ Acad. Lugd. *præstersa*. Verum puto *pertersa*: ut Horatio, ‘Gausape purpureo mensam pertersit;’ et Columellæ, ‘munda spongia vasa pertergere.’ Apud Lucretium quoque semel atque iterum *præterget* pro *perterget* habebatur in corruptioribus libris. Tum *s* et *g* misceri interdum a librariis notavimus etiam in Livio, ubi ‘senes’ pro ‘genus.’ *Gronov. Coctaque*] Quæ cocta sunt huc non faciunt. Infra demum dicit, coquus sese adducturum. Quomodo igitur aut quare hic vult, ut omnia cocta inveniat, domum reversus? *C* et *d* facile inter se in libris antiquis commutantur. Legendum ergo puto, *doctaque*. *Docta* hic dicuntur scita, elegantia, expolita; quomodo ‘docta facies’ in libris Amorum Nasoni appellatur. *Boxhorn.*

34 *Accipere*] V. N. Cistell. I. 1. 12.

35 *Hæc cito celebrate*] *Celebre* non solum frequens, sed etiam velox significat. *Nonius.*

37 *Cautio est*] Id est, cavendum est. *Donatus* Andr. II. 3.

42 *Quæ capiti*] Saluti et libertati.

49 *Præhibeo*] *Præbeo*. Vide *Mænæhm.* v. 2. 51.

51 *Panticesque*] Vide notas *Capteiv.* IV. 3. 116. Porro hoc loco scribendum est, *Eo vos vestros pantices usque adeo mudefacitis*. Vulgata lectio palam inconcinna est. *Boxhorn.* *Cum ego sim hic siccus*] *Horatius* Od. IV. 5. ‘Dicimus integro Sicci mane die: dicimus uvidi, Cum sol oceano subest.’ Ita ‘abstemius’ sæpe dici-

tur, non qui invinis priscis illis, ὁ μὴ μετέχων οἴνου, sed ὁ μὴ πῶ, qui pro hora diei nihil dum vini bibit: quem 'sobrius' vel 'siccum' dicimus. Apul. Apologia: 'Nam dicitur ante horam diei secundam, jejunos adhuc et abstemios, testimonium istud vendidisse.' Ἄσπιτος καὶ ἄσπιτος. Ita utitur et Tertull. et alii. *Causaub.*

55 *Montes maximi acervi*] Acervi maximi instar montium. V. N. Epid. t. 1. et Mil. iv. 2.

59 *Regem Jasonem*] Jasonem Thesaliae tyrannum, qui ætate Epaminondæ floruit, malim intelligi, quam illum Argonautam. *Lamb.*

62 *Lenonum æmulos Lanios*] V. N. Capt. III. 1.

64 *Tergaribus oneri uberi*] Tergaribus onere uberi: sic 'parti' pro 'parte,' &c. *Taubm.*

65 *Dircam*] Zethus et Amphion, Jovis ex Antiopa filii, Dircen, quam Lycus, Antiopa eorum matre ejecta, uxorem duxerat, quæque Antiopam in vincula conjecerat, caudæ bovis indomiti alligarunt, Lycumque interfecerunt. *Passerat.*

68 *Pati colere*] Colere, absolute pro incolere et degere aliquo in loco.

69 *Qui amant a lenone*] V. N. Mil. II. 2. Pœn. v. 2.

71 *Ne illi aualeant*] J. Guliel. Acidal. et Popma, aiunt anastrophe esse, pro 'illine.' Terent. Andr. 'Audi jam omnia?' *Donzu.* 'Ah ne tu omnia?' id est, tu ne? V. N. Aulul. Prolog. *Taubm.*

77 *Dynamim*] In Tarvisina, Paris. Basil. et Veneta ed. est, *amatores olivianam domi habent.* Hinc emendo, *quos amatores Olivitan domi habent;* nam veteribus 'olivita' sive 'oliveta,' idem erat quod 'olivetum,' ut 'menda,' 'mendum,' &c. Ergo errat Festus, qui putat esse illud tempus, quo olea colligebatur: quod tamen 'olivitas' dicebatur. *Meurs.*

79 *Pergulam*] Nullæ unquam fuerunt pergulae publicæ, sed tantum

appendices ædificiorum, quæ in publicum spectabant. Et ob id artifices et magistri, qui minus noti erant, in illis primum solebant opera sua proponere aut docere, ut populo innotescerent. Juvenal. 'Sed nec structor erit; cui cedere debeat omnis Pergula.' Et, quod Turnebus producit ex Plauto de lenone, qui interminatur mulieribus, se eas expositurum in pergula, est ipsius lenonis pergula: qui vult eas mulieres venales prostare. Propterea eas exponit in eo ædium loco, qui omnibus in conspectu esset: quo nomine vetus Glossar. exponit 'Pergulam περιφάγεον.' *Scalig.* Non verum est, quod vir doctissimus scripsit, pauperes grammaticos, quibus in ædibus habendæ scholæ potestas non erat, in pergula docuisse. *Pergulae* erant cellæ publicæ, in quibus omnium artium doctrinarumque professores publicè docebant. Cellæ quoque publicæ meretricium, 'pergulae' hoc loco dicuntur. *Salmas.*

82 *Excetra tu*] Vide notas Casina III. v. 19.

83 *Tua tuorum opera*] Quæstu meretricio ex olearii facto, &c. *Palmer.*

84 *Pulmento utro magis unctiusculo*] Id est, lautius cæno; cui contrarium apud Persium, 'Cænare sine uncto.' Idem Sat. III. loquens de luxuriosis, quibus intemperantia morbos et ambignam valetudinem affert, 'Uncta cadunt laxis tua pulmentaria labris.' *Gronor.*

92 *Phœnicio corio invises pergulam*] 'Phœnicium corium,' rubrum vocatur. Hic tergum flagris eruentum significatur. *Turneb.*

SCENA III. 3 *Bene curassis*] Coniiciunt, *Ne curassis, Tu ne curassis, sine cura sis, Bene: ne curassis.* BA. *Ne curassis.* Omnia frustra. Censeo formulam esse hortandi aliquem, ne quid ex ordine quotidiano intermitteret ob præsentem metum: sed agat solita, quasi nihil sit, quod interpel-

let. Recte rem aliam gere: noli ob hoc animo perturbato minus curare res alias. Eadem brevitate verbum idem in prologo Pœnuli: 'Ne et hic varientur virgis et loris domi, Si minus curassint, cum veniant heri domum.' Hinc et mox, 'Potin' aliam rem ut cures?' Gronov.

6 *At. Ps. Bat*] *Bat* sonus est cornicinis lituum ex ore eximentis. *Charis*.

8 *Quam re adversa*] Futile interpretamentum Lambini dicit hic Acidalius: idem enim per idem interpretatur. Ipse corrigit, *quam rei adversa*, vel *re* accipit pro τῆς rei: ut sit, quam obtemperes animo iis agendis, quæ abs re sunt vel rei adversa. Non perceperunt dignam intelligi sententiam. *Animus* omniumque veteribus ea pars ingenii est, quæ ministrat, non quæ regit: non ratio, sed quæ suscipit affectus et iis agitur. Ut in Trinummo II. 2. 24. 'Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnat suo,' &c. Hoc vult ergo: *Re adversa*, in rebus parum secundis, *pravortaris quod in rem sit*, potius consulas, potius provideas et cures quomodo illas explices, *quam auscultes animo*, id est, perturbare, trepides, insanias. Gronov.

14 *Quod hoc malum*] *Ps. Quid hoc malum, tam? placide.* BA. *I puer.* Seriver.

15 *Hodie nate heus*] Ita lenonem appellat, quod superiore scena dixerat, sibi hodie natalem diem esse. 'Nascuntur' etiam qui honores adipiscuntur: et 'nascuntur,' qui ab exilio reducuntur. Turneb.

16 *Tametsi occupatus moramur*] Lambinus malit *occupatum*. Sed non necesse est scripturam veterem mutare, *occupatus*. Sic enim scribendum. Licet occupatus sis, tamen necessario te moramur, detinemus. *Boxhorn*.

18 *Mortuus est, qui fuit*] Vide N. Capteiv. III. 3. 1.

21 *Te volo*] Ambiguum: vel, *Te volo* convenire: vel, *Te Juppiter* perdat, volo. Atque hoc modo Pseudolus intelligit, idque non fefellerit lenonem, qui sic respondit: *At ego volo vos ambos perdat Juppiter*.

22 *Colloqui te*] V. N. Asin. III. 1. *Licetne obsecro vivere*] Q. d. vos me enecatis odio vestro et molestia. *Lambin.* V. N. act. IV. sc. 2. et N. Epid. I. 2.

25 *Ducito*] Scil. Phœnicium. V. N. Epid. III. 2. et Trin. II. 1.

28 *Rem actam agis*] Donatus Andr. III. 1. 'Hæc res secundum jus civile dicitur; in qua cadetur, ne quis rem actam apud judices repetat.' Idem ad Ennuch. I. 1. 'Actum est, sumptum a jure; *ilicet*, a iudicio; *peristi*, a supplicio.'

32 *Ut porriciam*] Porriciendi verbum ex disciplina haruspicum et ex præcepto pontificum solemnæ sacrificantibus fuisse, Macrobr. III. 2. tradit. Nævius: 'Simul atrociam porricerent exta ministratores.' Turneb.

47 *Nimio id*] Viro bono indigna sententia; cui famæ et existimationis jactura gravior, quam rei. Sophocles: τὸ κέρδος ἤδὲ, καὶ ἀπὸ ψευδῶν ἔτη. V. N. Trin. II. 2.

55 *Non lenonium est*] Scil. recte monstrare.

62 *Heus tu, postquam*] Ineptissima illa sunt Lambini, mensam de cibaria mensa accipientis; cum manifesto mensam trapezitarum intelligat. Et verborum quidem, quæ in vulgaris hodie habentur, hunc sensum esse puto: ut sit jocus in astutos trapezitas, qui cum bonis cedere et mensam relinquere decreverunt, prius omnia quæ ipsis debentur, exigunt et abscondunt, ne ii, quibus ipsi debent, ea occupent. Quasi dicat: Postquam ii, qui bonis cedunt, tam astuti facti sunt, ut non prius a mensa surgant, quam debita sua exegerint, sane cavent omnes mutuari. *Pist. A mensa surgunt saturi, poti*] Non erat cur desperarent

de hoc loco, tanquam mutilo, aut luronones aut hellunones describi putarent, aut nescio quos Saturnipetas et Saturipetas confingerent. De trapezitis agere certum est, qui cum bonis cedere et mensam relinquere decreverunt, prius omnia, quæ ipsis debentur, exigunt et abscondunt, ne illi, quibus ipsi debent, ea occupent, ut recte Pistorius. 'Qui suum repetunt,' descriptio est argentariorum. Curcul. III. 'Habent hunc morem plerique argentarii, Ut alius alium poscant, reddant nemini.' Sed cur addit *saturi, poti?* non alia de causa, quam quia appellarat 'mensam:' quæ est et trapezitica et ad quam vescimur, saturique et poti reddimur. Ut cum in Curculione quia dixerat 'datores,' addit 'et factores,' etsi ad sententiam 'factores' nihil facerent. Ut cum Menæchmum dixisset eum convivas 'recreare,' addit et 'medicinam facere.' Et tamen ἀλληγορίᾳ possunt eadem verba ad præsentem pertinere materiam, ut sint sibi credita pecunia saginati et ebrii. Postquam, inquit, argentarii crebro a mensa surgere et bonis cedere cæperunt, ex eo tempore homines ab alienis, quorum rem et statum non probe habent cognitum, cautiore sunt, et non facile cuiquam credunt. Gronov.

67 *Eme die cæca*] Id est, solutione in diem prolata. Contra, 'Oculata die emere,' est præsentem pecunia emere. Ita Cato dixit, 'die vendere.' Sic Jcti vocant 'cæca testimonia,' quæ scripto perhibentur absentibus. Ita Virgil. in Ætna: 'Atque oculis hæsuræ tuis.' Hoc est, quod Græci poëtæ dicunt βλέποντα μαρτύρια. Plautus vero aliter extulit, 'Rem tibi auctorem dabo.' Sic infra: 'Non illic duce me occultas scrutabere causas: Oculent oculis ipsæ.' Eodem modo 'oculata diem' dixit Plautus. *Scalig.*

69 *Lex me perdit quina vicennaria*] Ita duplici *nn* scribendum: nam *ri-*

*eeni* sunt οἱ εἴκοσι τὸν ἀριθμὸν: *vicennes* vero εἴκοσαετείς. Lex enim Lætoria vetabat filiumfamilias minorem viginti quinque annis stipulari, id est, ἐπερωτᾶσθαι, ut ait Priscianus, lib. VIII. et XVIII. sive stipulanti respondere: aut spondendo obligari; ut Jcti loquuntur. Lipsius. Retulit eam legem ampliolem Claudius Cæsar de omnibus filiis familias, etiam supra legitimam ætatem, ne in mortem parentum filiis familias fœnori pecunias darent. Qua lege sævitiam creditorum cœrcitam ait Tacit. Annal. XI. 13. ubi vid. Lips. Asperius Vespasianus: 'Ne filiorum familias fœneratoribus exigendi crediti jus unquam esset, ne post patrum quidem mortem.' Suet. Vespas. c. II. Atque hoc est, quod Jcti, vocant S. C. Macedonianum, a Macedone insigni adolescentum corruptore, de quo in D. lib. XIV. tit. 6. Gronov.

80 *Apud novercam querere*] Lusum putant viri docti in hoc, quod Pseudolus illud *querere ἀντὶ τοῦ* *quereris* accipit, quum sit imperantis. Imo et leno et Pseudolus τὸ *querere ἀντὶ τοῦ* *quereris* accipiunt; neuter ut sit imperantis. Sed iusus est in vocabulo 'noverca,' quod per translationem accipit Ballio, cum proprie dictum servus. 'Apud novercam queri' est queri apud aliquem qui non exaudiat, παροίμωδῶς. Si necem queri velis, quod utile tibi sit, fac venias cum argentata querimonia: nam quod nunc doles sine nummis, doles apud novercam, hoc est, eum qui tui non misereatur. Hoc captat Pseudolus: Ergo tu Callidori noverca es? et sic nupsisti hujus patri. Eam enim novercam divimus, quæ post matrem patri nostro nupsit. Gronov. *An unquam tu hujus nupsisti patri*] Argutus, sed licentior sane jocus, qui in verbo ambendi consistit, quod verbum antiquitus inter ea fuit, quæ custos ille hortorum libentius quam virgines Vestæ usurparent. Inde Festo, 'sup-

ta verba,' obscena; et Petronio, 'nuptias facere,' τὸ συνομοιάζειν. Inde virgini Vestali crimen incesti intentatum apud declamatores, quod verum scripsisset, 'Felices nuptæ: moriar, nisi nubere dulce est.' Lipsius. Vide notas Cistellar. I. I. 45.

93 Lanios] Ita vocat popas hostiarum mactatores, qui malleo ipsas impeterent, dum a victimario interim tenerentur. Guther.

95 Agnitis me extis placari volo] Victimam de magnis dixere; certum veteribus illis, qui pure loquebantur, ita observatum fuisse. Quod verum esse, manifesto Plautus docet in Pseud. ex verbis lenonis: 'Nolo victimas: minimis med extis placari volo.' Nam 'minima exta' opposuit 'victimis.' Sed lusit comice in voce 'minimis,' respiciens ad minas viginti, quibus sibi litari volebat. Adolescens vero jocum non percipiens, jubet arcessi agnos: quia eæ sunt 'minimæ hostiæ,' et quæ vere victimæ dici non possunt, quum ait, 'Propera; quid stas? arcesse agnos:' itaque male legitur hodie *agnitis extis*: quum pleræque calamo exaratae membranæ habeant, *minimis extis*: ubi sane vere Plautinus latet jocus. Scalig.

97 Extra portam Metiam currendum, &c. lanios inde arcessam] Intelligent carnicifces, quorum extra eam portam domus, ad solemnem supplicii locum. Etiam locus certus fuit extra urbem, quem Sestertium dixerunt, quia semitertio ab urbe milliari: ubi cruces, patibula defixa, cadavera abjecta, aliaque, quæ ad supplicia plebis. Lips.

98 Cum tintinnabulis] Quid fuit in mentem Scaligero, quum ad quartum Varronis notaret duo esse genera vehiculorum, sirpeas et tintinnabula, et insultaret scholasticorum ac grammaticorum nationi, quibus hæc essent ignota vocabula? Quid illis, qui toties hoc ex illo describunt? Imo nec

'sirpea' vehiculum est, sed imponitur vehiculo, nec 'tintinnabulum,' sed si quando, appenditur. De sirpea alibi. Sed dixerit Lucilius: 'Tintinnabulum abest hinc, sirpiculæque oleronum.' Quid hic, quamobrem credam ea esse vehicula? Quid in loco Planti? Palam est carnicifces et tortores describi, qui solebant cedere κωδωνοφορούντας, ut ab aliis jam notatum. Et tamen etiam nolas ad usum sacrificiorum comminiscuntur. Lusus est servuli, qui de supplicio, quo vult mactari lenonem, loquitur quasi de sacrificio, quo is, quem Jovem sibi fecerat hems, mactetur. Itaque pro carnicifibus dicit lanios, quasi victimarios, sed cum tintinnabulis, quibus carnicifces ornabant noxios, pro hostiis, 'greges virgarum ulnearum,' vel virgas in fascem colligatas. Gron.

109 Sine ornamentis cum intestinis, omnibus] Id est, nudam vendidi: et inest in his verbis faceta antithesis. Hoc ex Lambino usque repetunt. At poterant aliquid doctius. Nempè hunc sermonem translatum a venditione ædium, ubi proprium ejus domicilium est. In iis 'ornamenta,' in iis 'opus intestinum:' et quum vendebantur, 'opus intestinum' fiebat emptoris, 'ornamenta' recipiebantur. Cicero in Topicis: 'Fecique quod liberales venditores solent, ut cum aedes fundumve vendiderint, rutiis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi causæ apte et loco positum esse videatur: sic tibi nos ad id, quod quasi mancipio dare debnimus, ornamenta quædam volumus non debita accedere.' Scilicet ornamenta erant in rutiis cæsis. Varro R. R. III. I. 'Quum villam haberet opere tectorio et intestino et pavimentis nobilibus spectandam.' Vitruvius IV. 4. 'Pluteis marmoreis seu ex intestino opere factis.' Sic apparet, unde quamque eleganter petiverit hunc sermonem Plautus. Gronor.

117 *Quantum terra tegit*] Sic omnes libri. Conjectant, *Quantum in terra degit*: *Quantum terra regit*: *Quantum terra tegit*: *Quantum terra gerit*: denique explicant, quantum est Acheruntium mortuorum, vel qui unquam fuerunt. Putamus commodius explicari posse, quantum terra tectur, tectos ac salvos habet. Ut Rud. 1. 3. 26. 'Nec cibo nec loco tecta quo sim scio.' Sallustius in Catil. 'Neque locus neque amicus quisquam teget, quem arma non texerint.' Ut videtur et in verisimilibus accepisse Scioppins. Gronov.

118 *Jurastin' te illam nulli*] Tali interrogatione ntuntur scriptores veteres, etiam cum responsionem aientem subjici volunt. Lamb.

121 *Ego scelestus, &c.*] Seneca Philosoph. Epist. cxv. e vet. poetis: 'Sine me vocari pessimum; ut dives vocer. An dives, omnes quarimus: nemo, an bonus. Non, Quare, et Unde: Quid habeas, tantum rogant. Ubique tanti quisque, quantum habuit, fuit,' et quæ sequuntur.

124 *Ad prætorem, &c.*] Vide notas Mil. iv. 1. 15.

127 *Bustirape*] Qui lucri causa nefanda omnia subire non verebantur, 'bustirapi' audiebant. J. Gul.

131 *Babæ*] *Babæ*, ut et *Bombax*, hoc loco interjectiones sunt hominis cum admiratione approbantis, vel negligentis; aut etiam læte alterius dicta ferentis. Lamb.

135 *In pertusum*] Proverbiū a fabula Danaidum. Lucret. lib. iv. 'Et non omnia pertusum congesta quasi in vas Comoda perfluxere, atque ingrata interiere.' Taubm. Scite Seneca in Apocolocynt. 'Placuit novam pœnam excogitari debere; instituendum illi laborem irritum sine fine et effectu. Tum Æacus jubet illum alea ludere, pertuso fritillo.' Loquitur de Claudio Cæsare. Boxh.

136 *Nunquid alium*] Ita Schopp. e Mss. quasi dicat: Num præter supe-

riora illa cognomina, quæ mihi fecistis, insuper aliud mihi facere vultis? Taubm.

141 *Officium me meum*] 'Officium ienonis' est perfidia: ut Capt. 'servile officium,' fuga.

146 *Paulo post magis*] Plus negotii tibi facessam.

148 *Exossabo ut murænam*] Vide notas Amph. 1. 1. 163.

150 *Admænire*] Fossa et vallo cingere. Lamb. V. N. Cist. II. 2. 5.

SCENA IV. 6 *Exordiri*] Ordendi verbum proprium artis Minervæ. Lips.

7 *Detexundam*] 'Detexere,' de perfecto panno aut tela: quod Theocritus elegantissime dixit *καταβαίνειν ἀφ' ἰστόυ*: alii *καθαίρειν ἰστόν*. Vetus Gloss. 'Detexo, *καθαίρω ἰστόν*.' Titinnius Fullonibus: 'Quæ inter annos decem nequisti togam unam detexere.' Significantius tamen alii, 'deponere.' P. Diaconus II. 5. 'talem se eidem telam ordituram, qualem ipsa dum viveret, deponere ac detexere non posset.' Dixi, significantius: nam proprie *detexere* non est aliud quam *τὸν ἰστόν ὑφαγέειν*: et ita sæpe apud Plaut. et Ciceronem. Quare non omnino 'detexta tela,' ntique et 'deposita.' Casaub.

14 *Tragulam injicere*] Vide notas Epid. v. 2. 25.

19 *Ex hoc sepulcro veteri viginti, &c.*] Putem respectum ad aperturam sepulcrorum, ad eruendos thesauros. Veteres enim partim luxus, partim securitatis causa, pecuniam ibi condebant. Freherus.

SCENA V. 2 *Dictator fiat nunc Athenis*] Nominat more suo magistratum Romanum in palliata comædia, intelligitque filium suum ducem principumque ac captum esse hominum amore perditorum.

11 *Gestores linguīs*] Ut, qua quis parte peccaret, eadem et plecteretur. Sic Seneca Epist. 123. 'Pessimum genus hominum videbatur, qui

verba gestarent : sunt quidam qui vitia gestant. Horum sermo multum nocet : nam etiamsi non statim officit, semina in animo relinquit.

21 *Vetus nolo faciat*] Horum sententiam neque Lambinus, neque Acidalius sunt assecuti. Dixerat Calipho : ' Quid novum ? ' &c. quibus verbis ostendit, neque Callidorum Simonis filium primum de Atheniensibus adolescentulis hanc insaniam insaniisse ; sed id ab aliis etiam jam longe factum fuisse : at reponit Simo, nolle se ut ista faciat filius suus, cum fuerit ætate provectiore. Hinc interpretationi firmandæ unice facit Terentianus Micio, Adelphi. 1. 2. ' Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum Scortari, &c. Et tu illum tuum, si esses homo, Sines nunc facere, dum per ætatem licet, Potius quam, ubi te expectatum eiecisset foras Alienore ætate post faceret tamen.' *Petitius*.

26 *Populo virilim potuit dispertiri-er*] Certum est alludi ad viscerationes, in quibus singulis, qui aderant, certa pars cibi dabatur. Et hoc vult : Tam magna sunt flagitia tua, ut cuilibet e populo, tanquam in publica visceratione, pars aliqua inde dari possit. Ad magnitudinem igitur pertinet ; non, quod quilibet e populo suam partem ibi inventurus sit. *Pistorius*.

32 *Hic ille est pædagogus*] Antiquo illo ævo pædagogi distincti a præceptoribus. Nam isti nihil nisi assecræ erant, et ut puerorum progressus, actiones, mores observarent aut formarent. At præceptores docebant, et artes scientiasque infunde- bant. Seneca de Ira II. 22. ' Præceptores pædagogique pueris placidi dentur.' *Lipsius*.

43 *Statum*] Vide not. Amphitr. 1. 1. 110.

54 *Fac sis vacias*] Vide N. Casin. Prologo vs. 29.

65 *Delphis tibi responsum dicito*] Id

est, pro certa et inevitabili veritate habeto, non secus ac si Apollinis ore prolatum esset. Eandem sententiam sic effert Lucret. lib. v. ' De re fundere fata Sanctius et multo certa ratione magis quam Pythia quæ tripode ex Phœbi Ianruque profatur.' Cic. ad Brut. ' Hæc ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi putata, nihil potest esse verius.' *Gronov.*

68 *Meum amare? &c.*] Latent in his voces Græcæ ; lego itaque, *Meum amare?* Ps. *val' γα' ῥῆμ' ἔδν ἔστν.* Si. *Liberare quam velit.* Ps. *Καὶ τοῦτο καὶ τοῦτο val' ἴδ.* Si. *Ecquas viginti minas Per sycophantiam, atque per doctos dolus, Paritas, ut auferas a me?* Ps. *Abs te ego auferam?* Si. *Itu: quis meo gnato des, qui amicum liberet.* Ps. *Φα' τῆρε' δέι. καὶ τοῦτο, καὶ τοῦτο, val, καὶ τοῦτο, val.* Petitus, de quo vide eum disserentem lib. II. Miscell. cap. 18. *Negare meum est*] Censeo recte vidisse Petitum in his quoque verbis aliquid Græci latere. Et videtur adamasse Græca et hic, ut bis postea, quia dixerat, ' Delphis tibi responsum dicito.' Voluit igitur Græci Dei oracula imitari. Tum alter codicum, *negar mea est* : alter, ut et codex Academicæ, *negar meæ est*. Sed quia non videtur auctor tot supra infraque nexis senariis interjecisse duos hos versus longiores, utrumque breviorum fecerim, ejectis quæ insectia librariorum interposuit : ut sit, *Meum amare.* Ps. *val val.* Si. *Liberare quam velit.* Ps. *Καὶ τοῦτο val, καὶ τοῦτ'.* Si. *Ecquas viginti minas.* Nam et posterior sic exstat in V. C. *Cetu non katlo ne gras equas viginti minas.* Ac. *Cetu tu au negar sita ecquos, &c.* Gronov.

78 *Herum*] Herilem filium apud herum majorem, patrem.

85 *In mundo*] V. N. Epid. v. 1. 12.

88 *Huic erant dicecæ*] Omnia sibi respondent : ' illud ' a filio ; ' istuc ' a te. ' Illud ' aderat præsens, hoc erat in diem, ut Ter. loquitur. *Acidul.*



89 *Nam hinc quidem a me*] Casanbonus ait laborare metri modulum: eoque tollendam glossam, legendumque, *Nam hinc quidem jam non potest*: ad illud *hinc* fuisse adscriptum *a me*: quod tolli necesse esse, si metrum saluum velimus. Sic ille in epistolis. Quod equidem vehementer miror. Quid enim perfectius versu, ut est in vulgata? Cur autem non diceret, *hinc a me*: ut in Rud. iv. 4. 'dum hic hinc a me sentiat.' Casin. II. 8. 'Vocabit huc eam ad se in nuptias.' Epid. I. 2. 'Eamus intro huc ad te.' Et similia passim. Gronov.

100 *Ætatem*] V. N. Asin. II. 2.

104 *Graphicum*] V. N. Epid. III. 3. 29.

110 *Priusquam istam pugnam pugnabo*] Priusquam abs te argentum auferam. Lucilius: 'Vicimus, o socii, et magnam pugnavimus pugnam.'

126 *Consulis dolis*] Sic Gr. dicunt, *σὺρράπτειν δόλους*: inde 'sutelas,' pro fraudibus. Vide insuper notas Amph. I. 1. 211.

132 *Stilis ulmeis conscribito*] Recte *stilis*, pro virgis dicit; ut perpetuetur metaphora. Virgil. Æn. I. 'Versa pulvis inscribitur hasta.' Sidonius lib. I. 'Mundus incanduit, glacies Alpina deletur, et hiulcis arentium rimarum flexibus terra perscribitur.' Meurs.

143 *Multum flagitare*] *Multo*. Scriverius.

159 *Concenturio*] Id est, in album refero. Cic. ad Att. 'Brutus centuriat Capuæ.' V. N. Trin. IV. 2. 160.

## ACTUS II.

SCENA I. 3 *Nam ea, &c.*] *Tò Nam*, data opera, toties iterat, ad exprimendam servi non nimis accurate loquentis negligentiam. Lamb.

6 *Malorum meorum*] Ridicule, imo præter auditorum expectationem: quum in eo potius esse videretur, ut diceret, 'majorum meorum.' Nec

minor in illius dicti insolentia festivitas: 'Eo sum genere gnatus, magna me facinora decet efficere.' Non sine amphiboliæ gratia, quæ ambiguo illo τῶ *facinora* vocabulo occultatur. Q. Curtius lib. IX. ex persona Alexandri: 'Ea stirpe sum genitus, ut multam prius, quam longam vitam debeam optare.' Douz.

10 *Ballionem exballistabo*] Similis huic plane metaphora est Bacchid. IV. 4.

11 *Adnœnire*] Vide notas Cistell. II. 2. 5.

12 *Facile ego hunc rem meis*] *Facile ego claream* (vel *vincam*) *meis clubus factis*. Scriver.

14 *Participes*] Συμμάχους, κοινωμούς.

17 *Clara et diu clucant*] *Claritudine clucant*. Scriver.

SCENA II. 4 *Certum qui mihi faciat*] V. N. Menæchm. II. I.

13 *Subballio*] Sic ludens se vocat, qui Ballionis servus vult videri, quasi minor Ballio, inferior, vel alter Ballio. Compositio ideo notanda, quia in ea eleganter induit veteres. Nam ita Cicero 'Submarium' dixit, qui est alter Marius crudelitate et imperii cupidine, ad Attic. I. 10. Ita 'Subneronem' vocat Donitianum Tertull. de Pallio, quia hunc, ut ait Ansonius, 'calvum dixit sua Roma Neronem': quem alibi idem Tertull. et 'portionem Neronis' vocat. Sic 'suppromus' Mil. III. 2. 12. id est, minor promus. Sic 'sublingio,' quasi minor liguritor, iupra III. 2. 103. Gronov.

14 *Procurator peni*] Glossæ, 'Atricensis, διατάριος, διατρέρχης.' 'Diæta' aliis est cœnatio; aliis habitatio in hortis. Sidonius: 'Ex triclinio in diætam sive cœnatiunculam fit transitus.' Glossar. 'Διάιτα, τὸ ὑπερφῶν, cœnaculum.' Servius Æn. I. asserit, veteres in atrio solitos epulari. At 'atricses,' principes servi tricliniæ. Vide notas Asinar. II. 1. 16.

20 *Nam mihi hic incus est*] Mss. hæc

*incus.* Quod sine mora recipiendum : sic enim malebant interdum loqui. Vide ad Senecæ Consol. ad Marciam c. 19. Et hinc firmatur, quod in Amphit. 11. 2. 82. 'Siquidem hæc jam mulier facta est ex viro.' Quod autem hic subjiciunt ex Guilhelmo, Tacitum dixisse 'incudem operis et laboris,' falluntur et fallunt. Nam apud Tacitum est, 'vetus operis ac laboris,' Annal. 1. 20. Gronovius.

34 *Dum tu strenuus]* Pro strenuus quod nihili est, legendum sternuus : sed aliter distinguendus locus, et mutandæ personæ hoc modo : *Tibi tibellam argenti nunquam credam.* Ps. *I dum tu sternuus.* Id est, rem tibi solvam æque cito quam tu sternuus. Dum tu sternuus, res erit tibi soluta. Nam et legi potest, quod et melius puto, *dum tu sternuis.* Salmas. *Lege, nunquam credam.* Ps. *Si tu creduas, Res erit soluta.* Scriver. Veniebat aliquando in mentem, *da dum strenue: Res erit soluta.* Gronov.

36 *Forcilles fidem]* Pæne assentior illis qui legunt *suggilles.* Scriptum quippe videtur fuisse *socilles*, pro *suggilles.* Unde postea corruptum *forcilles.* Ex cujus vocis vestigiis commodè etiam conjiciatur, *forioles fidem*, id est, inquines, contaminés. 'Foriare' et 'foriolare,' idem, et 'lutare' et 'lutulare,' a quo et 'collutularit.' Mentio forioli apud Nonium : a quo verbum 'foriolare.' Salmas.

41 *Quid est tibi nomen]* Ita enim locutus Mostell. 11. 1. 127. Menæch. v. 6. 60. et v. 9. 71. V. N. Amphit. 1. 1. 240.

48 *Hoc febrim tibi esse]* Hæc tibi febris iustar esse.

55 *Cum eo aiebat]* Ἀνακλόουθον, nam particula ut, quæ supra posita est, non habet, cum quo cohæreat. Lambin.

59 *Ne quid harpax feceris]* V. N. Trin. 1v. 2. *Lege, harpugaveris, vel harpugfeceris.* Scriver.

64 *Diobolarem]* Verba Donati ad Andr. 1v. 4. 'Proprium est anibus suffarcinatas esse : ut Persius, pannucea Baucis : et Plautus, doliarem, claudam, crassam.' Et is habuit omnino meliores Plauti codices quam nunc nobis sunt. Facit illud Augusti ad Horatium : 'Vereri mihi videris, ne majores libelli tui sint, quam ipse es. Sed si tibi statura deest, ventris abunde est. Itaque licebit in sextario scribas, quo circuitus voluminis tui sit ὀγκωδέστατος, sicut est ventriculi tui.' Sic Nicetas in Alexio Commeno lib. 111. Ἐκ τοῦ τῶν Κομνηνῶν τις γένους τῷ βασιλεῖ ἐπανίσταται, Ἰωάννης τοῦνομα, προκοίλιος δ' ὢν καὶ πιθᾶδης τὴν πλάσιν τοῦ σώματος, τὸν παχὺν εἰς ἐπωνύμιον εἴληχε. At ratio obstat, inquit Gronterus. Quid enim ineptius, ait, quam post 'doliarem' appellare 'crassam?' Quasi vero 'doliaris' prorsus sit idem quod 'crassus?' aut insolens sit Plauto in epithetis congestis verba propinquæ aut etiam ejusdem omnino significationis ponere. Quid autem ineptius quam explicare animum 'diobolarem,' quæ duobus obolis sui copiam faciat? Unde enim qui vel duobus obolis anas copiam peteret? Nam scorta illa diobolaria, quorum alibi meminit, utcumque sordida, habebant atatem bonam. Deinde non significat harpax se pergere in lupanar, sed in tabernam diversoriam : et se facit frugi. Gronov.

68 *Ne in questione sis]* Sic Cas. 111. 1. 'Cave inquisitioni mihi sis,' id est, quærendus sis. V. N. Cistell. 11. 3.

SCENA 111. 4 *Hæcce allata est]* Vett. eod. Mss. Pal. cum Acad. hæc cavata est. Conjecturæ doctorum probabilitate certant. Scaliger, curita. Douza, captata. Posses et curata. Sed allata Lipsii Scioppio, (etsi prius cogitasset hæcce data,) Meursio, Grontero probatum. Sequenti quidem versu sine dubio Mss. hæc allata : ut

Camerarius, Sambuccus, Donza ediderunt, Gruterus edi voluit. Quod fecit idem *cornucopia est*, vix toleres: nam *cornucopiæ* dicimus, non *cornucopiam*: nisi divisa voce; ut 'divesque meo bona copia cornu est:' et 'cornu quæ retinet divite copiam.' Sed credibile est Mss. in quibus *cornu copia est*, significare, *cornucopiæ*'st. Membr. Acad. *Nam hæc alata copias cornu*. Vix putem sectionem vocis ab librario esse: adeo suavis est. Gell. xiv. 6. 'tanquam si copiam cornu nactus essem.' Et fere allubescit: 'Nam hæc allatum copiam' est cornu, ubi inest, quicquid volo.' Versus est integer trochaicus: sed ultima vocalis τῶν cornu non eliditur: quod qui non intelligerent, videntur voces transposuisse. Hunc sensum quærebat Lambinus audacius recedendo a veteri scriptura, *Nam hoc illud cornucopiæ est*. Mox idem codex Acad. *hic amanti amica herili filio*: quod etiam suavis videtur. Ubi pariter, quum hiatum non ferrent, nec ultimam in *argentum* non elidi, contra scriptos et vet. edd. interposuerunt est. Gronov.

11 *Deformata*] Seneca de Benef. vii. 2. 'virum, quem deformamus:' ubi *deformare* est ἰσχυρῶσαι, *describere*: quo verbo et Cicero eodem sensu utitur. Lips.

12 *Centum doctum, &c.*] Plenissima hujus sententiæ explicatio a Plinio petenda lib. v. Epist. 21. 'Est omnino iniquum,' &c. [Vid. Not. Delph.]

17 *Stulti haud scimus, &c.*] Plane idem dicit, quod tota Sat. x. persequitur Juvenalis, et paucis sub initium perstringit: 'Quid enim ratione timemus Aut cupimus? quid tam dextro pede concipis, ut te Conatus non pœniteat, votique peracti? Evertere domos totas optantibus ipsis Dii faciles,' &c. *Boxhorn*.

22 *Anrichalco contra*] V. N. Epid. iii. 3. 30. De orichalco V. N. Curc. i. 3. 46.

Delph. et Var. Clus.

SCENA IV. 13 *Quæro cui trina*] Operæ pretium fecisse putant, qui observant τὸ *quæro* ad sequentia, non ad præcedentia esse referendum. Sed ad utraque referendum est, et oratio ob versus necessitatem trajecta, ita construenda: Te te tyranne, qui imperitas Pseudolo, te rogo, quæro, ter trina, &c. Ludit autem numero ternario, quia dixerat præcedenti scena se tres delinurum, herum, lenonem, et a quo acceperat epistolam. Gronov.

19 *Spemne an salutem*] Veteres libros consensu habere, *Spemne an matrem* notavit Lipsius Ant. iv. 8. Idem expertus in Pall. Gruterus; et in Academico ego. Itaque diutius id excludere nequivi. Nam quod viro dat mulieris titulum, non magis miror quam quum in Curculione ad parasitum adolescens, 'o mea opportunitas,' aut ipse parasitus 'meam nutricem Herculem:' nec incommode ad hunc muliebrem titulum venit, quia nominavit ante Spem feminini nominis nomen. Denique videtur alludere ad ædem Spei Romæ et Matris Matutæ, quæ vicinæ erant; hæc intra portam Carmentalem, illa extra eandem. Liv. xxiv. 'In templis Fortunæ ac Matris Matutæ et Spei extra portam late vagatus ignis.' lib. xxv. 'reficiendis ædibus Fortunæ ac Matris Matutæ intra portam Carmentalem, sed et Spei extra portam.' Gronov.

22 *Euge! jam*] *Lego, euge! jam χαίρειν Χάρηρον volo*. Ludit enim in Charini nomine, quem valere et missum fieri vult, non usui nunc illi, cui supra jusserat ejusmodi hominem inveniri. Optime omnium hæc Acidalius. Verum scriptura eorum, si ductum Mss. Camer. sequamur, hæc nobis videtur, *Euge jam! χάρην, ἕγ' οἴται νῦν, ποιῶ*. Jusserat Pseudolus sibi adduci a Calidoro hominem et astutum et callidum: dum in eo erat Calidorus, aliam decipiendi lenonis oc-

Plaut.

6 P

casionem nactus, castigat his verbis Calidori moram: *Euge jam!* et ostendit nihil sibi opus esse, ut quidem res erat, *χάριν, ὅγ' ὄλται νῦν, ποιῶ, gratiam, ut nunc res est, facio.* Quæ verba sunt recusantis uti opera Charini, quem adduxerat Calidornus. Quod miror non animadvertisse viros eruditissimos, cum vers. seq. ubi Charinus ipse operam suam pollicetur, Pseudolus recuset pæne iisdem verbis: *CH. Quin tu, &c. Petitus.*

23 *Jam gratiam*] Camerarius intelligit *habemus.* Douza F. *jam gratia est.* Sed quum in altero codicum sit *tam gratiam*, dubium mihi non est, quin sit scribendum, *Tam gratia est*, ut voluit Pareus. Vide ad Stichum III. 2. 17. Versu autem præcedente lego, *Χαρίνω χάριν ποιῶ*, id est, *Churino gratiam facio.* Gronov.

25 *Molestum est id quidem*] *Vosne*, inquit Charinus, mihi oneri et molestiæ esse cenæcam? Certe id vos suspicari, mihi molestum est. *Pontan.*

43 *Nam unam hujus*] Pro illis, *nam unam hujus mihi debet pater*, puto omnino scribendum, *Nam quinam hujus mihi debet pater.* Id est, *quinam minam*, pro, quinque minis. Sic 'ære quaterno' apud Martialem, pro quatuor assibus: et 'centenus remex' Virgilio, pro centum remis vel remigibus. *Sulmasius.* *Nam unam hujus*] Quomodo *quinam*? An non superius 1. 5. Pseudolus ad senem, 'Dabin' mihi argentum, quod dem lenoni?' Atque ille promittit. Id argentum erat viginti minæ, ut constat ex superioribus. Et infra act. IV. sc. 7. senex: 'At me viginti commodis multavit minis.' Tum scena 8. 'At ego jam inultus promam viginti minas.' Ergo Palmerius, *nam viginti minas*: Gulielmus et Gruterus delent τὸ *unam*: tolerabilis et hi et ille quam ὁ πάνυ *quinam.* Forte, *nam omne hujus*: hoc est, totam summam viginti minarum, quam noverat Charinus, apud quem Calidorus dulcia atque amara erat elocutus omnia. *Gro-*

*novius.*

48 *CH. Usque a cunabulis*] Ita omn. edd. veteres. At vero ego vehementer probem, quod repperi in schedis vetustiss. *Hircum ab alis.* Facetissime, respondet ex ambiguo, in verbo *sapit*: ac si quæsierit Pseud. quid oleret; non, quam sapiens esset; ut pluribus etiam explicat Lambinus. *Hircum* autem notare tetrum illum odorem subalarem, vel Catullus docet: et Horat. 'Gravis hirsutis cubat hircus in alis.' *Epod. 12. Turneb. Usque a cunabulis*] Frustra spectator ille unus dissentit a Turnebo, quem magno totius caveæ consensu locum hunc emendasse fatetur. Frustra sumit operam interpretando, quod *Planti* non esse scripti ostendunt, quia cunarum alicubi meminit, ubi quid turpiculum significatur. Nec debuit ambigue respondere Salmasius, si libri vetustissimi habeant, quomodo in his se reperisse dicit Turnebus, non aliud quærendum: sin vetus et vera scriptura sit, *usque a cunabulis*, ita fore intelligendum, ut interpretatur Lipsius. Quid enim ambiguum potest esse, ubi *Pal.* alter prorsus *Hircum ab alis*; alter *Hircum ab aliis.* Lambinus in duobus reperit *Hircum ab aliis*, in aliis *Iscum ab aliis.* Accedit membranaceus Academiæ nostræ, in quo ut in *Pal. 2. Hircum ab aliis.* At nullo se in *Ms.* reperisse *Usque a cunabulis*, ne quidem qui tuetur, dicere ausus, Lipsius. Mauticam autem tunicam minus pati pervenire ad nasos illam pestem, quam colobion, palam est. Et tamen adest Petitus cum suo Ἰσκὺν ἀβαλεῖης, quod non intelligeret ipse Plautus. *Gronov.*

50 *Quid si opus sit, &c.*] Possumus ex vestigiis Thuani et Rigaltii codd. si modo certa sint, hanc lectionem excerpere: *Quod si opus ut dulce promat, id ex se cequid dabit? Rogas. Murrhinum, passum defrutum, &c.* De murrhina veterum magna a veritate aberratio est, quum eam a 'murrha'

dictam deductamque censent. Græcum est ὁ μυρρίνης, inde Latinum hæc *murrhina*: ut ὁ χάρτης, hæc *charta*: ὁ γαυσάπης, hæc *gausapa*. Μυρρίνην ὄνον dicebant Græci temperatum unguento, vel cui superfundebatur unguentum, τὸν μύρω κεκραμένον. Idem et μυρτίης, ut autem a voce φύλλον, ὁ φυλλίνης, sic a μύρον, ὁ μυρίνης ὕνος: quin et μυρρίνης scribebat geminatione solemni caninæ literæ. *Salmas*. Mss. Acad. cum duobus Pall. ut editur. *Gronov*.

51 *Passum*] Vinum ex uvis passis et sole siccatis confectum. 'Uva passa est siccata. Passum est, quidquid ex uva passa compressum effluxerit: dicitur autem passum a patiendo, vel pandendo. Uva enim tempore suo ad solem expanditur, et dum sicca fuerit, percutitur atque decoquitur. Inde fit passum vinum, quod defrutum, id est, coctum dicimus.' Hæc totidem verbis in optimo veteri glossario, quod Mss. habeo, leguntur, et huc maxime faciunt. *Boxhornius*. *Defrutum*] Vinum musto ad dimidias decocto factum: ἔψημα, a *defervendo*: sed vide *Columell. XII. 20*.

56 *Ecquid argutus est*] Joens in verbo. Nam cum Pseud. quæsiisset, Ecquid 'argutus,' ingeniosus et solers est? respondet Charinus, illum esse 'argutum,' id est, accusatum malorum facinorum sæpissime, atque adeo convictum. *Solinus*, 'Peccato argutus.' *Linac*. *Glossæ Papiæ*: 'Argutus, convictus.' *Boxhorn*.

71 *Omnes ordines*] Littera s, quæ prima sequentis voculæ, fini præcedentis facile, ut fit, adhærere potuit, hunc locum corrumpit. Omnino rescribendum puto, *Omnes ordine sub signis*. Nihil certius, ut nihil ineptius vulgata lectione. *Boxhorn*.

73 *Confidentia est*] Nullus dubito: plenus spei, imo certus sum, futurum ut inimicos meos perdam ac evertam.

74 *Onerabo meis præceptis*] Quid 'quæstionis pondus' ad 'præcepta?' Si opus erat, poterant adjicere ex *Milite III. 3*. 'Ecquid hic te oneravit præceptis?' *Gronov*.

## ACTUS III.

SCENA I. 3 *Quantum nunc corde conspicio*] Videtur legendum *conspicio*: id est, quantum mente utor vel valeo: quantum mentis compos et sanæ sum. Verbum elegans quod Catoni et *Livio Lipsius*, nos ter *Senecæ* restitimus; et locis, in quibus vulgo etiam *conspicere* habetur. Idem cod. suo adscripserat *P. Sriverius*. *Gronov*.

8 *Ut curet*] *Lego, cures*. Nam in *lenonia* familia lautius curantur, qui amatorculos facile inveniunt: ii enim domino quæstiosi. *J. Gul*.

16 *Fructus fullonius*] Non dubium est quin *fructus fullonius* ita sit accipiendum, ut vulgo exponunt interpretes. Quod locis aliquot veterum possem confirmare. Etiam hodieque apud nos 'fulloni dari' dicuntur mulieres quæ subiguntur et permoluntur. Latini premi et comprimi mulieres dicunt, quæ verba propria sunt *fullonica* artis. *Salmas*.

19 *Manus*] Puto omnino scribendum, *quo manus gravior siet*. Nusquam legi aut extare credo manum pro ea parte qua viri sunt. Sed solebant nequitia artifices, cum puero meritorio, aut muliere meretrice congressuri, statim in manus eorum dare quo fieret gravior. Sic interpretantur versus illum veterem, 'Mala manu retinens grava concepit in alvo.' Item illud *Propertii*, cum deprehendisset dormientem *Cynthia*: 'Et modo suppositis mala dabam manibus.' Sunt illa 'mala braccia,' quæ vocantur ab auctore *Priapeorum*. Pudet hæc apertius interpretari. *Salmas*. *Quoi manus gravior siet*] Frustra turpificant et correctionibus et interpretationibus hæc verba. Legendum, *qui manus*: et sic uterque

scriptus. Nec aliud intelligit quam nummos. Sed et distinguendum, *ut nunc male eum metuo miser, Si quispiam det. Ut pro utcumque, quamvis. Trucul. i. 2.* ‘Nam qui manus attulerit steriles ad nos, gravidas foras exportet.’ Catullus Carm. xx. ‘Meisque pinguis agnus ex ovilibus Gravem domum remittit ære dexteram.’ Virgilius: ‘Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat.’ Vide Observ. III. 4. Gronov.

SCENA II. 6 *Orcus recipere noluit*] De homine sceleratissimo dicebant, vel mortuo, vel vivo, quasi cui nunquam contingeret beata mortuorum quies; vel cui ne infernus quidem pro meritis satis haberet suppliciorum. Val. Max. IX. 11. ‘Etiam apud inferos, si tamen illuc receptus est, quæ meretur supplicia, pendet.’ M. Senec. Contr. III. ‘A superis dejecta, ab inferis non recepta, in cuius pœnam Saxum extruendum est.’ Gronov.

7 *Mortuis cœnam coquat*] *Orcus* haud dubie hic accipitur pro Dite patre aut Summano. Porro, mortui non sunt ciborum aut eduliorum indigentes. Quivis appositi, etiam insulsi, iis placent, si quid iis placeat, quibus nihil potest displicere. Facete ergo hic descripturus coquum insulsum, dicit eum inter viventes mortuis cibum coquere, iisque solis, cum nihil quantumvis insulsissimum appositum his possit displicere, eum placere. Hæc venustissima hujus loci sententia est, quam non viderunt interpretes. *Boxhorn.*

11 *Coquus*] Si coquinariæ artis bene peritus eras, cur tu solus otiosus non conductus ad coquendum, in foro sedebas, ceteris omnibus coquis conductis. Id imperitiæ tuæ in his rebus est argumentum. *Boxhorn.*

13 *Improbior coquus*] Minus probatus sum; minus opera mea cives utuntur. Ita enim vox *improbior* hic accipienda. Non enim vult se ma-

lum et insulsum esse coquum, sed carissimum esse, ideoque minus probari. *Boxhorn.*

19 *Illi drachmis iissent miseri*] Verbum *drachmissare*, a Lambin. reperiunt, ego ne coquinis quidem Romanis dignum censeo. Legendum, *Illi drachmis sunt miseri.* ‘Drachmis esse,’ ‘vænire,’ sive ‘operam drachmis locare;’ elegantes loquendi formulæ. Cassius ad Cic. ‘Nam jam ternis tetrachachnis frumentum apud Cassium est.’ *J. Gul. Drachmis iissent*] In altero cod. est *drachmis sent.* Quod palam arguit τὸ is posterioris vocis a fine præcedentis esse absorptum. Illi, inquit, drachmis singulis conducti iissent cum conducente domum: ego ut surgam et eam, non possum induci, nisi nummo, hoc est, duobus drachmis, ut superius dictum. Neque enim aureus Romanus intelligitur, ut voluerunt. Neque opus, *drachma iissent*; quia loquitur de multis. Et est quale in XII. Tabb. ‘Libras farris in dies dato,’ hoc est, quoque die libram. *Gron.*

25 *Atrum olus*] *Atrum olus* acceperim pro insipido, ingrato. ‘*Atrum,*’ ‘*nigrum,*’ pro malo et ingrato passim ponitur.

26 *Blitum*] Genus oleris, a saporis stupore appellatum esse ex Græco putatur, quod ab his βλάξ dicitur *stupidus*. Festus. V. N. Truc. IV. 4.

27 *Laserpicii*] Vide not. Rudent. III. 2.

29 *Exstillent*] Terent. Phorm. v. 8. ‘Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo, Ut ne restinguas, lacrymis si extillaveris.’ Ubi Donatus: ‘Stillare,’ est guttas emittere e corpore; ‘extillare,’ ipsum corpus guttatim finire.

30 *Cœnas sibi coquit*] Tales coqui cœnas hujusmodi sibi coquant; non aliis, aut mili.

31 *Sed strigibus*] Striges, aves nocturnæ, ut ait Verrius. Græci σφίγ-

γας appellant: unde maleficis mulieribus nomen inditum est; quas 'volaticas' etiam vocant. *Scalig.* Significat condimenta, quæ alii coqui adhibent, distorquere convivis intestina, ut striges quasdam. *Taubmun.*

43 *Macidem*] Macis, cortex aromaticus, nucis myristicæ amiculum.

53 *Eum in odorem*] Tò in merito displicet eruditus. Puto conjugendum esse cum *odorem*, et *nidorem* scripsisse Plautum. *Boychorn.*

55 *Demissis manibus volui, &c.*] 'Demissis manibus currit,' qui currit contentissime: quia cum rapido incitati cursu sumus, manus utrasque moventes demittimus. At ille cocus 'demissis pedibus,' pro 'demissis manibus' dixerat: nam pedibus demissis non potuisset subvolare in cælum odor, sed inferos petere: cum 'demittere pedes,' sit, eos deorsum mittere: ita eo odore inferi pasti fuissent, non superi. Sic labes terræ in altum desidentis et depressæ, poëta 'demissis pedibus' factas dicit in Ætna: 'Cervus et in silvis spaciosa cubilia retro Antraque demissis pedibus fodisse latebras.' *Turneb.*

57 *It incænatus cubitum*] *Incænus* scripsit Plautus. Vide Gloss. *Isidori. Scriber.*

60 *Propretio facio*] *Facio* ut et operis et mercedis ratio constet conductori meo, par pari hostimentum reddens. Cato: 'si ei opus non apparet, dicit rusticus sedulo se fecisse, servos non voluisse;' id est, soticium morbum caussatos, quo minus opus facere valuerint. *Douza.*

75 *Conquiniscet*] *Conquinere*, decubare est: a quo 'conquinisco.' Est enim *conquiniscere*, cernuum se inflectere, vel inclinare, ut faciunt exoneraturi ventrem. Pomponius Attellanarius: 'In terra ut cubabat nuda: ad eum ut conquexi,' &c. Hoc etiam 'cernuare' dicebant: quanquam et hoc ἀντι τοῦ ἀσκολιάζειν

accipiebant. *Scaliger.* Corrige volo Plantum e Nonio, ubi extat: *Si conquiniscet istic, ceveo simul.* *Cevere* enim idem quod 'conquiniscere,' hoc est, inclinari. Itaque ut 'ocquiniscere' interdum pathicis attributum, ita semper 'cevere' de iis dictum. *Juvenal.* 'ego te ceventem Sexte ve-rebor?' Et: 'Computat, et cevet.' *Persius:* 'An Romule ceves.' *Martial.* 'Sed pulere Nævole ceves.' Glossæ, 'Cevens, κίφων.' Hujus vocis ignoratio corrumpit locum Plauti: repertam enim eam in suis libris cum non intelligerent, mutarunt: dein, quia versus nimium excresebat, quidam vocem *simul* rejecere in sequentem versum: alii *istic* e versu sustulerunt. *Mercer.*

76 *Privos custodes dabo*] Privi veste, qui nobis singuli. *Lucilius,* 'Culticulæ accedunt privæ centonibus' bonis.' *J. Guelm.*

80 *Ut Medea Peliam concoxit*] De Æsone hoc traditur, non de Pelia: hunc enim concoquendo necavit. Jocatus igitur est et lnsit Plautus sciens: vel est hoc *μημημονικὸν ἀμάρτημα.* *Camerar.* Plautus hic de industria affectasse τὸ πρέπον famæ, quæ plurimum mendi, si præsertim de re vetustiori sit, secum trahit. Cum enim hæc historia a vulgo depravate narraretur, Plautus vulgi errorem studio sequi voluit, ex quo errore plane proverbium originem traxerat, 'tanquam Peliam recoquere:' quo et Cicero ita utitur. *Freherus.*

94 *Ipsos sibi faciam, &c.*] Cum suavitate alicujus cibi, aut aviditatem eorum, quibus appositum iri deberet, Græci ostendere volebant, *επερβολικῶς* de illis dicebant, *καθεσθίειν δακτύλους.* *Aristoph.* in *Pythagoreos* utitur: imo nos quoque in patrio sermone. *Vict.*

99 *Nimium tinnis*] Est proverbialis locutio in garrulis nimis et oblocutores. *Casim.* II. 3. 32. *Asm.* II. 4. 42. *Pænul. prol. vs. 33.* Translatio

a vasis æreis, nolis, et doliis, quæ proprie 'tinnire' dicuntur, unde et 'tintinnabula.' Hinc et Neronis dictum est apud Suet. 'Aliquid sufferti tinnire.' Nempe aliter tinniunt vasa plena, aliter vacua. *Gronov.*

101 *Et convivas cedo*] *Lego, concivras cedo.* Ut ita usurparint Latini *cedo*, quemadmodum hic hactenus ceperunt, animum inducere non possum ut credam. Certe exempla nulla proferent: at, ut nos correximus, vel sexcenta promi possunt. *Curcul.* 'Auro contra cedo modestum amatorem.' *J. Gul.*

103 *Est coqui sublingio*] Quasi dicat: Discipulus coci ad lingendas patinas, quam ad obsonia coquenda aptior. 'Sublingio, nis,' nomen factum a 'sublingendo:' quomodo alibi 'tocullio,' et 'turpio' apud Latinos. *Turneb.* Legendum puto, *coqui sublingio.* Coquum sublignitorem a sublingendis, et liguriendis patinis. 'Coqui sublingio,' ut 'scelus viri.' *Salmas.*

## ACTUS IV.

SCENA I. 5 *Malus cum malos*] Ita quidem codex alter: sed alter *cum malo*, ut et Academiæ nostræ liber. Quod recte probat *Acidalius*, et confirmat loco ex *Mostell.* v. 2. 'Hercle mihi tecum cavendum est.' At *Dis-sal-deus, cum malum.* Ecce et qui distinguit, *Dedit verba, hercle, mihi, ut opinor, malus cum malo: stulte cari.* At illi non intellexerunt, quid esset 'cavere cum aliquo.' *Senex* ait, 'tecum mihi cavendum est,' id est, caute et prudenter agendum. *Pseudolus:* 'ego malus cum malo stulte cavi,' id est, parum mihi providi, parum callide cauteque egi. *Gronovius.*

25 *Tantum tibi boni*] *Pæn.* v. 2. 'Dii dent tibi omnes, quæ velis.' Quæ proverbialiter extulisse veteres constat. *V. N. Stich.* 11. 2.

29 *Sobrie accurassis*] 'Sobrie fieri'

dicitur, quidquid cum cura et diligentia exquisita aggredimur. *Græterus.*

31 *Meditati sunt*] *Μεμελετημένοι,* passive. *Priscian.* lib. VIII.

35 *Palpum*] 'Obtrudere palpum' est arte fucoque decipere. Hinc 'palpari,' adulari; et 'palpones,' adultores. Tractum ab equisonibus.

40 *Carnufex me accipito*] Ambiguitas jocum parit: nam *accipito* personæ secundæ et tertiæ est, dumque hac carnificem imprecatur sibi, simul illa carnificem ipsum appellat *Pseudolum.* *Acidal.*

44 *Mala merx est*] 'Merx mala,' de homine, aut re nihili. *J. Gul.*

45 *Non prorsus*] Fortasse leno aliquid servis imperabat domo exiens: atque ideo non adversa fronte, sed secundum parietem transversus egrediebatur. *Lamb.* Apparet *Varroni* in animo hunc locum fuisse, de *L. L.* lib. VI. 'Ut transversus cedit, quasi cancer; non prorsus, ut homo.' Est igitur *prorsus, πρόσω;* et *transversus, πλάγιος;* nisi *Varro* etiam 'proversus' accepit, ut nomen. *Camer.* Ino 'prorsus' nihil plane a 'proversus' differt: ita 'quorsum' est 'quoversum': 'horsum,' 'hoc versum': 'aliorsum,' 'alioversum.' Idem hoc est, quod *Casin.* 11. 8. 'imitari nepam:' intelligit *καρκίνον λοξοβάταν,* ut in *Epigram.* *Græco.* *Scalig.*

SCENA II. 8 *Chlamydatius*] Ita sc. 7. 'chlamydate,' &c. *Chlamys,* viatoria vestis est: et hinc 'chlamydotos,' qui peregre advenirent, ab habitu fere vocabant.

23 *Perfossor parietum*] *Τοιχωρόχος.* *Cic.* in *Vatin.* 'Licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris.' Idem et 'effractoress' *Jctis* dicti: item 'vecticularii,' quod 'vec-te,' id est palo ferreo, muros furandi gratia perfodiant: atque hi 'vecticulariam facere' dicuntur, et eorum



vita 'vecticularia.' Hinc et Thraso Ter. Donacem cum 'vecti venire jubet ad ædium expugnationem.' Porro, veteres lenonibus versicolore habitum attribuerunt, atque eosdem raso capite et calvos in scenam induxerunt. *Turneb.*

27 *In medio luto est*] Id est, non potest se expedire. *Lamb.*

28 *Hæret hæc res*] V. N. Amph. II. 2.

31 *Cognosce signum*] Linum fuit vinculum, quo epistola obligabatur: et cui signum ipsum impositum impressumque. Nec epistolam aperire fuit, nisi illo soluto. Inde 'linum incidere' apud Cic. et passiva vulgataque phrasis, 'solvere epistolam.' Fere autem signum cum eo fractum: ideoque jubebant semper ante apertionem signa agnosci, fidei causa. Ita et Cic. in Catil. 'ostendi tabellas Lentulo, et quæsi, cognosceretne signum?' *Lipsius.*

38 *Mortem exequi*] Id est, ferre, pati, subire. Sic 'ærumnam exequi' Capt. II. 1. 1. *Gronov.*

52 *Calator*] Festus: 'Calatores dicebantur servi, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod est vocare: quia semper vocari possent, ob necessitatem servitutis.' 'Calatores, ἐκβιβασταὶ ἱερέων, δοῦλοι δοιμόσοι.' 'Calator, κλήτωρ:' Glossæ Græcorum. Ita Isidorus: 'Calator, minister sacrorum.' Et erant libertini, ut patet ex Tacito. *Scalig.*

SCENA III. 5 *Obvortat cornua*] 'Cornua alicui obvertere,' ponitur pro impetere aliquem, infestum alicui se ostendere, translatione a cornutis animalibus ducta. *Gronov.*

9 *Compurem*] Compar, cujusvis rei aut muneris socius: unde et 'conjuges,' qui divitiarum et humanarum domus socii sunt, 'compares' vocat Plinius I. XVIII. *Lang.*

SCENA IV. 3 *Dentatum*] Vel magnis dentibus; vel mordacem. *Lamb.*

7 *Quid tu intus*] Lego, Quid tu in-

tus quæso desedisti tam diu? Mihi cor rectunsum 'st (pro retusum est) oppugnando pectore: dum expecto rectene an perperam negotium peregeris, ille abducenda virgine a lenone, ita mihi palpitando cor pectus tudit, ut jam ipsum penitus retusum sit. *Dissald.*

11 *Quin hinc metimur*] Neque lectio vulgata, neque aliorum emendationes mihi probæ videntur. Non enim putem Latine simpliciter dici posse 'metimur,' ut 'via' subintelligatur. De novis lectionibus, quas alii fingunt, nihil opus est dicere. Sunt enim palam improbæ. Lego, *Quin hincmet imus gradibus militaribus*; nulla prope mutatione. Nihil obstare video, quo minus *hincmet*, quam 'tanquammet,' quod in Curcutione Plauti legitur, et ejusmodi alia, dici possit. Porro 'gradus militares' sunt, quibus olim ex militiæ disciplina iter facere miles solebat. Horis quinque æstivis 20. millia passuum emetiri tenebatur, ut Vegetius docet. *Boxhorn.* Si *hincmet* dicitur, ut 'ipsemet,' aut 'semet,' non dubium est quin sit vera lectio, quam excogitavit doctiss. *Boxhornius*, *Quin hincmet imus*. Legebam olim, *Viam hinc metimur gradibus militaribus*. Si legitur, *Quin hinc metimur*, subintelligendum erit, 'viam.' *Salmas.* *Quin hinc metimur*] Cum ita suspenderet sententiam suam ὁ πάνυ, non ignorabat solum sanum esse, quod habent omnes libri, *Quin hinc metimur*, nempe 'viam,' et tam Latinum esse, 'Hinc metimur,' quam non Latinum, 'Hincmet imus.' Sed dedit consultori, ne inepte videretur interrogasse. In Curcution. v. 2. 29. videbis apud Gruterum, Cam. pariter et Lang. habere, 'tanquam me et genium meum: non tanquammet.' Tò 'viam' eodem modo intelligi vult Rud. I. 2. 'Si ad saxum quo capessit, deorsum cadat, Errationis fecerit compendium.' Adde quæ diximus ad Liv. XXXVIII. 17. *Gronov.*

SCENA VI. 2 *Signum*] Phœnicium,

ut olim Ulysses ex arce Trojana Pal-  
ladinum. Vide notas Bacch. iv. 9.

7 *Abs te inde est stipulatus*] Lego,  
*ab te industipulatus*, id est, instipula-  
tus. *Scriv.*

22 *Mentitu'st*] V. N. Mercat. v. 2.  
*Ergo haud iratus*] Ergo, id est, ob  
eam causam, quod mentitus fuerit.  
*Gruter.*

23 *Nec recte dicere*] Est male di-  
cere, κατὰ λίσσητα. V. N. Bacch. iv.

31 *Qui inter me, &c.*] Ad symbolo-  
m referatur.

38 *Ad molarum coloniam*] Alludit  
ad morem Rom. quo, qui educendi  
erant in aliquam coloniam, in eam  
nomen dabant. Sic Asin. ii. 2. 'O  
catenarum colone!' Et 'colonix' no-  
men passim in Nostro, et apud JCtos,  
pro quavis etiam habitatione et con-  
ductione coloni seu domicilii sumi-  
tur. *Sc. Gentil.*

SCENA VII. 6 *Lustrantur*] 'Lustro,  
lustronis,' est, qui in lustris patrita  
et avita absunit. Nævius: 'Pessu-  
morum pessumæ, audax, ganeo, luso-  
tro, aleo.' Et verbum 'Lustrari,'  
Lucilius: 'Quem sumptum facis in  
lustris circa oppida lustrans.' Et 'lus-  
tramentum' apud JCtum ἀσέλγεια,  
ἀποδοσιασμός. *Scalig.* *Comedunt quod  
habent*] Non est necesse mutari dis-  
tinctionem, et referri id quod habent  
ad sequens nomen. Servi comedunt  
quod habent dum peculium suum tu-  
burcinantur. *Salmas.*

29 *Damno mihi*] Τὸ *damno* supple-  
mentum est Camerarii. Gruterus  
pro eodem facit *inusui*. Neutrum in  
scriptis ullis ant editis antiquis repe-  
runt. Acad. *populi strenui mihi im-  
probi usui sunt*. Nos distinctionem  
modo et literam mutamus unam: imo  
si grave est, ne literam quidem:  
*Boni viri me pauperant, improbi alunt,  
Augent rem meam: malo populi strenui  
mihi, improbi usui sunt*. Potes et ea-  
dem interpunctione, *mali populi stre-  
nui*. Strenui, inquit, mihi sunt mali,  
id est, inutiles et non boni: improbi

mihi sunt usui. *Gronov.*

34 *Bene curant*] 'Curandi' verbo,  
ut et 'præbendi,' in rebus vitæ ac  
victui necessariis utebantur. Apul.  
'prolixè quam curabat!' id est,  
quam benigne et opipare excipiebat!  
Cic. 'se curare.' Ter. Adolph. 'Cu-  
rasti te molliter.'

39 *Bona scæva*] Vide N. Epid. ii. 2.

44 *A curio infortunio*] Non probo  
*curcio infortunio* legi, pro *curio*. Nec  
enim verisimile videtur, vocem adeo  
notam mutatam fuisse a correctori-  
bus in eam quæ difficilioris esset in-  
tellectus. *Curius* a cura. Ita 'ag-  
num curionem' supra dixit pro ma-  
cro, quia præ curis emaciantur ho-  
mines. Ita hoc loco 'curium infor-  
tunium' dixit, quo macer reddi pos-  
sit iste, qui tam sollicitè quæreret,  
ubi esset Ballio leno. *Salmas.*

45 *Digitum*] Martialis ii. 8. 'Ri-  
dete multum, qui te Sextille cinæ-  
dum Dixerit, et digitum porrigito  
medium.' Idem vii. 70. 'Ostendi  
digitum, sed impudicum, Alconti.'  
Juvenalis: 'cum fortunæ ipse mina-  
ci Mandaret laqueum, mediumque  
ostenderet unguem.'

59 *Die*] Hæc loquutio valde anti-  
quis familiaris: 'dies multum præ-  
terit: jam diei multum est,' Græci  
πολλὸν τῆς ἡμέρας. *Die*, ἀρχαϊκὸν pro  
diei: ut apud poëtam, 'Libra die  
somniaque pares:' et alio loco, 'læ-  
titiâque die.' *Salmas.*

62 *Juxta cum ignarissumis*] Æque  
nescio ac ignarissimi. Vide N. Au-  
lul. iv. 7.

69 *Quid, malum*] Jocus. *Malum* in-  
terjectiva particula, in indignatione  
solemnis: sed et daunum et crucia-  
tum notat: dumque hoc dicere vide-  
tur, Quid adeo commune lucrum is-  
tuc postulas? totum id quidem est  
tuum: illud interim dicit, Quid com-  
mune tibi postulas mecum? Malum?  
id vero totum tuum sit: nec mihi  
partem inde peto. *Acidal.*

78 *Altero ad meridiem*] Uno die in-

tegro et dimidio.

81 *In cunis puer*] Hæc partim male corrigunt, partim non bene intelligunt docti viri. Nec enim obscœnitatis significatio in eo est, quod 'cunæ' vocabulum alludat, ad eam vocem quæ honeste nominari non potest, qua fœminæ sunt; sed ad solam eunarium motitationem respicit comicus: 'tunc etiam cubitare solitus es in cunis puer?' id est, tunc etiam moveri solitus es? hoc est, κινεῖσθαι: quo sensu κινεῖν Græci accipiant, solos eos latet, qui Græca vel primoribus labris nondum attigerunt. *Salmas.*

82 *Etiame facere solitus es*] Maluisse, *Scilicet.* BA. *Etiame solitus es puer? scin' quid loquar?* neque enim pueri meritorii faciunt, sed patiuntur: ignorataque vis illius *solitus.* Ab eadem mente 'consuetum puerum' quoque vocat Plautus *Asin.* III. 3. 113. et Lucret. 'canes consuetos,' absolute, sine præterea verbo; exemplo eodem, sensu alio, 'At consueti domi catulorum blanda propaga,' &c. *Gruter.*

85 *Conveniebatne*] Cato cap. 21. 'Eo fistulam ferream indito, quæ in columellam conveniat et in cupam.' Κολλεὸς, *vagina.* Et sane pars illa in nobis, quæ honeste nominari non potest, inde dicta est: quo Plautus aludere videtur. *Scalig.*

89 *Helleborum hisce*] Elleborum insanis curandæ pernitilem esse, norunt medici. Rud. 'Ellebrosum sum. G. at ego cerritus.' Hor. Sat. II. 3. 'Danda est ellebori multo pars maxima avaris.' *Turneb.*

92 *Meo peculio*] Ad eam rem dictum etiam in Phallicis, 'Pulere pensilibus peculiatu.' Petronius in Satyrico Massiliensi: 'prolatoque peculio stuprum rogare cæpit.' In vita Heliogabali leguntur 'homines bene vasati et majoris peculii.' 'Vasa' quoque in eam partem dicebant. Unde 'vasati' Lampridio, qui in

Phallicis 'bene peculiatu.' Alludit Pl. Pœnulo: 'Facio quod manifesto mœchi haud ferme solent. Mi. Quid est? Sy. Refero vasa salva.' Græcorum imitatio: nam apud medicos ea pars τὸ σκεῦος vocatur. Dicebant et 'Res.' Arnobius lib. v. 'Artificii curas tum rebus adhibuisse perituris,' id est, genitalibus. In eodem: 'Oculum imperavisse captivæ, ut intelligeret et cognosceret, quid sibi res vellent.' Loquitur de illis veretris quæ in foco a Tanaquile, aut Tanaquilis ancilla inventa fuerant. Idem in versione Orphei carminum: 'Objecitque oculis formatas inguinibus res.' Etiam in Gallia ita vulgo loquimur, honeste rem fœdam circumloquentes. *Scaliger.* *Femina summa sustinet*] Ut me breviter absolvam, *femina* hic non mulierem, sed femora significant: quod cum non intellexissent nonnulli, *sustinet* in *sustinet* perperam mutarunt. Quam quidem corporis partem summa sustinent femina, nemo dubitat. Eam videlicet innuit, quam Graccho Corneliam dicit præbuisse Martialis, Epigr. XI. 105. Etiam Cælius Curio *femina* hic de interiore coxa interpretatur. *Cant.*

93 *Uncti sunt, fricari volunt*] Proverbium conveniens in eos, qui per lasciviam ultro sibi malum arcessunt, seu jocularium in malum propria inquietudine incidunt. *Gronov.*

99 *Nullius coloris novi*] Qui homo mihi plane est ita ignotus, ut id, quod nullo colore præditum est. Phædrus Fab. III. 54. 'Unde illa scivit, niger an albus nasceret?' Apul. in Apolog. 'Etiam libenter te, nuper usque albus an ater esses, ignoravi?' quod summi contemptus indicium.

107 *Nugis meditar male*] Nescio an sit Latinum 'nugis meditari:' mihi sine exemplo est. Nisi velis ita dictum 'nugis meditari,' ut curare amicis, curare rebus alienis, quod alibi annoto. Certe nihil nos vetat

legere, *nugas meditatur male*. Ait non esse satis confidentem, ut probum sycophantam decet, eumque male meditatatas *nugas* proferre. *Dissuld. Nugas meditatur male*] Videtur scribendum, *Sycophanta hic nequam est, nugax, meditatus male*. Non bene edoctus suas partes. Pers. iv. 2. 'Satin' estis meditati.' v. 4. 'Tragici atque comici Nunquam æque sunt meditati.' Aut, si malis, *nugas meditatus male*. Gronov.

122 Si. *Perdidisti, postquam*] Hoc cum toto sequente versu Ballioni dandum. *Scrivenerius*.

126 *Quod promisi per jocum*] Jus civile stipulationes introduxit, et ex stipulatu actiones: ideoque stipulationes omnes fere ipso jure sic ex interrogatione et responsione subsistere intelligebantur, ut ad obligationem, etiam jocandi animo essent interpositæ, ipso jure prodessent. *Ræv.*

130 *Viginti commodis mulctavit minis*] Ita post Lambinianam legunt sequentes omnes editiones. At certum est, *commodis* non a libris sed Lambino esse. Neque minus certum mihi est, eam lectionem nulla ratione defendi posse. Minæ, quibus quis mulctatur, non *commodæ* sunt, sed *incommodæ*. *Veterr. lib.* et *edd.* habent *modicis*: sed nec illud hic locum habet: non enim Simo dicere vult *modicis*, sed *immodicis* minis esse mulctatum. Et omnino legendum puto *immodicis*. Litera postrema vocis præcedentis *viginti*, absoluti sequenti eandem litteram, nempe *i*, quomodo contracte scribitur in vel *im*. Sic ex *immodicis* factum est *modicis*, pro quo *immodicis* restituendum. Dicit autem se viginti mulctatum minis, nimium et supra modum esse mulctatum. *Boxh.* Sed vide Scaligerum de Re Nummaria p. 25.

134 *Centuriata habuit, &c.*] Significat *Pseudoli* consilia omnibus artibus fuisse instructissima et callidis-

simæ. Alludit ad 'comitia centuriata,' quæ erant omnium maxima. *Curia* enim et tributa erant minora. *Lamb.*

## ACTUS V.

SCENA I. 1 *Siccine hoc fit*] *Siccine* forte hic secundus casus est τὸν *siccusne*. Pro *fit* script. *sit*. *Siccine hoc sit?* Estne sobrii et sicci, pedibus ita vacillare? *Ebrii*, ubi a poculis abstinent, et solita aggrediuntur, et per ebrietatem impediuntur sibi objici sentiunt, mirari fere solent sese siccos et sobrios non esse. Potest tamen ferri lectio vulgata. *Boxhorn.* *Vix est sicci et sobrii hæc scribere. Asin. I. 1.* 'Siccine hoc fit? foras me ex ædibus ejici.' Mirantur *ebrii*, non se non esse siccos et sobrios, sed se plus bibisse, et majorem vim vini sentire, quam putarant. Ut ille in *Eunucho*: 'Atat! data hercle verba sunt: vicit vinum quod hibi.' *Gronov.*

4 *Pergitin' pergere*] *Pergitisne vacillare?* Sic et 'pergere ludos,' 'pergere iter,' 'culpam,' 'librum,' et hæc talia: pro in itinere, in libro perficiendo, in culpa pergere, eleganter et usitatissime dicitur. *Palmer.* *Ah, sæviendum mihi hodie est*] Cum in *Roveriano* codice disertim legi *sedendum*, testetur *Lipsius*; visus mihi sum veram lectionem ex his vestigiis eruisse. Pro *sedendum*, reponendum *sed eundum*. *Sed eundum mihi Hodie est.* *Pergitisne pergere*, o pedes, in cadendo et vacillando? Atqui hodie maxime mihi eundum est, vestro ministerio opus habeo. *Boxhorn.* Difficile est dicere quam orationem tunc habuerit iste *ebrius*; nulla enim tam stulta fingi potest, quin *ebrio* conveniat. *Hand* scio quam bonus ille codex *Roverii* fuerit, ex quo *Lipsius* prompsit *sedendum*. Si alii codices consentirent, probarem sane conjecturam clariss. *Boxhornii* legentis, *sed eundum est mihi*. Si *sæviendum* retine-

atur ex Camerarii exemplaribus, non alia erit sententia, quam quæ vulgo affertur; ebrium istum sævire in pedes suos voluisse, quia officium suum facere nollent. Sæviunt etiam qui verbis atrocibus et immoderatis in aliquem ntuntur. 'Ne sævi magna sacerdos' apud Virgilium. Satis bene convenit hæc oratio ebrioso, et mentis suæ impoti. *Salmas. Sedendum mihi*] Sane optimi codices, *sæviendum*. Quod puto factum esse ignotiore, *cevendum*. Habes supra, 'si conquiniscescet istie, ceveto simnl.' Et solet facile ab turpiculis jocum petere. Sic in *Casina*: 'Faciendum est puerile officium, conquiniscam ad cistulam.' Præterea fert vulgaris consuetudo sermonis, ut obscœnis utantur, ubi nihil est obscœni: ut in illo Catulli, 'Pædicabo ego vos, et irrumabo:' hoc est, male habebō. Et 'bene me ac diu supinum,' &c. Quantum video, oportet me hodie inclinari, cernuari, capite sistere. *Gronov.*

7 *Abeo madulsa*] Festus: 'Madulsa, ebrinus: a Græco *μαδῆν* deductum: vel quia sit madidus vino.' Si hoc recte Festus, quis hærebit, quin recta mea correctio sit, *probe habeo madulsa!* *Probe habeo*, id est, pulchre mihi est; vel etiam, *Ab eo madulsa*. Lipsius.

15 *Bilingui*] *Μανδαλωτῶ. Scriber.*

16 *Manicula*] Parvam manum interpretantur. At ego jurare ausim, a mala manu hic esse *manicula*. Si de manu ageretur, rectum esset *manicula*. Ubi manus *manicula* opprimitur alia. Ceterum agitur de mamma, ac proinde omnino legendum est, *mammicula*. *Ubi mamma mammicula Opprimitur alia. Mamicula* diminutivum a 'mamma,' ut et 'mamilla.' A 'mamilla' etiam esse possit 'mamillula,' et sic hic legi. Nihil interim certius, quam aut 'mammicula,' aut 'mamillula,' quæ duo idem significant, hic esse reponen-

dum. Dulce est, inquit, ibi esse, ubi Veneris frequentantur complexus; ubi mamma alia mammillula suaviter premitur. *Boxhorn*. Nihil putandum. Nihil notius in istis amantium nequitiiis, quam mammillarum oppressiunculæ et pertractationes. Apud Apollonium de *Jasone* et *Medea*, *καλὰ μεμαρπῶς στήθεα παρθενικῆς*. At si legitur, *mamma mammillula opprimitur alia*, hæc esset con-duplicatio corporum, de qua statim sequitur, 'aut si lubet, corpora con-duplicant.' *Salmas.*

18 *Manu candida*] Hæc veterum librorum scriptura est, quam non debuerant mutare viri docti. Constructio est et ordo: *Cantharum dulciferum candida manu propinare amicissimam salutem*. Sententia est: *Diis proximum esse arbitror, ibi esse, ubi cantharus dulcifer candida manu propinat amicissimam salutem*. Non ergo necesse erat hic hæreere. *Boxhorn*.

29 *Ionica*] V. N. Stich. v. 7. *Palliolatim*] 'Tunica palliolata' mixtum est genus vestis, et formam quodammodo referens et usum præstans dnanum, tunicæ et pallii. Utraque vestis tam muliebris quam virilis. Quæ non male pallæ manicatæ dicuntur, quibus matronæ domi utuntur; et 'mantelia cubicularia' vocant. *Casaub.*

31 *Occipi denuo*] De saltatione servum agere apparet, quam a se instauratam ait flagitatione sodalium, et ut amicæ suæ bellus amasius videretur. Ea causa non dubium mihi, quin recte correxerim, *Occipi denuo hoc modo volvi*. Volvi, *κινεῖσθαι*, aptum tendenti saltationi verbum. *J. Gul.*

32 *Id fuit nœnia ludo*] Inepti sunt interpretes, qui Pseudolum hoc velle volunt: is casus cantus et carminis vicem fuit. Imo hoc vult: is casus huic ludo meo finem fecit. Notum est, nœniam cani solitam iis qui fini-erant vitam. Inde tracta loquendi

ratione, hic nœnia ludi esse dicitur ludi finis. *Bozhorn.*

33 *Pax*] V. N. Mil. III. 1.

36 *Fœdus commemoratum*] Admonitum, quod ex pacto debeat. Sed dictione utitur magna. Tacitus *Annal.* II. 'Inter quæ ab rege Parthorum Artabano legati venire: miserat amicitiam ac fœdus memoraturos.' Idem lib. IV. 'Antequam arma inciperent, misere legatos amicitiam fœdusque memoraturos.' Cicero lib. II. in Verrem: 'Legatum a Verre venisse, qui gratiam, amicitiam, cognitionemque commemoraret.' Livius lib. XXVII. 'Carthalonem præfectum Punici præsidii, cum commemoratione paterni hospitii positus armis venientem.' Ovid. *Met.* VII. 'fœdusque refert et jura parentum.' *Gronov.*

SCENA II. 1 *Quid tu video ego*] *Lege, quo modo? quid? ten' video ego?* quomodo hic homo adstat coronatus? quid fit? tene ego video? tune es, Pseudole, qui corona ornatus es? *Bozhorn.*

2 *Cum corona*] V. N. Amph. III. 4. 16. *Libere hercle*] Quasi diceret, Coronatus tu, quasi jam manu emissus: nam manumissos coronatos disertim affirmat Tertull. cap. 13.

4 *Si qua in hoc spes*] Si forte aliquid ex pecunia promissa recipere possim, aut servare. *Taubm.*

11 *Fructus*] *Vindemias.* *Hiberna*] Scil. hora; quæ brevissimæ sunt. Atque ita strenuior essem potor. *Cæl. Rhod. Lect. Antiq.* XII. 9.

12 *Onustam ceiocem*] Quod ἀναβάλλειν esset onus imponere et onerare, hinc eleganti translatione de bibulis dicitur, qui celocem onerant et vino se implent. Inde 'celocem onerare,' pro inebriare sese, dixit hoc loco Comicus. Hinc ἀναβάλλουσα mulier, quæ celocem libenter saburrat, bibu-

la nempe et multibiba. V. N. Mil. IV. 1. 40. *Salmas.*

17 *Onera hunc hominem*] Lambini expositio non convenit. Jam enim dederat argentum senex illo verbo, 'Tene.' Vult Pseudolus Ballioni, quem nunc conspicatur, ab hero illudi; et maledictis, aut alia re mala onerari. Mercatore: 'quibus est dictus dignus, oneremus usque ambo.' Ita 'consequere hac,' scil. ad Ballionem, ad quem ibat. *Pistoris.*

19 *Væ victis*] 'Væ victis' (titulus Satyræ Varronianæ) in proverb. venisse existimatur, cum, Roma capta a Senonibus Gallis, aurum ex conventionem et pacto appenderetur, ut recederent: quod iniquis ponderibus exigi a barbaris querente Ap. Claudio, Brennus rex Gallorum ad pondera adjecit gladium, et dixit, 'Væ victis!' quem postea persecutus Fur. Camillus, cum insidiis circumventum concideret, et quereretur contra fœdus fieri, eadem voce remunerasse dicitur. Hoc autem vulgo Ballioni hic tribuunt. Sed cum sit formula triumphantis, Pseudolo adscribendum, quibus Ballioni insultet: ut et sequentia verba, 'Vorte ergo humerum. Hem!' Ut Ballionem aversum, utpote indignabundum, circumrotet illudendi causa. Et hoc denotat 'Hem:' hoc enim ipso hominem rotat. *Pistoris.*

21 *Ni doleres tu, &c.*] Nisi te Phœnicio intervortissem, quod promiseram Simoni, in pistrinum conditus essem. *Taubm.*

33 *In crastinum, &c.*] Vos jam vocabo, ut cras nobiscum potetis. Sic Mart. II. 37. 'Cras te, Cæciliane, non vocavi.' Quasi dicat, non in crastinam, sed in hodiernam cœnam te vocavi. Proverbii autem genus est, ut indicat titulus Varronianæ Satyræ: 'Cras credo, hodie nihil.'

## PŒNULUS.

PROLOGUS. 1 *Achillem Aristarchi*] Aristarchus poëta tragicus, æqualis Euripidis, tragædiam *Achillem* scripsit; quam postea in Latinum transtulit Ennius, teste Festo, in 'Prolato ære.' Versus Homeri illi tantum admissi sunt, quos Aristarchus probavit: Comædiæ Terentii, quas Calliopi: sic tragædia vetus Achilles Aristarchi, quod ab eo emendata esset. *Scalig.*

3 *Sileteque et tacete*] Fronto: 'Silet, cujus loquentis sermo comprimitur: ficto verbo ab s litera, quæ nota silentii est. 'Tacet, qui ne loqui quidem cœpit.'

14 *Tacitum obrepet fames*] Tacitum esuries. *Turneb.*

18 *Neu lictor, &c.*] Quemadmodum 'dissignatores' in funere publico lictores comitabantur severioris imperii causa et ordinis servandi; sic in theatris. Nam qui hoc refert ad lictores magistratum, errat: nullæ in hac histrica provincia eorum partes. *Lipsius.*

19 *Præter os obambulet*] *Obambulare*, ultro citroque ambulare est hoc loco. Neque Douzæ sententia audienda. *Præter os*, intellige histrionis. *Boxhorn.*

21 *Diu qui domi otiosi, &c.*] Solebant enim spectatores summo mane, imo etiam vel nocte occupare locum. Suetonius Caligula c. 26. 'Inquietus fremitu gratuita in circo loca de media nocte occupantium.' *Gruter.*

24 *Æs pro capite*] Indicat hic locus, receptum etiam fuisse prisco illo ævo, ut servi aliquid pro loco penderent, si sederent. Hoc Græci *ὀπτήρια* appellasse videntur, quæ explicant in Callim. Scholiastæ, τὰ ὑπὲρ τοῦ ἰδεῖν δῶρα. Nec in servis tantum, sed re-

ceptum hoc etiam in aliis e plebe, qui 'locariis' nescio quid pro sedibus pendebant. *Lips.* Sunt etiam, qui *æs pro capite dent* interpretentur, dato pretio libertatem a dominis emant: inter quos est Gruterus. *Taubm.*

34 *Domum sermones fabulandi*] Quam proclive est rescribere *fabulando*, aiunt. Certe, si *domi* legeretur. Sed differunt 'conferre sermones fabulando,' et 'domum conferre sermones fabulandi.' Nam est alius sermo fabulandi, alius objurgandi, alius orandi, alius deprecandi, alius literarum, ut *Pseud.* r. 1. 98. *Gronov.*

38 *Ambitionis causa*] Gratificandi minus bonis causa extrudantur meliores artifices.

43 *Scribilitæ*] Scribilita, vel Scriblita, genus placentæ. Scriblita eo fortasse appellata est, quod qui eam fingit, tanquam scribit; aut quod esset notis quibusdam signata, et tanquam scripta videtur. *Turneb.*

47 *Ignarures*] Istud 'ignarures' ἀπροσδιόνυσον risum excitavit; cum contrarium ejus exspectaret populus. Et verum tamen dixit: nam sane non minus ignorabat regiones, limites, confinia, quam ignarissimus de populo. *Turneb.* V. N. Mostell. r. 2. 17.

49 *Finitor*] Dicitur proprie, qui colonia deducta, agris in novos colonos divisus et adsignatis, fines constituit. Sic et Cic. Orat. de Lege Agrar. l. 11. 'Finitorem mittunt, ratum sit, quod finitor uni illi, a quo missus sit, rennunciaverit.' *Ibid.* 'Decemviri cum imperio, cum fascibus, cum illa delecta finitorum juventute.' *Gronov.*

52 *Quibus est in manu*] V. N. Prol. Amph. vs. 80.

54 *Patruus Pultiphagomides*] Latine inscripsit Plautus Pœnulus: ergo

'Pulphagus' Carchedonius est, seu Pænus. Pænos pulphagos fuisse, argumento est puls, quæ a Pænis Punicæ vocata est, cuius faciendæ rationem docet Cato. Non ergo 'Pulphagus' pro Romano intelligendus (quod vult doctiss. Turn.) sed Pænus; ut dictum. *Scaliger.* Mureto et alijs quibusdam placebat legi, *Latine Plauti patruus pulphagonidæ.* Quam lectionem nec probare possum, cum nimis longe abeat a scripta lectione omnium codicum. Idem sensus manet ex vulgata, *Latine Plautus, patruus pulphagonides.* Carchedonius Græce vocatur hæc comædia, *Latine Plantus, inscripsit scilicet, patruus pulphogonides, id est, Patruus Pænilus.* Non enim soli pulphagi Romani, sed etiam Pæni. Unde pulis genus apud Catonem, cui nomen 'Punica.' *Salmas.*

57 *Proscenium*] Ita *Lucr. lib. iv.* 'postscenia vitæ,' eleganti tralatione appellat actiones quas celant homines. Vox Romana civitate donata, ut 'prologus,' 'antelogium,' 'elogium.' *Gifan.*

58 *Vos juratores estis*] Non testes, sed censores dicti juratores, qui iurjurando adigebant in censu cives. Vide quæ diximus *Observ. iv. 3.* Pessime *Dissaldæus viatores.* *Gronov.*

63 *Pollinctor*] Fulgentius 'pollinctor, quasi pollutorum, id est, cadaverum unctor.' Quasi 'pellis unctor' dici puto, et 'pollingere' tanquam 'pellem ungere.' Cadavera enim odoribus et aromatis omne genus sparsa olim et peruncta, ad putorem illum lethalem abigendum. *Tertull. de Resurrect. Carnis:* 'Proinde et corpora medicata condimentis sepulturæ, mausoleis et monumentis sequestrantur.' *Turneb.* 'Pollinctores' dicti, quod mortuis os polline oblinerent, ne livor appareret extincti. *Serv. ad Æn. ix.*

71 *Sine viatico*] Jocatur. Solcabant

enim tumbis mortuorum imponere viaticum, aurum, et pretiosa vasa; putantes sine his animas nusquam posse diverti. *Aristoph. in Ran. duorum obulorum meminit, qui essent πορθημιον Charontis: postea ad triobulum exerevit. Goldast.*

79 *Revortar rursus*] Ita *Sueton. Cæsare:* 'rursus repetita Bithynia:' ita alibi: 'ergo igitur,' *πάλιν αἰ, ὕστερον αἰθις, &c.* Quæ licet speciem habens *βαττολογίας,* atque ἐκ παραλλήλου dicantur, usitatissima tamen sunt. *Cassaub.*

86 *A Megaribus*] Id est, ab hortis, ad quos ambulatum iverant, volente et iubente patre. Erant enim Megara, locus in ipsa urbe Carthagine, hortis et arboribus consitus. *Appianus Punicis:* *Χωρίον δ' ἐστὶν εὐμέγεθες ἐν τῇ πόλει τῆ Κερκηδόνι τὰ Μέγαρα, τῷ τεύχει παρεξευγμένον.* Paulo post: *τὸ γὰρ χωρίον τὰ Μέγαρα ἐλαχανεύετο, καὶ φυτῶν ὠραιῶν ἔγεμεν, αἱμασιυῖς τε καὶ θριγκοῖς βᾶτου, καὶ ἄλλοις ἀκάνθοις, καὶ ὄχετοῖς βάθειν ὕδατος ποικίλοις τε καὶ σκολιοῖς καταπλέων ἦν. Petitus.*

87 *Anactorium*] Oppidum in Acarnania. *Lamb.*

90 *Sacerrumo*] *Servius ad illud Virgil. Æn. iii.* 'Anri sacra fames,' *Sacra,* id est, execrabilis. Tractus sermo ex more Gallorum: nam Massilienses quoties pestilentia laborabant, unus se ex pauperibus offerebat alendus anno integro publicis et purioribus cibis: hic postea ornatus verbenis et vestibus sacris circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in ipsum reciderent mala civitatis: et sic projiciebatur.

92 *Quoi luco nomen*] Quasi ex cuiusque nomine de moribus conjectura fieri possit. Sic *Bacclid.* 'Adeon' me f.' &c. Sic ex nomine *Verris* augurabantur homines, fore ut ab eo Sicilia vereretur. *Muret.*

101 *Tangere hominem volt bolo*] 'Tangere bolo' dictum, ut illud apud



Non. 'patrem argenti talento tetigi,' id est, circumveni: 'tangere' enim hic fallere et circumvenire est. Tale est Ter. Phorm. 'Geta ferietur alio munere.' Argum. Trucul. 'ingenti militem tangat bolo.' Tralatio ducta a piscatoribus. *Turneb.*

116 *Ducite*] Alludit hoc loco ad ludum puerorum, qui ducebant sparteam restem; et tandem trahebant, donec aut rumpere, aut alteruter, ommissa funis prehensione, in nates caderet. *Scaliger.* *Si tenetis, ducite*] Neque in his verbis est obscœnitas, et frustra laborant, ut verbum *ducite* aptent materiæ præsentis, quasi orret, ut argumentum hoc audientia et patientia ducant, nec tinnitu abrumpant. Mera est vernilitas centies usurpata auctori. 'Teneri' dicitur, quod memoria comprehendimus: 'teneri' etiam restis, cum ducitur. Ab illa significatione incipit, ad hanc risus et joci causa delabitur. Similiter in illo, 'Cave dirumpatis: quod si referas ad 'ducite,' pergit quasi de reste loqueretur; si ad sequens, sonat quasi nolit abrumpi actionem, antequam finita sit. Similis Iusur. III. 1. 63. 'tenetis rem. Ad. Vix quidem hercle, ita pauxilla est, digittulis primoribus.' Ubi responsio advocatorum nihil facit ad id, quo de agebatur, sed jocus etiam est, petitus ex ambigua phrasi 'rem tenere.' Vide ibi nostra: neque enim intellexerunt. Et III. 5. 19. 'Si pultem, non recludet. Ad. Panem frangito.' Nihil hoc quoque ad negotium institutum: sed quia 'pultem' dicitur, et a 'pultare,' et a 'puls,' sic Iudit. Tale I. 2. 'Assum apud te eccum. Ag. ego elixus sis, volo.' *Gronov.*

123 *Ornabor*] Indnam personam comicam, et alius factus, in proscœnium prodiho.

126 *Valete*, &c.] Mos solitus comicis bene precari publicis eorum rebus, qui attente essent audituri. Ita Prologo Asiû. 'Ut vos item alias, pa-

riter nunc Mars adjuvet.' Ubi *ars* pro *Mars* reponendum esse, male docuimus. Nam et mea mihi vineta cædenda sunt. *Bozhorn.*

## ACTUS I.

SCENA I. 7 *Scitum est*, &c.] Verbum vetus illud est, 'Gerræ germanæ,' &c. quod aperte ostendunt illa, 'quod dici solet.' Et quamvis illud, 'Gerræ, liræ,' &c. tam magni momenti non sit, ut tanta cum præfatione proferri debuerit, apparet tamen servum jocari; et quod magno conatu cœperat, in risum desinere: non aliter atque ipse æstimabat orationem adulescentis. Jam 'per tempus si obviam it,' est, si suo loco et tempore in mentem venit: aut si opportune objicitur in responsionibus. *Pistor.*

9 *Liræ liræ*] Plautus scripserat, *λῆροι λῆροι*, vel *leræ, leræ*. 'Delirus' autem et 'delirare,' quod hic applicant, aliam originem habet, et credendum Velio Longo et Plinio XVIII. 20. id a lira rustica esse deductum. Vide G. Vossium in Etymologico. *Gronov.*

13 *Haud vidi magis*] Genus quoddam loquendi ironicum, quo utebantur, cum ostendere volebant, id quod dixisset alius, sibi non probari; neque ita esse, ut ille dixisset. Hic quidem perinde est, ac si diceret irridens servus, 'Nihil vidi unquam æquius: cum ex contrario intelligi velit, iniquissimum esse. Dixerat quippe adulescens, quod per amorem servum verberasset pridie: 'id sibi ignosci æquum esse.' *Muretus.* Vide N. Amphit. II. 2.

19 *Si auctoritatem postea defugeris*] V. N. Epid. III. 2.

31 *Vin' tu illi nequam dare*] 'Nequam' veteres usurpabant pro nequitia et malo, cum etiam in homine malo et improbo poneretur: unde jocus hic ex ambiguo; cum enim dixisset, 'vin' illi dare malum' et incommo- dare; ut, qui respondet, intel-

lexit: quasi tamen de se improbo servo locutus, præter exspectationem subjecti, 'Eh! me dato,' qui nequam sum. *Turneb.*

32 *Abi dierectus*] Vide notas *Capeitei*. III. 4. 103. et *Trin.* IV. 2.

39 *Quid facturus*] Jam dixerat *Milphio* quid esset facturus, nempe se totum lenonem cum tota familia hodie daturum dono. Sententia ergo et ordo poscunt, ut hic scribatur, *qui id facturus*? quomodo id effectum dabis? *Boxhorn.*

49 *Locum sibi velle liberum*] 'Locus liber,' ubi remotis interpellatoribus et arbitris, aliquis voluptati operam dare potest. *Turneb.* Vide et notas *Asinar.* V. 2. 17.

56 *Dupli tibi auri*] Dupli pœna in eum constituitur, et auri, et hominis, id est, servi surrepti nomine. *Lamb.*

59 *Decipiemus fovea lenonen*] *Sumptum* a rusticis, qui, cæca fovea facta, lupos capere solent.

60 *Expolivero*] *V. N. Asin.* V. 2. 57.

71 *Elui neutiquam potest*] Proprie: macula enim eluitur. Atque hæc secum *Milphio*. *V. N. Capt.* IV. 1.

74 *Ballistario*] *Ballistarium* locus est, unde ballistæ mittebantur. *Turnebus* V. 6. *V. N. Capt.* IV. 2. *Lipsius* in *Poliore*. III. 2. non pro loco, sed pro machina ipsa. *Taubm.*

76 *Hæc est prior*] Vult dicere, *Adelphasinum*, quam priorem nominaverat, amari ab hero suo *Agorastocle*. *Meursius.*

SCENA II. 14 *Aggerundaque aqua*, &c.] Viri illi qui lavantibus meretricibus aquam aggerabant, Latine 'aquarii' vel 'aquarioli' vocitabantur. *Spartian.* in *Comment.* 'aquam gessit, ut lenonum minister,' id est, aquarius fuit. *Festus*: 'Aquarioli dicebantur mulierum impudicarum sordidi assectæ.' 'Bacariones' etiam appellati isti aquarioli, a bacarione, quod vasis erat genus aquarii, longiore manubrio; 'trullam quidam

appellabant,' inquit *Festus*. Eo aquam in balneis hauriebant mediastini, quam super lavantes jactarent et funderent, ad eos perfundendos et eluendos. Hinc 'bacariones' aquarioli dicti, qui hujusmodi munus obibant in domo lenonia, et lavantibus meretriculis ministrabant, in aqua aggerunda et effundenda. *Glossæ*: 'Bacario, ποροδιάκονος.' Vas huic rei serviens in balneis, ἀρύταινα Græce, et ἀρύβαλλος, dicebatur, ἀπὸ τοῦ ἀρύειν καὶ βάλλειν τὸ ἔδωρ, ut censet *Pollux*: inde et βαλλάδες et βαλλίωτες dicti. *Salmas.*

17 *Potis sunt*] *Lego, potessunt*; ut *Ennius Annal.* lib. XVII. 'Spero, si speres quicquam prodesse potessunt.' Nam 'potessunt'; 'sunt potes.' *Merula.*

21 *Scimus facere*] Scripti omnes libri habent, *facere enniam*, vel *en jam*. Scripsit proximo præcedente versu, *Postremo modus muliebris nullus est*. Sequitur, *neque unquam lavando et fricando scimus facere em*. Nam quæ elauta est. Ubi em posuit ἀρχαϊκῶς pro eum, ut *ibus* pro iis. 'Modus,' inquit, 'nullus est muliebris, neque eum scimus facere fricando et lavando.' *Plantinum* est, modum lavando facere, pro 'modum lavandi.' Ita eum alibi scio loquutum. Sequitur, *Nam quæ elauta est*. Nam nisi modus adhibeatur lavandi, ea quæ nimis elauta est, nec tamen se perfectam putat, pro illa est habenda. *Salmas.*

32 *Muriatica*] Aliud est 'muria,' aliud 'garum.' Nam 'muria' ex thynnorum, 'garum' ex scombro-rum tace conficiebatur: quæ et liquaminis nomine, et liquoris sociorum vocabatur. Et 'muria' pauperum tantum erat; contra 'garum' divitum: unde et 'fastosum' a *Martiale* *Epigr.* XIII. 102. vocatur. A muria arida τὰρίχη piscium vocatur *Romani*, quæ omnino uno nomine *Septentrionalium* lingua hodie dicuntur.

tur *stok-fisch*. Nam nisi diu aqua macerata, non coquantur. *Scalig.*

37 *Invenustæ*] Glossar. ‘*Venustus*, ἐπαφρόδιτος:’ ita *invenustus*, pro eo qui parum in amore felix est. *Murel.*

54 *Prosedas*] ‘A prosedendo in meritoriis vel fornicibus:’ *Isid.* ‘Prostitula’ alibi hæ meretrices dicuntur, ‘quod ante stabulum stant, quæstus diurni ac nocturni gratia,’ ut ait *Nonius*: tametsi non semper steterint meretrices; interdum enim sellis insidebant: ut vel ex hoc *Plauti* loco liquet. *Juven. Sat. vi.* ‘Et dubitas alta Chionem deducere sella?’ Ubi commentator, ‘Inde sellariæ dicuntur,’ &c. *Wouw.*

55 *Schæno delibutas, servolicolas*] *Scæno*, sine aspiratione scribendum: nam *Sabini* dicebant ‘scœnum’ pro ‘cœnum;’ ut ‘scœlum’ pro ‘cœlum;’ et ‘scœna’ pro ‘cœna:’ ut ad *Amph. III. 1.* annotavi. Hinc ‘obscœnus,’ scœno sive cœno obnoxius: manifesto retentus in composita voce *Sabinismus*. Quin imò et hoc argumento esse potest, quod eruditi lectores dictionem æquipollentem, sed notiorem (*cœno*) substituerunt. Jam autem illa de schæno, unguento nescio quo, meræ nugæ sunt. Sane ut hic ‘scœno delibutas,’ ita alibi ‘lutulentas’ et ‘immundas’ nominat. *Trucul. IV. 4.* ‘Blüte et lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino ad rem suam.’ Et *Syucerastus* de lenone inferius: ‘neque tam luteus, neque tam cœno collitus.’ Non vero mirum voce *Sabina* eum uti, cum ex *Macrobio* discamus, Romanos multa *Tuscorum*, *Oscorum*, *Sabinorumque* finitimorum vocabula usurpasse. *Meurs.*

58 *Servolorum sordidulorum scorta diobolaria*] ‘Meretriculæ diobolares,’ vilissimi generis, quæque merebant binos obulos, hoc est, dupondium: id enim, ut opinor, declamator apud *Senec.* inuit, *Controv. I. VI.* ‘Itane decem juvenes perierunt propter dupondios duos?’ *J. Gul.*

*Delph. et Var. Clas.*

62 *Quojus ego vel nebulæ cyatho*] ‘*Nebulam*’ pro re nihili ponebant: unde et ‘*nebulones*.’ *Persius*, ‘Grande locuturi nebulas Helicone legunto,’ id est, nugas et inaniam et nugacia poetarum figmenta, fumis et nebulis simillima. *Turneb.*

67 *Assum*] Consulendum est auribus et materiæ: ita hic *Plautus*, quando jocatur, maluit *Assum* dicere quam *Adsum*: ut subinferret, ‘*Elixum volo*.’ *Scaliger.*

68 *Delitias facis*] Τρυφᾶς, rebus secundis elatus, jocularis. *Lamb.* *Enimvero here delicias*] *Enim here* V. C. Recte. *Scrier.*

75 *Eo illud satiu’st*] *Puto* legendum ac distinguendum minima mutatione, *Eo illud satius est satis*. Quod *satis est habitu, plus quam sat est*. Non potest, inquit, quæstus consistere si enim sumptus superet. Ideo illud *satis, satius est*. Quod enim *satis est habitu, plus quam sat est*. Ὁξύμωρον est comicum. Quod *satis est habitu, ad habitum plus quam satis est*. Ideo non transcendendus hic modus, intra quem consistere debemus, ne sumptus quæstum superet. *Salmas.* *Eo illud satiu’st satis, quod satis est, habitus, plus quam satis*. ‘*Illud satis habitus*’ et *vestimentorum, ‘quod satis est,’ inquit: nam interdum τὸ satis minuit rem, et est quodammodo non satis*. Ut quum *Catoni* de *Re Rust. c. 137.* ‘*bonus locus*’ est *primus, ‘satis bonus*’ *secundus, inde ‘tertius*.’ Quum eidem et *Ciceroni* in *l. II. de Officiis* extremo ‘*satis bene pascere*’ est non tantum, quantum bene pascere, sed mediocriter, ut interpretatur *Columel. præf. lib. VI.* Et ad *Atticum* *l. II. ep. 19.* ‘*satis boni,*’ non tam boni quam boni simpliciter; et in *l. III. de Orat. c. 22.* orator ‘*sat bonus*’ intra bonum. Illud igitur ‘*satis,*’ quod est, non minus justo, ut interdum est, sed ‘*satis,*’ id est, omnino sufficiens, ‘*est satius, quam plus satis,*’ id est,

*Plaut.*

G Q

τὸ πλεόν τοῦ ἄλλοις, sive quam id quod plus quam satis est, et justum desiderium et modum excedit. *Gronov.*

79 *Limari caput*] 'Limare caput,' conjungere, Nonius interpretatur. Sed *conjungere* ex eo significat, quod qui amatores cum amica caput jungunt, tanquam terrunt et limant sese mutuo fricando, dnm osculantur. *Vetus Lex.* 'sociare' explicat. *Turneb.*

81 *Ut illi limem caput*] Jocatur ex ambiguo; quasi Agorastocles 'limare,' pro limo inquinare et conspurcare accepisset.

82 *At perpetuo volo*] 'Perpetuam taciturnitatem,' cum aliqua argutia interpreteris 'mortem.' Alias nullas video delicias, quas facere dicitur Agorastocles. *Acidal.*

90 *Quam beatam*] Beatos olim vocabant, qui abundarent opibus. Et Græci nonnunquam homines copiosos εὐδαίμονας vocant. Catull. 'O quantum est hominum beatiorum!' *Muret.*

99 *Pro uva passa pensilis*] Alludit ad uvas, quæ sæpe suspenduntur, ut passæ fiant. Horat. Sat. II. 2. 'Tum pensilis uva secundas Et nux ornabat mensas.' *Turneb.* Sic auctor Priap. 'Uvis aridior puella passis.' Et Græci hominem exsuccum ἀσταφίδα vocant. Lucill. 'passos senes' dixit, Persius 'apricos.' *Scalig.*

105 *Ante lucem*] Et officii et sacri causa mature evigilandum fuit. *Casaubon.*

107 *Nocturna ora*] Malim legere, *nocturna ora*; a noctuis avibus deformibus et inauspicatis ita appellata; quomodo Curenl. I. 3. 'noctui ocelli' dicuntur. *Boxhorn.*

112 *Laterculus*] Laterculus, genus pistoriū operis, a forma, in quam fingitur, vocati. Sic Apul. c. 10. 'hic panes, crustula, lucuncullos, hamos, laterculos: plura scitamenta mellita.' *Turneb.*

113 *Sesamum, &c.*] Sesamum, vel principem locum obtinebat inter hel-

laria. 'Papaverem' quoque ex eodem numero fuisse, patet vel ex Petronio: 'Mellitosis verborum globulos, et omnia dicta factaque tanquam papavere et sesamo sparsa.' Jam ex 'trítico' multa placentarum genera et olim fiebant, et hodie fiunt; et ut 'amygdalæ,' sic et 'nucis frictæ' ex melle in secundis mensis apponebantur. Sic 'cicer frictum,' sic 'fabam frictam' ex melle edebant. Dulcia igitur enumerat servus, 'non multis dietis' contraria: ut Lamb. delirat. *Muret.* Inde cum aliquid studiosè politum significare vellent, σισαμίδεις, et 'papavere ac sesamo sparsum' dicebant. *Scalig.*

114 *Dammum quod Mercurius*] Quippe qui lucris præest, et mercatorum Deus. V. N. Amphit. Prolog.

115 *Nunquæ edepol lucrum, &c.*] Amantem enim oportet esse munificum, atque adeo profusum.

119 *Anc. Tum pol ego et oleum et operam perdidit*] De ornatu intelligo, quo se in festo Aphrod. procul dubio ancilla non minus esse pulcram voluit, quam hera. Ideo ait, si tam extra pretium sum, operam perdidit, cum me ornavi. *Pistor.*

122 *Quid tu agis*] Ita Camerariana. Amantum enim more eam attractando morabatur. *Lamb.*

131 *Orcus ab Acheronte*] Vide notas Mostellar. II. 2. 68.

132 *Nummi lymphatici*] Antiquis 'lymphare' idem quod 'obluinare' erat, utrumque ἐνθουσίξειν et furore corripri: ut enim a luco 'obluinare' dicebant, quod lucos sacros Diis existimarent, et qui in illis multum versarentur, Deorum occursum et præsentia furore agitari; sic eum, cui conspectæ Nymphæ essent, νυμφόληπτον vocabant: et 'lymphatum,' furiosum, &c. Ergo 'nummos lymphaticos' dixit Plautus νυμφίωπτας, qui in bulga continere se non possunt: quales prodigiorum esse solent. *Heinsius.*

133 *Constiterit lymphaticum*] Signi-

fiat se nummos habere qui exire gestiant, nec consistere queant, sed lymphatici sint atque furiosi. Adelpasium pollicetur medicinam, seque effecturam, ut si ad se deferantur lymphatici nummi, consistant, quietique reddantur, sanato furore et lymphatico morbo. Sic Cicero dicit, 'Ejus mentem non consistere,' qui furore et vecordia percitus est: qui enim furiosi sunt, jactantur et agitantur, neque vel corpore vel animo conquiescere possunt. *Turneb.*

135 *Est nimbata*] Nimbus erat fascia frontalis: nam cum frons parva inter formæ decora reputaretur, ut magnitudinem dissimulare possent, nonnullæ formæ studiosæ nimbis eam imminuebant. Arnob. lib. II. 'Laminae pertunderent aurium, imminuerent frontes nimbis, fuligine oculos inumbrarent.' Et hos ipsos nimbos tam callide dissimulabant, ut ægre cognosci possent. Inde est, quod dicat hic Milphio, meretricem, quo attentius intueretur, eo magis videri nimbata. Imbuebant enim colore eodem, qui esset capillorum: unde 'fasciæ colorisæ.' Osce a vetere poetâ nuncupantur, id est, 'coloriæ.' *Meurs.*

137 *Pura sum*] Dum jubet Agorastocles, ut amiculum, quod humum verrebat, sustollat; et ipse illud tollere amictus, paullo licentius Adelpasium attrahabat: quod ægre ferens puella, rogat, id ne faciat; cum sit a viro pudica. *Lamb.*

143 *Alcedo*] Vide notas Casin. Prol. vs. 26.

154 *Colostrâ*] 'Colostrâ sive Colostrum, lac novum in mammis.' Ita Nonius. Mart. XIII. 38. 'Subripuit pastor quæ nondum stantibus hædis De primo matrum lacte colostrâ dâmus.'

158 *Sine. Mi. Irata es nimium; argentum*] Hoc Mureti est, quod Turnebus, cum in Mss. eadem personæ Milphioni totum hunc versum ad-

scriptum hoc modo, *Ego faxo si non iratu es nimium pro te dabit*, reperisset, voluerat *numulum pro se dabit*, cavillantis: nam si, inquit, nummulo non potuisset liberari Adelpasium, non diu servisset. Sed Turnebus diserte explicat, sua pecunia te redimet. Nec mirum foret *παρὰ προσδοκᾶν nummulum* dicere servum, cum talentum dicere debuisset, modo constaret hoc vocabulo Plautum usum. Interim intrudere argentum incivile est. Viderit Muretus, quibus in exolescentibus libris id repererit, quod non Lambinus in suis, non Gruterus in Pall. non ego in Academico. Ego veterem scripturam omnem sartam tectam servandam censeo, *Ego faxo, si non irata es, nimium pro te dabit*. Cur enim non dicam 'nimium' pro quantumvis ingenti summa? *Gronovius.*

160 *Bene vis item*] Veterum librorum et vera scriptura est, *bene visitem*. Benevolentes mihi bene et blandis oculis aspicio. Cum bonis et faventibus mihi bene ago. *Visito* idem est quod 'video.' 'Visere, visitare, videre, cupide intneri.' Ita Glossæ Papiæ. *Bozhorn.* Recta est scriptura librorum, *Qui benevolunt bene visitem*. Nec scribendum cum Turneho, *bene vis item*, aut cum Lipsio, *benefici sient*. Bene videam eos qui bene mihi volunt, non qui male. *Visitare* antiquum pro simplici videre. Inde *invisitata* sæpius in libris vetustissimis optimorum auctorum occurrit, pro re quæ nunquam visa est. *Inauditata atque invisitata*. Pro quo apud Cæsarem, Ciceronem, Livium, et alios, vulgo legitur, *inuitata*. *Salmas.*

163 *Prendam auriculis*] Inter ceteras antiquæ vetustatis blanditias, observandum est hoc osculi genus: quo solebant pueri parentes aut alios, vel amantes inter se, alterius auribus apprehensum, osculari. Id illi *χῦτραν sine ollam* vocabant: credo quod in eo gestu, ut caput ollæ, ita aures an-

sarum formam referre videbantur. Pollux lib. x. *Λαβούσα τῶν ὤτων φίλησον τὴν χύτραν*. *Ollam prehensis osculatur auribus, &c.* Inter Latinos hoc osculi genus primum expressit Plautus hoc loco, et Asin. 111. 3. 'prehende auriculis: compara labella cum labellis.' *Canter.*

165 *Ne verberet (illud faciet)*] Et hic Muretum secuti sunt; atque ita sane in codice Academico video. Non temere tamen est, quod Turnebi, Lambini, Camerariani codices consentiant exhibendo *illud faciat*: non quasi hoc explicandum censeam, ut illi tentarunt, et infeliciter; sed quod sub hoc corrupto putem longe aliud latere. Vide an sit, *Atque hic me ne verberabilem faciat, nisi te propitio, male formido.* Utitur eadem voce in *Aulularia*. *Gronov.*

169 *Exturbo oculos*] *Exsculpo*. Scriber.

171 *Oratorem*] 'Orator' hic pro legato ponitur, qui sacro sanctus et inviolabilis jure gentium est. Ideo ait 'impias te,' i. e. piaculo obstringis te, grande nefas facis. *Gronov.*

183 *Fieri non potest*] *Adelphasium* irata loquentem interpellat.

185 *Victitandum sorbilo*] Video mihi propter te vapulandum et gendum. Suspiria enim et gemitus vapulantium imitantur spiritum sorbentium. *Turneb.* Rectum est *vicitandum sorbilo*: a verbo sorbeo, 'sorbilo' sorbilaré. Unde et nomen 'sorbilium' pro sorbitione, ut a 'monstro' monstrum, et similia. *Salmas.*

191 *Verum*] *Adsentientis* particula passim est, *Verum*. *Ter. Eun.* 11. 3. 'Comites secuti scilicet sunt virginem? *Ch. Verum.*' Ubi *Donatus* notat, inceptivam esse particulam, non relativam: at, melius dicerent, affirmativam esse. Frequens illi comico; et valet idem prorsus quod 'imo.' *Acidal.*

SCENA III. 4 *Majorem partem in ore habitas meo*] Hac lectione nihil

certius unquam cortina *Phæbi* protulit. Cum enim servus frequenter ab inmodesto illo amatore vapulans per indignationem dixisset, vende tandem has ædes tuas: demiratus insolentiam dictionis; Qui tandem ædes? inquit adolescens. Nam, respondet servus, ego tibi pro ædibus sum, in cujus ore pugni tui magnam partem sic versantur, ut habitare in eo videaris. Notum autem est, habitandi verbum ita transferri, ut quibus in rebus quis frequens et multus est in iis habitare dicatur. *Lipsius.*

9 *Sororem lævam*] *Lepida* figura. Omnia enim paria vocabant 'fratres' aut 'sorores.' *Martialis Epigr.* XIV. 148. 'Iodices sorores.' *Auctor Moreti*: 'Interdum fessæ succedit læva sorori, Alternatque vices.' *Tertull.* *De Anima* c. 51. 'Corpus et anima sorores substantiæ.' *Gruter.*

11 *Nihil obsecras*] *Servus* eam obtestationem vanam dicit, quia liber nunquam sit futurus, et perpetuam sibi servitntem ominatur. *Nihil* est frustra. *Acidal.*

22 *Quantum Acheronte est*] *Oratio* est non tam perditæ amantis, quam studiose nugax, et promittentis ita libertatem servo, ut tamen nulla nimis certa et religiosa affirmatione ad eam dandam velit adstringi. Itaque frustra quærimus, quis unquam poposcerit sibi pro mercede, quantum est in *Acheronte* mortuorum, quantum aquarum in mari, quantum unbi-um in cælo. Dicit enim hæc tantummodo, ut videatur aliquid dicere, quum dicat nihil. Frustra fingitur, eum desiderare tantum ex *Adelphasio* voluptatē et gaudiorum, quantum mortuorum *Acherons*, &c. *Desiderabat* ille quidem hæc et imaginabatur eventura, si illa potiretur: sed ea se desiderare hic minime dicit, neque per illa adjurat. *Gronov.*

## ACTUS II.

7 *Litare*] *Καλλιερῆν*, vel, ut ait

Macrob. III. 5. 'facto sacrificio numen placare.' Veteres eo verbo usi, cum grata acceptaque Diis sacra fuisse intelligerent. 'Sacrificare' igitur est offerre sacrum, et veniam poscere: 'litare' est propitiare, et votum impetrare: non quidem ἀπὸ τῶν λιτῶν, id est, a precibus; sed a luere, id est, solvere. Varro Hecatombe: 'In quo ego, ut puto, quoniam est luere solvere, lutavi.' Turneb.

8 *Proscivier*] Extā cocta solebant proscare: unde et 'prosecta' dicebantur, ac partem adolebant, partem consecrabant, sacerdotibusque dabant; partem sibi apponebant. Sic Iustralibus extis vescuntur apud Virgilium *Æn.* VIII. Suet. in Augusto, c. 1. 'semicruda exta rapta foco prosecuit.' Ovid. *Fast.* VI. 'Inde ubi libavit, prosecta sub æthera ponit,' &c. Turneb. Nonius: 'Prosecta exta quæ aris dantur ex fibris pecudum dissecta.' Facete autem dicuntur; quasi probe sese ultus sit leno; quod, cum non litasset, exta Deo non reddiderit. Taubm.

10 *Deum esse indignam*] Taubman. et Gruterus tradunt ita Cam. Samb. Lamb. et Donzam edidisse: reliquos *Deam*: sed alterum reconditiorem antiquitatem sapere. Silent autem diligenter de scriptis Palatinis: in quibus plane *Deam* fuisse indicavit probavitque primum Pareus: postea mutavit sententiam, quoniam infra v. 3. 15. in altero cod. inventum ait *Deum*. At præter ipsum nemo priorum illo loco ausus *Deum* facere. Et credibile est τὸ α superioris parte apertum illic fuisse, ut solet in nonnullis antiquis codicibus. In Acad. nostro est *Deam* utroque loco. Nec vel reconditior illa antiquitas vel auctoritas tantorum virorum, quibus libenter assurgimus, tantum apud nos potest, ut a veteri scriptura recta et proba recedamus. *Indignam* autem est non meritam. Aruspex aiebat Veneri displicere sacra: ego interpretabar sa-

cris displicere Venerem, et nolle se illi commoda præbere velut parum ea meritæ. Gronov.

11 *Adii manum*] Mihi videtur, 'adire manum alicui,' dici eum, qui, quod illi, tanquam in manum traditurus, ostendet: eumque ille manum ad id capiendum, porrexerit, suam ipse manum retro trahat, eumque inanem atque hiantem destitnat. Hoc loco autem leno: Venus, inquit, ut avara est, plures assidue a me hostias expectabat: ideoque litare me nolebat: at ego, ne prosecari quidem exta volui, eamque hiantem reliqui: et sic ei adii manum. Muret.

17 *Condigne aruspex*] Qui jungendum censent, *Veneri ut adierit leno manum condigne*. *Aruspex*: et explicant, prout irata vel infesta Venus de me merebatur; ostendunt se nondum observasse, quomodo Plautus hac voce soleat uti, quod et supra jam prodiderunt. Juxta futilem et pari vanitate aruspex, inquit. Gronov.

25 *Lenulle*] 'Lenus' et 'leno' veteres dicebant, unde 'lenulus' diminutivum, et 'lenullus,' quod est hoc loco: a 'leno' 'lenunculus': a 'lenus' 'lenullus,' et verbum 'lenare.' Isidorus in Glossis: 'Lenullus, parvus læcator: 'læcare' idem quod scortari et lenocinari, a Græco λαϊκῶν et λαϊκάριον. *Salmas*. *Lenulle*, de illac pugna *Pentethronica*] Leno 'lenullus,' ut homo 'homullus.' Deinde scribendum non *Pelethronica* cum Stephano, sed vel *Pterornithica* cum Heraldio, vel nobiscum *Ptenornithica*. Composuit vocem ex πτηνός et ὄρνις ὄρνιθος. Gronov.

28 *Eh! volaticorum*] Sic Gruterus, cum in Mss. esset, ut et in nostro Acad. *Evolaticorum*. Pro *Eu*, id est, *Heu*: quam non modo lamentantis, sed et admirantis esse jam notarunt in hac fabula v. 2. 147. et Rud. II. 4. 2. Gronov.

32 *Farferi*] Farferum herba est nymphaeæ non dissimilis, tussilago

nostra βήχιον, populi albæ folio, sed ampliore: quæ 'ferranum' etiam et 'farfuginum' vocetur. Apuleius: 'Folia sunt farferi et nugæ meræ.' *Turneb.*

34 *Perjuras*] *Perjurare*, pro mentiri simpliciter, ut infra act. v. 4. 'AG. Da pignus, ni nunc perjures,' &c. Mil. iv. 2. 'Hem ecastor hom. perjurum!' Merc. III. 1. Ut autem 'perjurium' pro simplici mendacio; sic infra act. v. 2. 'incestus' pro stupro. *Acidal.*

40 *Turturem*] Solet enim turdus, ut et attagen, aliæque aves, pennæ suæ acumine per cerebrum, qua cervix capiti committitur, ex disciplina venatoria, adacto necari.

50 *Addice*] *Vende*, et trade venditam. *Addicere* hic est venditoris: interdum est prætoris. *Lamb.*

51 *Ita res divina mihi fuit*] *Vulgo fuerit*, et continuantur hæc a milite. Sed *fuit* legendum, et hæc esse lenonis ex Pal. I. recte notavit Gruterus: sed quo sensu? Parens, LV. *Ita res divina mihi fuit*. Quæ minime placet distinctio. Non vult enim leno eam addicere hoc die, quia rem divinam fecerat, et sic, ut malum ei damnumque portenderetur: tæque se omnes res serias in alium diem proferre. At quod sequitur, 'Profecto festos,' reddendum est militi, et legendum *Profestos*, quando Mss. *Profectos*: quod et alibi Plauto pro illo subjectum in scripto animadvertimus. Mihi, inquit Anthemonides, non est illa religio, sed decretum, ut festos habeam profestos, id est, pro profestis. Inde leno, 'Nunc eamus intro: sequere hac me.' *Gronovius.*

### ACTUS III.

SCENA I. 4 *Corbitæ*] *Naves onerariæ*, tardæ, et grandes: sic dictæ, quod earum malus præferebat corbem in summo fastigio: ut etiamnum usus obtinuit. V. N. Cas. IV. 1. 20.

*Taubm.* Est autem hæc differentia inter 'onerarias' et 'actuarias,' quod hæc remis agerentur, illæ tantum velis instruerentur. Liv. lib. XXVI. 'Onerarias quoque, non solum quæ remis agerentur.' Hæc igitur est causa tarditatis in corbitis a tranquillo mari. *Gronov.*

7 *Procos*] *Procorum nomine inteligo adolescentes ea ætate*, ut de uxore ducenda cogitare possint. Adolescentens enim, qui properat, senes sibi advocare nolnerat: adolescentes sumpserat: sed id sibi nihil profuisse dicit: cum præ mollitia et delitiis, (ob id enim eos 'procos' vocat,) nihilo celerius incederent, quam senes. Idque ipse ita perspicue dicere videtur, ut mirer, non dico *Turnebum*, hominem perspicacissimum, sed quenquam omnino fuisse, qui aliter accipere poterit. *Muret.*

10 *Succretu'st cribro pollinario*] *Quod σακκῶδες dicebantur asturcones et toltares equi*, quorum gradus in ambulando perinde minutus et creber, quasi sacco colatus esset et eliquatus, (liquores enim per saccum dum exprimuntur, crebris et minutis guttis eunt,) prorsus eadem metaphora, de minutissimo ac spississimo gradu, dixit hoc loco Plautus, eum succretum esse cribro pollinario. *Vegetius* de Persicis equis, qui nostris traquenariis similes erant: 'Persici statura et positione a ceteris equorum generibus non plurimum differunt, sed solius ambulaturæ quadam gratia discernuntur a ceteris. Gradus est minutus et creber; et qui sedentem delectet et erigat, nec arte doceatur, sed naturæ veluti jure præstetur.' *Salmus.* *Succretus est cribro pollinario*] *Errant, qui non ex seta confectum incerniculum, quo vibratur sive excutitur pollen, intelligi volunt, sed cribrum hic esse ipsam pollinem sive farinam, quæ inter dependum sive subigendum lentissimæ sit materiæ, humecta præsertim, et in fer-*



mento jacens: ut 'mola' dicitur pro farre molito. Imo 'gradus succretus cribro pollinario,' est tam lentus ac spissus, quam tarde e cribro tali excernitur vel exeretis et percolatus excidit flos ille tritici, pollen: quod videre licet quotidie in pistrino fieri quam tardissime. Gronov.

22 *Tumultuari*] Proprie dixit, *tumultuari*: 'tumultus' enim quasi 'tumor multus.' Et attende poëtæ comicum artificium, quam dissimulanter, et quasi aliud agens, Romanorum res gestas victoriasque de Pœnis victis quæsitas, hic attigerit. Douza.

26 *Ædem*] Ædem hic accipio sacram, ex antiquorum ritu, qui sacrificantes ad templa amicos vocare solebant convivatim. Exemplum est initio Rud. Et alias in templis convivia agitabantur; ut cum 'cœna popularis' celebraretur: de qua Trin. 'quid tu, si in ædem ad Cœnam veneris,' &c. Acidal.

27 *Clavatorem gradu*] Omnes grammatici veteres citant, et *grallatorem gradu*. Sed minime dubium est, quin antiqui alicujus grammatici interpretamentum in textum irrepserit, pro vero verbo Plautino: nam qui 'clavatorem' grallatorem esse erat interpretatus, ansam dedit huic mutationi faciendæ. 'Clava' igitur colobathrum vel gralla; et 'clavator' grallator. Postea 'clava,' vel κλάπα, ut recentiores Græci dixerunt, pro quovis ligneo calceo dici cœpta est. Salmas.

32 *Quod tu invitus*] Ad quod reddendum domino, a quo opipare exceptus es, nunquam cogaris. Ludit in vocabulo 'alienus.' Qui aliena utenda accepit, ad reddendum cogi potest. Qui vero de alieno bibit et edit, aliena plane facit sua, et ad reddendum cogi non potest. Boxhorn.

35 *Quicquid est pauxillulum*] Quic-

quid nobis est, id omne domi est, nec aliunde petimus, ut quidem Lamb. explicat. Sed id non satis. Etiam suum id esse totum, quod habeant, quantillum habeant, affirmant. Interpunges igitur, *Quicquid est pauxillulum illuc, nostrum illud*. Acidal.

37 *Ramices*] Vide notas Merc. i. 2. 27.

40 *Operam celerem*] Allusio ad 'celerem' et 'corbitam;' quarum hæc tarda, illa celeris est. V. N. Milite iv. 1.

41 *Attrepitate*] *Adrepite*. Scriver. Senum est attrepidare, ac senili gradu appropere. V. N. Aul. ii. 3.

51 *Didicimus tecum*] Fabulam poëta docet: discunt actores, et discunt simul, dum actionem periclitantur: quo facete hic alludit Plautus. J. Gul.

61 *Addicetur*] A prætore.

62 *Tenetis rem*] Jocus in voce 'rem.' Ansonius: 'Imperium, Litem, Venerem, cur una notat Res?' V. N. supra Prolog. et Pseud. iv. 7.

63 *Vix quidem hercle*] Jocus adhuc non perceptus. Crediderunt enim Lambino, qui per 'rem' intelligit aliquid turpiculum, τὸ πῆος videlicet. Quod inusissimum nec ulla hoc in loco est obscenitas. Res significat aliquando negotium, aliquando pecuniam familiarem, patrimonium, ut 'rem habere,' 'rem confringere.' Introducuntur autem ubique hi advocati pauperes libertini. Itaque cum rogasset Agorastocles, 'tenetis rem?' quod est, scitis quid agendum sit? illi respondent, quasi rogasset de statu illorum et pecunia: Tenemus quidem, sed vix hercle: ut tenentur, quæ minimi modi sunt, digitulis primoribus: ita pauxilla, tenuis, exigua est. Similiter ludit Curcul. v. 2. 'Magna res est. Pn. Nulla est mihi: nam quam habui, absumsi eceleriter.' Gronov.

66 *Optume itis*] Contra plane vult Plautus. Itaque traducit Acidalinus:

‘Ag. pessime itis, optime hercle dicitis.’ Quasi dicat: Lingua celeris, pedibus inertissimi estis. Sed Acidalius audiendus non est. Ironice loquitur Agorastocles. Optime itis, scilicet, qui tardi estis; certe pessime dicitis. *Boëthorn.*

67 *Femina*] V. N. Epid. v. 2. et Pseud. iv. 7.

SCENA II. 2 *Callum aprugnum*] Vide notas Capt. iv. 3. 4.

3 *Conducta*] In utroque versu *conductum* lego; non *conductum*, et membranis adstipulantibus et favente sensu. ‘Conducti’ autem comici sunt, qui fabulam, quam acturi sunt, una fideliter addiderunt, gestumque agere sciunt. Oportet enim histriones peritos esse, et fabulam simul edidicisse, antequam in proscenium prodeant: quo, nisi fallor, respexit. *Turneb.* Cum fabulas suas proferebant spectandas, διδάσκειν eos dicebant: ut Latini, ‘docere fabulam.’ Et qui productis in theatri coronam poematis, de palma invicem certabant, non ἀνταγωνισταὶ proprie, sed ἀντιδιδάσκαλοι vel ἀντίτεχνοι nuncupabantur. *Palmer.*

7 *Nullus nefastus est*] J. Rævard. Conject. ii. 20. Quem, inquit, Decemviri et JC. ‘intestabilem’ vocant, is hoc loco ‘nefastus’ dicitur: nam sensus est: His testibus non esse nefas testimonium perhibere; et sic nec improbos, nec intestabiles esse: quandoquidem in comitio sedulam quotidie perhibendis testimoniis dent operam. Imo simpliciter hoc vult, metaphora a diebus ducta: Adeo frequentes in foro sunt, ut nullo unquam die abstineant. Quia enim die nefasto jus non dicebatur, ideo is dies quasi in foro non esse, sed forum quasi fugere videbatur. Hoc, ait servus, non faciunt isti; nunquam absunt a foro: nunquam eximuntur. Et ita se explicat ipse servus, ‘Ibi habitant,’ &c. *Pistor.*

9 *Coctiores*] *Coctiores* legendum, et

ridiculum dictu, *juris coctiorem*, pro *juris doctiorem* dicere: quod urbanitate comica conditum protulit, ambigni occasione usus: nam et jus culinarium coquitur; et ‘coctus’ ac ‘recoctus’ dicitur, qui in aliqua re tyro non est. *Turneb.*

10 *Lites serunt*] Scripti habent, *lites emunt*. Et recte ita reposuit *Turnebus*. Litem redemptores intelligit, ac depectores litium. Horum in jure fit mentio. *Salmas.*

11 *Commendo*] Non opus legere *cum eo* pro *commendo*. Ambigue lusit servus. Dixerant advocati, ‘Di te perdant.’ Servulus nequam ut in eorum caput hoc maledictum regeretur, ita respondit, ut simul hanc imprecationem in eos retorqueret, et tamen illi hoc intelligere non possent, id dici; aut saltem ipse excusare posset nihil tale a se dictum. Prima verba responsionis eo trahi possunt, ‘vos quidem hercle,’ nempe Dii perdant; sed statim subjungit, ‘commendo,’ ut intellectus defendere posset, se aliud dixisse. Qui, inquit, estis, certe vos commendo; utpote peritos et doctos juris, et litium creandarum. Deinde quod et bene ac benigne facerent, qui hero amanti hanc operam darent. *Salmas.* *Commendo*] Sane in Acad. *commendo* quiqui tamen. Sed in neutro est Pall. qui haud dubie meliores. Sic enim prior, *hercle quo meo quinquiqui tamen*: alter, *hercle quo meo quam quiqui tamen*. Unde videtur scribendum, *Vos quidem hercule æquum, quem quiqui tamen*. Quæ verba non carent ea ambiguitate, quam certum est captasse Milphionem. Nam τὰ ‘Vos quidem hercule æquum,’ si referantur ad priora, intelligitur sub his, ‘Deos perdere:’ si ad posteriora, intelligitur ‘facitis,’ quum quicumque facitis et bene et benigne, quumque hero amanti datis operam. *Gronov.*

20 *Comicum*] ‘Comicum aurum’

hic lupini sunt. Et sicut in comœdia pro aureis nummis annumerantur lupini, sic et pueri lupini grana pro nummis soliti sunt habere, atque numerare, et inter æs et lupinum parum distinguere: atque idem hodieque in Italia lusitantes pueri, ementiri et æmulari lupinis nummos constat. *Murct.*

24 *Nobiscum adveniens hodie oraveris*] *Nobiscum orare*, pro 'nos orare,' archaismus est. *Turneb.*

33 *Crepucrant*] Alludit ad crepitum ventris, qui non sine flagitio in cœtu hominum editur. *Lamb.*

35 *Scurræ*] Vide notas Epid. I. 1. 13. *Pone sese homines*] Qui antecedunt, et alios sequi se jubent. *Scurræ* hic sunt homines urbani (quos 'assiduos cives' in Trin. vocat) militari hominum generi opponi antiquitus soliti: ut et inferius act. V. sc. 5. *Lindebrogius.*

36 *Bonus est: nam similis, &c.*] Hæc quid sibi vellent, videntur ignorasse interpretes. Ideo tacent. Sententia est, Bonus leno est. Nam, quantum ex vultu ejus colligo, similis malo, malus est. Bonus leno esse non potest, nisi sit malus. 'Bonus leno' ergo dicitur, ut 'bonus sutor,' 'miles.' Bonus enim non tantum est, qui virtute excellit, sed qui in eo quod facit, sive malum id, sive bonum sit, virum sese et eximum præstat. Ex ambigua significatione τοῦ bonus captatur jocus. Subintelligitur autem leno. *Boxhorn.*

SCENA III. 2 *Commodos*] Facetos, urbanos. Vide *Lamb.* ad Horat. Od. IV. 8.

12 *Istic est thesaurus, &c.*] Scita sententia in maledicos ac velut Scyllæos canes. Vide Cæl. Rhodig. Antiq. Lect. XV. 25.

15 *Amnem querere*] Amnes enim et flumina ut ex mari nasci, ita in mare velut reverti et exonerare se creduntur. *Boxhorn.*

20 *Tantundem est periculum*] 'Tan-

tundem, idem ipsum, similitudo, figura ejusdem rei, de qua agitur.' Ita *Papias* in Glossis. Et forte huc respexit. *Boxhorn.*

23 *Ætatem expetit*] Id est, diu durat: nam vir bonus injuste læsus non facile placatur, quin sui doloris pœnas repetiverit. *Lamb.*

30 *Benignitas*] Liberalitas. Εἰρωνικῶς dictum. *Lamb.*

32 *Ei Mars iratus est*] Neque *Lambinus*, neque *Acidalius* hic audiendi. *Mars iratus* illi dicitur, qui adversam bello fortunam expertus est. Talis hic fingitur, et apud *lenonem* describitur *Collybiscus*. Mox enim fingitur et dicitur, militem eum *fuisse* in *Sparta*; inde *aufugisse*, quia oppidum capiebatur. *Boxhorn.*

34 *Co. Cum præda*] Venationem ex sententia sibi successuram ait, semet *δεικτικῶς* venatorem faciens; advocatos, canes. *Pistor.*

46 *Tu, si te Dii amant*] *Tu*, si non habet, quo referatur, non est novum. Sæpe *Plautus* orditur iis casibus nominis vel pronominis orationem, ut aliud verbum destinasse responsurum videatur, quam quod postea reddit. In quo imitatur sermonem quotidianum, non tam negligenter, quam subito, ut res fert, ex tempore et non ex præparato loquentium. Id hic tamen haud quaquam tam dure, quam interdum alibi. Nam quid proclivius, quam illud 'tu' ita exaudire, quasi sit, Heus tu; vel audi tu; vel Tu memento; vel Tu vigila et vide quid agas? Hæc interpretes jam viderunt: itaque sero apparent eum suo 'tum' e *Papiae* glossis. *Gronov.*

53 *De Sparta optime*] Neque ad flagra *Spartanorum*, neque ad furta auctorem puto allussisse. *Latronis* nomen hic pro milite, ut alibi passim in comœdia Romana. *Latronem*, id est, militem in *Sparta* fuisse significat, capto eo oppido ad *Attalum* regem profugisse. Hic infra ipse dicit se narraturum lenoni res *Spartia-*

ticas. Et 'peregrinus Spartanus' infra vocatur act. III. sc. 5. *Salmas.*

57 *Præsidii*] *Præsidium* eleganter pro comæatu sive viatico positum, quod fami arcendæ est: ut Persa 1. 3. 'Portare' igitur 'nummos præsidii,' est in comæatum et sumptum secum ferre. *J. Gul.*

68 *Videre, &c.*] Submissa voce loquitur. *Taubm.*

70 *It ad me lucrum*] Varro: 'Quod usque idem it, quod in aliquo consistit pretium.' 'Idem usque it,' dictum vel de præcone, qui semper vagatur, donec invenerit, in quo consistat pretium: vel de mercede, quæ semper ἐπιπολάζει, et incerta est, donec in eo manuce consistit, qui auctionem evicerit. Quo in significato Plantus dicit, 'It ad me lucrum;' nimirum, ut in eo consistat et quiescat. *Scalig.*

71 *Quorsum asinus cædit calcibus*] Asinus ferociens retro jactat calces. Significat igitur, lucrum non proversum ad Lycum iturum, sed verius retrorsum ab eodem abscessurum. *Taubm.*

77 *A muscis*] Parasitos et ejusmodi nugas hominum, qui alienis conviviis non vocati superveniebant, facete 'muscas' vocarunt. Ita interpretandi hi versus, qui plerisque ænigma videntur. Quærebat adolescens 'hospitium a muscis,' id est, liberum ab arbitris et adventoribus: id enim supra 'advocati' dixerant. Addit deinde ludens de carcere: nam certe in carcerem periculum non erat, ne qui invocatus veniret. Invenio ita locutus et Græcos. *Lipsius.*

81 *Antiocho oculi*] Græca fabula eo tempore scripta est, quo Antiochus regnabat. Oculis fortasse ægrobat. Quod ex historia illorum temporum notum tunc poetæ fuit. *Salmasius.*

87 *Vino edentulo*] Lepide dictum, 'vinum sine dentibus;' quasi nimia vetustate. Iisdem verbis Alexis Co-

micus: Ἔσται γ' ὕσον ἐν Βουλῶμεθ', ἔσται καὶ μάλα. Ἡδὺς γ' ὀδόντας οὐκ ἔχων ἤδη σαπρὸς. *Lipsius.* Vinum vetus antiquis laudatum. In comparatione a senibus desumpta, 'edentulum' vocat Plantus, quia ut senibus dentes excidunt, ita vinum vetustum sine dentibus est, id est, cruditatem acerbitemque deposuit. 'Edentare, dentes excutere.' 'Edentulus, sine dentibus.' Ita Glossæ Papiæ. *Boxhorn.*

89 *Quid multa verba? faciam, ubi tu laveris, ibi*] Ita unguentis balneum, in quo lavabis, effluere faciam, ut non balneum verum, unguentarii officina potius videri possit. Et ἀποκοπή sermonis usitata est. 'Quid multa verba?' Porro, 'facere unguentariam,' ea ipsa lege dictum, qua et 'argentariam,' 'topariam,' 'vellaturam,' 'medicinam facere,' et 'pullariam:' denique et 'scrutariam' dictitabant. *Douza.*

91 *Latrocinantur*] *Latrocinari* interdum dicebant veteres sine probro, pro mercede mereri, in militia præsertim. *Gronov. V. N. Milit. 1. 1.*

94 *Duc ergo me*] Argute alludit ad iudiciorum consuetudinem, in quibus damnatus, si solvendo non sit, addicitur adversario, et ab illo domum abducitur. Asin. v. 2. 'Judicatum me uxor abducit domum.' Nam abducendi verbum in ea re proprium. *J. Gul.*

SCENA IV. 6 *Prodigum promum*] Non potuisti eligere promum largiorem, quam ego sum. *Lambin.*

15 *Populi sæpe leges*] Non opus alia correctione hic versus habet, sed lectio tantum vetus reponi debet, quæ in meo Cantabrigie codice habetur: *Rem adversus populi esse leges. Salmas.*

19 *Panem frangito*] Jocus est in voce 'pultem.' Dixerat Agorastocles, 'Si pultem non recludet.' Quid si pultem, et non aperiat? Advocati, tanquam 'pultem' accusandi ca-

su dixisset adolescens, et de pulve loqueretur, excipiant, 'panem frangito.' Id est, pedibus et pultando fores frangito, haud aliter, quam panis frangitur, ubi puls non datur. Mos enim veterum, panem frangere. Quod in Brixienti editione legitur, *pede ædes frangito*, glossa est, sive interpretantis τῶν panem frangito, quomodo disertim legunt Mss. Pall. *Boxhorn*.

20 *Si exierit leno*] Videtur moris fuisse, ut quem quis furem esse sciret, eum testibus præsentibus interrogaret: Nunquid illa res apud illum esset? aut, Nunquid eam contrectasset? Si negaret, res testibus iisdem præsentibus comperiebatur: ut hoc loco: item scena seq. 'Ag. Hoc age sis l.' &c. item aliquanto post, 'Ag. Negasne apud te esse aurum,' &c. *Holom*.

35 *Illices*] *Illex* κατ' ἐξοχήν in aucupio dicitur avis, qua ad alias illicientias aucups utitur, quæ Græcis est παλεύτρια. Plin. x. 33. 'Contra aucupis illicem exeunte in prælium duce totius gregis.' Gronov. V. N. Asin. i. 3. 68.

SCENA V. 5 *Is explicivi*] Id est, extendi et quasi dilatavi, atque auxi. Sic Prolog. Amph. dixit, 'expedire rationes.' *Douza*.

9 *Utrumque est ventus*] A quacumque parte ventus flat, ad eam velum vertitur. Ita qualis est Fortuna, talis est hominum animus, vultus, oratio. V. N. Epid. i. 1.

11 *Non tibi*] Chlamydato enim has puellas jam pretio destinarat. *Lumbin*.

13 *Die festo celebri*] Non est ab interprete τὸ festo, ut putarunt. Salustius in Bello Jugurthino: 'in diem tertium constituunt, quod is festus celebratusque per omnem Africam Indum et lasciviam magis quam formidinem ostentabat.' Gronov.

15 *Nunc os frigeffectas*] Qui calidum prandet prandium, avidè capta-

ta aura libenter os frigeffectat; qui vero auram captat, nihil agit: sic Agorastocles nihil agit rogando ad se mitti Adelphasium. Sic putant se acute rem expedisse. Sane qui auram captat pro corpore, is nihil agit: sed qui auram captat, ut auram, nempe refrigerandi et recreandi sui causa, is profecto aliquid agit, et se restitui sentit. Alio et commodius respicit Plautus. 'Frigida' dicuntur, in quibus parum est gratiæ, salis, facetiarum: sic 'frigidum schema,' 'frigida urbanitas.' Sic igitur et 'frigida,' quæ sine gratia excipiuntur, pro fatuis, insulsis, inficetis audiuntur. Tam frigida, inquit, loqueris, ut si calido cibo raptim gustato guttur admississes, ad hæc verba id refrigerare posses. Sic et Rudente, v. 2. 'Os calet tibi: nunc id frigeffectas.' Similiter Iudit Martialis III. 28. 'Si temperari balneum epus fervens, Roga, lavetur, rhetorem Sabineum: Neronianus is refrigerat thermas.' Et Gnathæna Diphilo, Ψυχρόν γ' ἔχεις τὸν λάκκον δμολογουμένως, dicenti sic respondit: Τῶν σῶν δραμάτων γὰρ ἐπιμελῶς εἰς αὐτὸν ἀεὶ τοὺς προλόγους ἐμβάλλομεν, apud Athenæum lib. XIII. Gronov. *Frigeffectas*] J. Guliel. et Donza probant *frigidefactas*: quæ voce, eodem plane sensu, usus in Rud. v. 2. 39. 'Os calet tibi! num git frigidefactas?'

24 *Hi, qui illum, &c.*] Hi, quorum opera hic Spartanus ad me venit, moleste jam ferunt, me hos 300. Philippus lucrifactorum esse. Illud autem hi non habet, quo referatur, more comico. *Turneb*.

33 *Ravio*] Hoc est, contenta voce ad ravim usque clamans pernego. *Turneb*. 'Ravit, rauce loquitur.' *Isidorns*.

39 *Age, omitte*] Hinc 'furem' dici 'manifestum' non posse, post rem in destinatum locum perlatam, quamvis cum ipsa re deprehendatur: imo ne furem quidem esse: cum dolo ma-

lo rem alienam non contrectarit, docet Hotomanus.

42 *Haud arbitrario*] Non est, quod quisquam dicat se arbitrari me peris-  
sisse, sed potest hoc liquido dicere.  
*Lamb.* Sticho III. 2. 'Perii plane,  
non obnoxie.' V. N. *Amplif.* I. 1.

45 *Obtorto collo*] 'Rapere obtorto  
collo,' est veste ad collum prehensa  
gulam et fauces premere et angere,  
iisque adstrictis urgere et trahere.  
*Turneb.*

47 *Pro spisso evenit*] Id est, per  
quam tarde et sero. *Turneb.* XXXIX.  
2.

50 *Suspendere*] Non quærit reme-  
dium mali, sed suspendii genus; qua-  
si re omni jam desperata.

SCENA VI. 5 *Subscribam dicam*] Vi-  
de notas *Aulular.* IV. 10. 30.

6 *Ornatum tuum*] Villici; deposito  
hoc militari.

12 *Estote obvium*] Estote mihi præ-  
sto: ἐμοὶ ἀπαντᾶτε. Notat *Donat.* in  
*Phormion.* Terent. II. 3. item act. II.  
sc. 1. 'Adesse causæ' proprie dicun-  
tur patroni et amici. Veteres enim  
'amicos' pro testibus et advocatis  
posuerunt. Vide notas supra act. I.  
sc. 1. vs. 7. Et *Epid.* III. 3. de Co-  
mitio, *Menæchm.* IV. 2.

14 *Insignite, &c.*] *Agorastocles*  
aperte a nobis rem injustam postu-  
lat. V. N. *Cas.* extr.

18 *Plumbeas*] Graves et diurnas.  
*Lamb.*

#### ACTUS IV.

SCENA II. 2 *Cui homini herus*] O-  
ratio non satis accurata; utpote quæ  
pueri est parum attententis, qui lo-  
quatur. Hoc tamen voluit: Notum  
esse, Deos ei infestos esse, qui he-  
rum habeat hero suo consimilem.  
*Lamb.*

5 *Lautumiis*] Recte *lautumias*; qua-  
si *λαοτυμίας*. *Lamb.*

14 *Epistolus*] Testas seu amphoras  
litteris inscriptas, 'epistolas fictiles'  
appellat. *Rud.* 'Urua litterata;' et

'ensiculus litteratus.' Vide inter-  
pretes ad illud *Arbitri*: 'Statim al-  
latæ sunt amphoræ vitreæ diligenter  
gypsatae, quarum in cervicibus pit-  
tacia erant affixa.' Idem: 'Scedium  
affixum ampullis, cui inscripta ætas  
vini.' Quas igitur noster hic 'epi-  
stolas' vocat; ille *πιπτάκιον*, et 'scedium':  
Glossæ, 'breves,' item 'epi-  
stolas breves,' et 'modicas': *Ho-*  
*rat.* Sat. I. 10. 'notas.' Ego 'litter-  
atas epistolas' hic simpliciter intel-  
ligo, *γραμμαστικὰ ποτήρια* Athenæi;  
quæ et uno verbo ἐπιστολαὶ sint dic-  
tæ. *Meurs.*

15 *Nomina*] Scil. consulum, quibus  
condita erant vina.

16 *Vinariorum*] Est a re militari  
quæsita tralatio in voce *Delectum*.  
Eo dico, ne quis forte de vasorum  
vinariorum multitudine *Syncerastum*  
loqui autumat, a *Lambino* inductus.  
*Donza.*

17 *Nisi hunc heredem facit*] Inve-  
linuntur in inscitiam illorum, qui ex  
hoc loco collegerunt, qui vivos lan-  
dant, ab iis heredes plerumque scri-  
bi. Ipsi sic interpretantur: Mirum,  
si hujus herus leno *Lycus*, qui haud  
dubie fallaciis meis jam moritur et  
interit, hunc servum non facit here-  
dem: ita magnifica in hujus velut  
mortui laudem meditantur: credibile  
autem a nemine mortuum impensius  
laudari, quam ab eo qui est heres in-  
stitutus. Et hoc parum scite. Non  
enim quasvis laudes et sermones ho-  
nestos respicit auctor, sed proprie  
laudationes funebres, quæ defunctis  
honoratis viris fiebant pro rostris,  
quod officium plerumque peragebant  
heredes. Sic *Tiberius* novem annos  
natus defunctum patrem pro rostris  
laudavit, *Caligula* *Tiberium*, *Claudinum*  
*Nero*. Omnia mira sunt, in-  
quit, nisi *Lycus* jam moriens (abierat  
enim cum his verbis, 'amicos consu-  
lam, quo me modo suspendere æ-  
quum censeant potissimum') eoque  
testamentum ordinans, hunc cum

maxime heredem facit: nam, ut loquitur, videtur secum meditari et commentari, quomodo mox eum, quum efferetur, laudaturus sit. *Gronov.*

24 *Facere ignaviam*] Qui ipsam ignaviam id docere posset, quo ipsa fieri posset ignavior. *Boxhorn.*

27 *Primis hostiis*] Hoc vult dicere: (de quo tamen Lambinus verbum nullum; haud magis utique, quam si Agenoriæ, non Veneris sacris operatus litasset) Adelphasium et Anterastilem Aphrodisiis Venerem sibi fecisse volentem propitiâ, id est, litasse, pacemque a patrona sua ac veniam impetrasse haud gravatim, idque *primis*, hoc est, 'præcidaneis hostiis,' neque iis 'succidaneas' subijci porro opus fuisse: vide Festum. *Douza.*

33 *Corium*] Tuum pro me tergum supponas. Ita Lambinus, et cum secuti alii, sed pessime, interpretantur. *Corius* hic significat flagellum ex corio bubulo confectum. Ita supra act. III. 'Tres facile corios contrivisti bubulos.' Alibi: 'Jam tibi tuis meritis crassus corius redditus est.' *Boxhorn.*

34 *Te volo*] Et hic jocus est ex ambiguitate, qua sæpe ludit Plautus. Hæc enim verba ad præcedentia relata, significant: 'Te volo tibi malum esse, tibi ipsum jumento tuo areessere supplicium: et, ut solent, utque accipit servus alter, te volo conventum.' *Gronov.*

41 *Vasa*] Facete ludit in ambiguo. Nam et *vasa* omne instrumentum et suppellectilem significant, et eam partem, quæ honeste interque res serias nominari non potest; quamque Dea Bona a sacello suo exulare voluit. Hinc 'bene vasatos' Lamprid. dixit 'probe mutoniatos.' In carmine libero: 'Hic legimus Circe Atlandiadenque Calypso, Grandia Dulichii vasa tulisse viri.' Plerumque autem accidebat, ut mæchis ἐπαντοφάρω

deprehensis virilia amputarentur. *Turneb.*

42 *Me non perdant*] Hæc scriptura est veterimorum librorum. Neque causa erat, cur eam sollicitanter eruditi. Dixerat Milphio: Dii te et herum tuum perdant. Respondet Syncerastus: Imo me Dii non perdent, ut mea superstitis, florentis, et non perditæ opera, perdere possint herum meum. In mea enim manu est, perdere posse herum, si velim. *Boxhorn.*

44 *Malus sum*] Non injuria notantur interpretes, quod otiose hoc prætermittant: Sed qui notat, numquid ipse diligentior? Ludit, inquit, in vocabulo 'malus.' Tu putas me esse malum, male tibi velle: ego autem malus sum, id est, tam mutus, quam malus in navi: quasi 'malo nautico dixeris,' sit idem quod 'lapidi dixeris.' Quis hoc expectasset? aut quis invenisset alius? Quare autem non 'malus' in silva potius quam 'malus' in navi. At tu, si nugarum pœnitet, lege mecum, *Malis sum*. Dixerat ante idem Milphio vs. 34. 'Malus sum: quemadmodum in Cistellaria quoque de se servus IV. 2. 'Bona femina et malus masculus volunt te.' Hoc nunc ei reddidit alter: Non ardeo apud te confiteri: *malus es*. Respondet ille: Sic *sum* malus, sed *malis*: non bonis sive omnino sive ad commodum mihi heroque meo negotium. Sic infra: 'Potin' tu fieri subdolos? HA. Inimico possim.' *Gronov. Memorandum*] Mirantur hoc non placere, cum sit venustissimum, si absque distinctione cum sequentibus conjungatur; Id quod memoraturus es, in quo tibi male est, decet esse aliter, decet esse bene tibi, non male. Sed non habebant assuetas aures ἰδιωτισμῶ Romano, quem adamarunt comici. Hæc ipsa fabula v. 2. 'Memoradum mihi, si novi forte.' Ennius apud Cic. Acad. IV. 'Iteradum eademmet ista mihi.' Et Cicero Tusc. II. 'Iteradum eadem

ista mihi: non enim intelligo.' Habet et lib. XIV. ad Attic. ep. 14. Quæ sequuntur, per interrogationem sunt legenda, *esse aliter decet?* Et ludit iterum duplici sententia; nimirum, an debet tibi aliter esse, quam esse tibi dicis, sive male? et an decet tibi aliter esse, quam est, cui tam bene sit? Prior sensus, si referas ad præcedentia: posterior, si ad sequentia: quibus efficit, ut alter priorem sensum non animadvertat. Gronov.

45 *Quoi domi est, quod?* Habitabat enim Syncerastus apud Ieonem. Lips.

50 *Nolito edepol devellisse?* Nequam plagitriba, præter omnem expectationem, ex docti dicti insolentia risum aucupatur, alludens ad pilos subalares, id est, primam illam et musteam sub alis sive axillis erumpentem lanuginem, quem 'florem' vocat Maro; quas 'axillas' puer ille investis alioversum applicatas pennarum inopiam pati, ad agionis specie fuerat conquestus; easque ipsas brevi fore auguratur, ut volucres fiant, id est, flore illo Virgiliano, veluti plumis quibusdam, vestiantur. 'Hircinus' contemptum appellat, ad 'hirem subalarem' oblique respiciens. Douz.

52 *Qui homo eum norit?* Quare vulgata lectio est insulsissima? An quia non potest intelligi 'ab eo cito homo perverti potest.' Ita tamen supra III. 6. 'Ita mihi renunciatum est, quibus credo satis.' Ubi juxta subaudimus 'ab illis.' Persa II. 1. 'Ejus aures, quæ mandata sunt, onerabo.' Certe si vox *homo* iteranda est (ut quum legunt, *qui hominem*) longe melius de alio hic, de alio illic, quam de eodem pronuntiatur. *Domi et domo* non habent hic locum: *modo* non est necesse. Gronov.

54 *Tacitus tibi resistam, quam quod?* Nihil mutandum nisi scribatur *Tacitius*, ut jam placuit doctis. Sed nihil necesse est. Subaudiendum 'magis,' ut sæpe, præcipue cum sequitur

'quam.' *Tacitus magis tibi resistam.* *Resistere* est perseverare, et stare in loco: ut apud poetam 'sæpe resistere equos,' de equis qui ab incessu desistunt et stant. *Restare* eodem sensu accipitur. 'Dum restat barbarus Hector;' dum resistit, et in propugnando persistit ac perseverat. Ita enim 'resistere' pro 'persistere' accipitur, ut 'remittere' pro 'permittere' apud Tacitum et alios. Quod doctis jam notatum. *Salmas. Rectius tacitus?* Nec *Tacitius* est legendum, nec in τῶ Tacitus τὸ 'magis' intelligendum: nam ejus vicem hic adest τὸ *Rectius*, in quo adverbium illud continetur: est enim idem quod 'magis recte.' *Resistam* etsi habent codices, et potest explicari, malo tamen cum Palmerio et Acidalio *rem sistam*, ut infra act. V. sc. 2. 'Snam rem sibi salvam sistam.' Rem, quæcumque credideris, tacitus tibi recte servabo (nam quod sisti et redhiberi potest, servetur necesse est) magis hercle quam, quod dictum est malæ mulieri, servatur. Nec tamen repugnem, si malis, *Tacitum tibi resistam*, vel *Tacitam tibi rem sistam*. Gronov.

62 *Parem, ne a te perdeam?* Admitto *Parci paritem*, quam Mss. ambo *parilem*; et exstat hoc verbum *Pseudolo* I. 5. 'Per doctos dolos paritas, ut auferas a me.' Dein lego, *ne a te perdeam*. Id est, ne salus mea non sua nitatur vi, sed ex te suspensa sit: in tua potestate, in tuis manibus sit, me quando velis perdere. *Petronius*: 'Sine quo non potes vivere? ex cujus osculo pendes?' Simul alludit ad supplicium servorum, qui pendentes plectebantur. Ut sit, ne tua opera et beneficio, quoties tibi habebit, perdeam, sive in cruce sive ad vapulandum. Gronov.

76 *Duas illi, &c.* *Camerariana*, *Duas illas tanti quæso emit*. *Sy. Nutricem, &c.* quod auctoris arbitror geminum germanum, mutabam in *Duas illas tanti quæso?* *Sy. Imo et nutricem*



*earum tertiam*, hoc sensu: Quod tu miraris, duas illas tam vili emptas; accessit etiam tertia: ita ut tres venierint octodecim minis: cum solempne alias pretium unius, ut minimum, triginta. *Acidal*.

84 *Liberali caussa*] Adserat eas in libertatem caussa liberali, id est, iudicio seu actione de libertate. Ter. Adelp. II. 1. 'Nam ego illam liberali assero caussa manu: ad quem locum Donatus: Ordo est: Ego liberali caussa manu assero. Et sunt juris verba, a quibus etiam 'assertores' dicuntur, vindices alienæ libertatis: nam et caussa ipsa 'liberalis' dicitur, quæ actionem in se continet libertatis. Ita Glossar. Fest. et XII. Tab. 'liberali manu asserere,' est liberali iudicio natalibus restituere, *καπιξεσθαι*: et *assertor*, *vindex*, *καπιστής*: et Gloss. *καπισμός*, *vindicta*, *assertio*: inde *καπιστία*, *vindictia secundum libertatem*.

85 *Ad incitas*] Desumpta loquendi ratio a ludo latronum, quem nos vulgo *Schachorum* vocamus, in quo latrones, sive calculi, ut egregie Isid. XVII. 67. 'Partim ordine moventur, partim vage: ideo alios ordinarios, alios vagos appellant: et qui moveri omnino non possunt, incitas dicunt, unde egentes homines inciti dicuntur' [hoc ineptum, et ab solo Isidoro, cum priora sint ex optimo veteri auctore] 'quibus spes ultra procedendi nulla restat.' *Gronov*.

86 *Unam calcem*] De his dicemus in Trin. II. 4. 136. Quibus hæc licet adjicias ex Scalig. Apud Græcos, inquit, alia erat tabula calculorum; quippe quinque linearum. Itaque non in ultimis lineis erant 'inciti calculi,' sed in media. Quare cum alterniter ex lusoribus ad incitam lineam cogebatur, tunc movebat calculum ab eadem media linea, hoc dicto, *κωὼ τὸν ἀφ' ἑρᾶς*: nam linea illa vocabatur *ἑρᾶ*: *Calcem* enim vocat hic *calculus*; alluditque ad proverbium quod usur-

pavit. Et ita Lucilius: 'Naumachiam licet hæc, inquam, alveolumque putare, Et calces:' nam *calces* hic *calculi* manifesto. Festus: 'Calces, qui per diminutionem vocantur calculi.' Vides ergo, quomodo Plaut. dixerit, *ciere calces*, *κωὼ τοὺς πεισοὺς*.

92 *Dum calet*] Dum recens est; et occasio præsto. Tralatio a ferro, quod, dum calet, tundendum est: ubi refrixit, frustra culditur. *Lamb*.

100 *Intus ero odio*] Non erat Milphio, narraturus rem gratam hero, ei odio futurus, sed spectatoribus vel auditoribus rem jam dictam repetendo, ut crambe his cocta ingrata est. Putem proinde legendum, *Hero uni potius intus ego*; nempe memorabo: *odio quam hic*, repetendo scilicet, quæ jam audistis, *sim vobis omnibus*. Boxhorn. *Intus ero odio*] Distingunt, *Hero uni potius intus ero*, (quod sit, memorabo) *odio quam hic*: neque enim qui rem gratam narraturus erat, hoc poterat odio esse. Imo et qui rem gratam narrat, eadem sæpius inculcando, tundendo, sollicitando, ut occasione ntaris, potest esse odio. An non apud Terentium? 'Ohe, jam desine Deos, uxor, gratulando obtundere, Tuum esse inventum gnatum: nisi illos tuo ex ingenio iudicas, Ut nihil credas intelligere, nisi si idem dictum est centies.' Quid autem sermunculii, 'esse hero intus' pro memorare. *Gronov*.

105 *Vernaculum*] Id est, domesticum illud et a nobis natum consilium, a me servo adjuvandum. Ita Cic. 'crimen domesticum ac vernaculum.' Id. 'sapor vernaculus.' Id. 'vernacula festivitas,' id est, domestica. Varro: 'verbum vernaculum ac domi natum.' Id. 'vinum,' item 'uva vernacula.'

## ACTUS V.

SCENA I. I *Ythalonim*, *vualonuth*] Punicæ hæc scripta erant sine punice-

tis vocalibus, ut et Hebræa sive Phœnicia omnia. Librarii vero vocales pro ingenii et eruditionis suæ modulo substituerunt, falso sæpius quam factum vellem. Sunt autem rescribenda Latinis literis, et distinguenda ad hunc modum: *Neth alonim, ualonth, secor eth isi macum soth: Chyni lachchu, vultmini, Sty alnoth ibarti mischi: Liphoc anethy byni Thu ad ædin, bymi Thu, Byrna rob, syllo hem alonim, ubymî syr, tohu: Byghym othy-nosh athu: nelech an, tu das muchon? E sod elle? brum tyfeloth chyli, scontentem li, phol Eth banim. Ys diber noth co noth Agorastocles: Uthenuna tehychora. sed uoch, soth nose, Bynnu. Dchi li ihi gebulim, lasbit thumi: Bady al ethe ra, emyn, uaflym mincoth risim Et alonim ualonth: seccarati misti attic, unasse, Conco biti miabel lo cuti nibe ani: lo laccu tchizu, anus is. Hoi cesi, tec po, nasse athid amas, con al emum diber Tefelon, ob, uthume: Ccl tum: com ucra: lu enu: et oni manu ose: ubar banthy ach Aristoclem: At, assena chiua sot, el ialeni, cosa lemum diber termi, cai: upsu aspoti: E od eanec lictor bo desi assam linnim coles. Latine ita reddas licet: 'Inclinate et advortite, o Di Deæque, quorum sub numine viri hujus civitatis sunt: Deprecationem et integritatem meam accipite. Duas filias generavi, robur meum: Fato impulsus feci ut irent singulis Deorum diebus festis ad hortos, Cum gaudio multo, quod conturbavit Deus, et in die cantici fuit vacuitas: Puellæ surreptæ abierunt: quonam ibo thalamos omnes calcans? Ubi est qui illas rapuit? ut tollam ineptitudines doloris mei, quas quasi fructus producit mihi gignere et educare Liberos. Dixerunt hic pro certo habitare Agorastoclem: Est hospitalis tessera, Saturni imago, (hanc fero) Inter nos: Esto aliquis finis itineris mei, quo tandem integritati meæ requies concedatur: Ne solus, et miser, afflictusque errem huc illuc;*

quin potius in liberis meis innover, et rependam dona et oblationes Dis Deabusque, quos invocavi consultores et adjutores mihi, Ad lustrandam domum meam a dolore, quo affectus sum, cum illos laudarem. Sed orationem non acceperunt; afflictissimusque sum, et animum despondeo. O spes mea, huc veni: et qui me cumque manet labor, perferre facito, animos sume a veritate oraculi et responsorum Dei Tað, a divinationibus, et ostentis, prodigiisque: Numero adimplere: erige te, et precare: Utinam exaudiant: facessat dolor a patre religioso, et dignoscam fratris filium Aristoclem: Attente audi lamentationem istam, Deus, mea potentia, festina ad veritatem verbi exaltationis meæ, o Deus, et cessabunt sterquilinia mea. Ecce deinceps de meis facultatibus honorem habebō, sacrificans far Dis omnibus, et landans.' Ita Petitus lib. II. Miscellaneorum, cap. 2. quem interpretationis hujus suæ rationem reddentem vide.

19 *Fratris filium*] Agorastoclem Jachonis fratris filium.

23 *Fecisse, sibi quod faciendum fuit*] Græce κατ' ἐδφηµοµυδν pro mortuum esse. Gronov.

25 *Tesseram*] Apud antiquos hospitia erant privata; quæ magna erat necessitudo. Propterea 'hospitium' persæpe pro 'amicitia' ponitur. Fuit autem antiqui moris tesseram dari hospitibus dimidiatam, quam quicumque attulisset ad hospitium, continuo agnosci posset et hospitio excipi, tanquam amicus et vetus hospes. Hoc autem jus necessitudinis ad posteros transibat: propterea 'tesseram hospitalem' diligenter adservabant. Qui autem jus hospitii violabat, is 'tesseram hospitalem confregisse' dicebatur: ut Cist. II. I. *Budæus*.

SCENA II. 8 *Creta*] *Nego cretam* per appositionem sumi pro sermone

candido et fausto. Arbitror potius Pœnnum dicere, orationem Agorastoclis et Milph. eandem vim habere, quam creta: nam ut ea emaculantur vestes, sic illa omnes animo suo ablutas sordes. Jam creta sordidas vestes nitidari solitas, scitur ex Plin. xxxv. 15. et 17. *Gruter.*

14 *Impetrare*] ‘Impetrare’ ad exitum perducere sive consummare est. ‘Impetrare’ et ‘perpetrare’ ab antiquo verbo ‘patro’ derivata sunt. ‘Patrare’ est consummare; itaque ‘patratio,’ rei Venereæ consummatio dicta est: hinc ‘patres,’ quod patratiōne peracta filios procreasent; teste Isidoro, et Cornuto ad illud Persii, ‘Patranti fractus ocello.’ *Glossar. vetus:* ‘*Patrat, μαστῶται.*’ *Durand.*

15 *Avis*] ‘Avem’ nominat Pœnum, ob manicas alarum instar utrinque pensile libereque fluentes. ‘Manicatas’ autem ‘tunicas’ probro verti, diximus *Pseudolo. Taubm.*

18 *Servos veteres antiquosque*] V. N. *Mostell. II. 2. 45.*

19 *Qui scis*] Aiebat Milphio, servos illi Pœno vetulos esse: id unde sciat rogatus, ipsos homines monstrat cum sarcinis sequentes. Jocatur autem in schema sarcinatorum, qui sub onere curvi incedentes, videntur senes assimilare ætatis pondere, quasi Ætna depressos. *Acidal.*

21 *Annulatis auribus*] Male audiebant apud Romanos barbari præsertim Pœni, qui aures perforatas habebant; neque mediocriter eos aver-sabantur. Lucilius: ‘Nequam est, aurum aures cujus vehementius ambit.’ Unde jocus Cic. in Afrum: ‘Atqui anrem foratam habes,’ &c.

43 *Miseram buccam*] Valde proprie ‘miseram buccam’ dixit pro mala et ægrotata: nam et ‘miser locus,’ ὁ πεπορθῶς, et ‘miserum latus’ Horatio: ‘dens miser’ Marcello. *Miser* autem ex Græco *μογερός*, quod Æoles *μυγερός* dicebant. Latini enim τὸ

*Delph. et Var. Clas.*

*γάμμα* in *σίγμα* frequenter vertebant in his vocibus quas ex Græco mutabantur. *Salmas.*

44 *Fortasse arbitrarier*] Pro, fortasse arbitratur. Hæc enim adverbia ‘scilicet,’ ‘videlicet,’ ‘fortasse,’ veteres ponebant cum infinitivo. *Gronov.*

48 *Qui zonam non habes*] ‘Zonam perdidit,’ castrense proverb. in ἀρχημάτων. Horat. ‘Ibit eo, quo vis, qui zonam perdidit.’ Sed in his Plauti verbis duplex est allusio: et ad vestem Pœnorum more distinctam; et ad pecuniam, quæ in zona gestatur, citra quam in urbe sumptuosa non sat commode vivitur. *Erasm.*

51 *Mures Africanos*] Romani illi veteres simplicesque ‘elephantem’ vocarunt bovem lucam; ‘struthionem,’ passerem marium; ‘camelopardalim,’ ovem feram; ‘pantheras,’ mures Africanos; ‘leones,’ ursos Numidicos sive Libyicos. *Lipsius.*

54 *Ligulus canales*] Pro *ligulus canales*, non mihi reponendum videtur *ligulus vanales*. Non enim hic alludit ad Punica quæ Pœnulus protulit, *Lalech lib cananili mi nichot*. Servus nequam qui Punice nesciebat, loquentis Pœni verba ex solo sono interpretatur. Distinguendum tantum puto ac legendum, *Ligulus, canales, ait se advexisse et nuces*. Qui sunt *canales*? Nempe id quod Latine dicuntur. Sed deridiculi gratia ex sono Punica vocis, canales etiam advexisse ait. Sic palas et mergas vendendas sibi datas dixisse ait Pœnnum, quia Punice dixerat *Palu merga dectha*. Punica illa adhuc lucem desiderant, post virorum doctorum operam in his explicandis positam. Sed otium nunc non est ea refutare, quæ perperam ab illis exposita sunt, et dare simul meliora. *Salmas.*

58 *Palas*] Pala interdum nomen est instrumenti rustici, quo terra fossa vel egeritur, vel aggeritur. *Taubman. Mergas*] ‘Mergæ, furculæ quibus acer-

*Plaut.*

6 R

vi frugum fiunt: dicta: a volucris mergis; quia ut illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur; sic messorum eas in fruges demergunt, ut elevare possint manipulos,' Festus.

65 *Sub cratim*] Supplicii genus Carthaginiensibus usitatum: quod Tacit. lib. De Moribus German. ita commemorat: 'Proditores et profugas arboribus suspendunt: ignavos et imbecilles et corpore infames cræno ac palude, injecta insuper crate mergunt,' &c. Livius lib. iv. 'Ad vociferationem eorum, quos sub crate necare jusserat, concursu facto.' Lamb.

73 *Migdilybs*] Mixtus Libys est: ut illum mixti generis significet, et bilinguem, id est, *διγλωττον* et *μυγάδα*: quales erant Carthaginienses; qui utebantur et lingua Tyriorum et Afrorum. Virg. *Æneid.* i. 'Quippe domum timet ambigam Tyriosque bilingues.' Duplici autem lingua qui utuntur, infideles et veteratores improbique habentur: itaque Hannonem, ut bilinguem, dicit esse 'bisulca lingua quasi proserpentem bestiama.' Turneb.

85 *Antidamarchi*] Rectum est sicut legitur *Antidamæ Demarchi*, ut positum est a viris doctis. *Antidamarchi* nomen sicut in anterioribus editionibus legebatur, stare non potest. *Antidamæ* adoptivus fuit Agorastocles, *Antidamas* porro *Demarchi* etiam fuit adoptivus filius. Ergo *Agorastocles* dicitur filius *Antidamæ Demarchi*, et subaudiendum est, ut in talibus tralaticium est, *filius*. *Salmasius*.

91 *Pater tuus ergo*] Id est, pater tuus, inquam: scilicet sunt quædam vocabula in comicis, qui negligentiorum vulgi sermonem imitantur, quorum vis occulta *γεωμετρικῶς* ostendi non potest. Cujusmodi hic τὸ *ergo*: *Militæ* iv. l. 77. 'sicut:' *Mercatore* i. 2. 9. 'autem:' et *ibid.* ii. 2. 39. 'ergo:' *Persa* ii. 2. 39. 'hodie:' et hujus generis alibi alia. Lamb.

125 *Si quid me fuit*] Id est, si obiero mortem. Lucilius: 'Si quid me fueris humanitus, ut teneatis.' Cic. 'si quid mihi humanitus accidisset.' De hac loquendi formula vide etiam notas *Trinum.* i. 2. 120.

132 *Amat a lenone*] V. N. Pseud. i. 2. 'Amare a lenone,' eleganter dictum. *Palm. Spicil.* p. 115.

136 *Incestavit*] Id est, vitium attulit. *Lutatus* in *Statii Thebaid.* l. ii. scribit: *Venerem* ad non castas nuptias non venire cum suo cæsto, unde 'incestum' dictum. *Paulus* de *Ritu Nupt.* l. xxxix. 'Incestum committere intelligitur, qui ex his quas legibus aut moribus prohibemur uxorem ducere, aliquam duxerit.' Uterque vere: nam certe scortatio quævis passim in usu nomine 'incestus.' *Servius* ad *Æneid.* xii. 'Incestus est quæcumque pollutio.' *Fulgent.* 'Incestum ab eo venit quod est incassum.' *Passer.* *Papias*, 'Incestare, coitu inquinare, polluere,' interpretatur. *Boxhorn.*

147 *Pol magis quam vellem*] Certe, inquit, magis hæc assimulo, quam vellem. Non enim tam assimilata hæc sunt, quam vera. Et utinam vera non essent! *Boxhorn.*

151 *Qua sit*] 'Faciem' pro totius corporis colorisque habitum dixit: neque enim *facie* os tantum et oculi et genæ, id est, *πρόσωπον* notatur; sed forma omnis et modus et factura quædam totius corporis: a 'faciendo:' de quo *Agellius* xiii. 28.

152 *Corpore aquilo*] 'Aquilus color' est fuscus et subniger: ab aqua nominatus, cujus color neque albus neque niger, sed incertus, vel etiam nigrior: unde 'Aquilii' pronomen. *Glossarium:* *Μέλαν, ὡς λουκίλλιος.* *Varro:* 'Atque *Ægeus* fluctu quam lavit ante aquilo, *Sævus* ubi posuit *Neptuni* filius urbem.' 'Aquilum fluctum,' *μέλαν ὕδωρ, ποῦτæ.* *Scalig.*

SCENA III. 20 *Mutarentur nomina*] Mulieres, quæ stupri licentiam apud

ædiles professæ meretricium instituerent quæstum, nomen mutare consuevisse ex hoc Plauti loco constat. Præterea eæ quæ captivis quæstuique meretricio renunciabant, liberum sibi ingenuumque nomen, priore illo cum persona deposito, assumere solitæ. Cellis etiam meretricium superimpositi erant tituli; et meretricis nomen in fronte pependit. Tertull. 'Nomen tuum pependit in fronte, pretia stupri accepisti, et manus, quæ diu datura erat sacra, capturas tulit,' &c. *Douza*.

33 *Lachanum*] Punica hæc sunt et in duas voces dividenda. *La Chanan* vos. Et *Chanan* pro *Chanaan* פְּנִינִים אֲל. Non vos, inquit, redncam in Chanan patriam vestram, sed hic jam detrudam ad molas. Pœni in Africa Chananæi atque ita etiam ibi se vocari volebant, qui ex Chananæa oriundi quæ Græcis Φοινίκη. Græci enim tam Phœnices Syriæ quam Africæ, qui eorum coloni, Φοινίκας appellabant, Romani hos *Pœnos* ex Græco vocabulo Φοινίκης. Verum ipsi, ut dixi, ne in Africa quidem se vocabant 'Phœnices' aut Pœnos, sed Chananæos. Testatur Augustinus in Epistolam ad Romanos, Hipponenses Rusticos cum interrogabantur qui essent, aut quo nomine appellarentur, respondisse *Chananæos*. Ex hoc loco apparet, ipsam Africam quam incolebant, voluisse esse *Chanan* vel *Chanaan*, eodem cum antiqua patria nomine. Nam si ibi etiam *Chananæos* se vocabant, ipsa quoque regio *Chanaan* vocabatur. Puto itaque huic versui nomen Pœni præponendum esse non Milphionis. Stephanus: Χρῆ est Φοινίκης, quod pro *Chanan* intelligendum. *Salmas*.

34 *Ad puteum*] *Puteus* est genus hypogæi seu subterranei carceris. Aul. 11. 5. 21. et 7. 3. Græci λάκκος et βάρατρα vocant. *Gronov*. *Robustum codicem*] 'Robur, in carcere is locus, quo præcipitatur malefico-

rum genus; quod ante arcis robustis includebatur,' Festus. Codicem a robore diversum esse censeo, cum sit lignens stipes, quem alligati servi, qui deliquerant, trahebant, cuique insidebant vinciti; qui hodie apud nos appendi solet simiis. Propert. 1v. 7. 'Codicis immundi vincula sentit annus.' *Turneb*.

43 *Inter vias*] Id est, in via. Terent. Eum. 1v. 2. 'cæpi mecum inter vias Aliam rem ex alia cogitare,' ad quod Donatus: '*Inter vias*, figurate et nove.'

49 *Græcæ sunt hæc*] Quidquid aliis placeat, mihi videtur hæc vera lectio. Neque longe abit vetus scriptura, quæ *Treca* habet. Scriptum erat *Cræcæ* pro *Græcæ*: unde factum *Treca* ut *T* et *C* in libris sæpe confunduntur. Nullæ sunt Threcæ columnæ, sed Græci operis omnes ferme quæ Romanis in pretio, Ionicæ, Doricæ, Atticæ, et Corinthiæ. Eæ lapideæ sive marmoreæ fiebant, quæ in bases suas cum sustollerentur ita grandiores et celsiores evadebant. Hoc est quod ergo dicit de his puellis quæ e tantillis tantæ erant factæ, similes esse ait Græcis columnis, quæ parvæ sunt cum fiunt, ubi vero in basin suam collocatæ sunt, tum altæ et proceræ existunt. Nam columnis ligneis hoc non fiebat. Nam columna simul ex basi, ex eodem ligno conficiebatur. Videntur Punicæ columnæ e ligno factitari solitæ. Ideo Græcas iis opponit. Pœni in ligneis operibus præcipue clari. Unde Punici lecti. Sed et in Mostellaria de Pœno artifice, non de Romano hæc sunt intelligenda: 'Non enim hæc multiphagus opifex opera fecit barbarus.' Nam et in hac fabula Prologo multiphagonidem dixit pro Pœno. Hæc mea de hoc loco sententia est. *Salmas*. *Græcæ sunt columnæ*] Placet omnino *Græcæ*: non quasi diversæ a nescio quibus Punicis: sed quia elegans illarum struc-

tura tota est Græcorum: et hinc nomina sortiebantur. Plin. xxxvi. 23. 'Columellæ in æde densius positæ crassiores videntur. Genera earum quatuor. Quæ sextam partem altitudinis in crassitudine ima habent, Doricæ vocantur: quæ nonam, Ionicæ. Præter has sunt, quæ vocantur Atticæ columnæ, quaternis angulis, pari laterum intervallo.' Hæ solent sustolli, sive ligneolæ sint, sive saxæ; sive basin habeant diversi generis, sive ejusdem: nam ideo fiunt columnæ, et nullum in alium nsum, quam ut erigantur. Itaque jocus est suavissimus. Miraris ex tam parvis, quum eas ultimum vidisti, nunc tam magnas esse? sunt instar, quibus vulgo ntimur, Dorici aut Ionici operis columnarum: non fiunt, ut non erigantur. Gronov.

SCENA IV. 2 *Oculis epulas dare*] Sic auricularum escæ sunt οἱ λόγοι, poëmata vel orationes tritissimæ. Græcis ἐδώχισθαι λόγοις, et ἐδώχαι καὶ ἐστίασεις ἀκούων: colligere escas auribus. Casaub. vide et Not. Aul. act. III. 6. 1.

6 *Murrhînusque*] Recte: nam murrhata potio Deis ad pulvinaria addebatur, cum illorum festis delubrum ornaretur. Festus in 'Murrhata.' Guther. V. N. Pseud. II. 4. 51.

9 *Præpotentes*] Pro formosissimis: unde et 'fortes' pro formosis, et contra 'pulcer' pro forti: 'Saturne Hercule pulcro Pulcer Aventino.' Passerat. *Pacisque potentes*] Quæ potuimus pacem a Venere impetrare, &c. Lambin. Vid. N. Rud. I. 5.

12 *Et pol ego, &c.*] Obscurius dictum. Sententia est: Et sane ego futurum confido, ut nos laudent atque commendent alii, præsertim cum recogito quibus nos simus ingeniis, hoc est, optimis, atque aliæ, nempe quibus sint ingeniis, quamque corruptis. Nam post illa 'atque aliæ,' subintellegendum, vel ἀπὸ τοῦ κοινῶν repetendum, quibus sint ingeniis: ita omnia

plana sunt. *Boxhorn.*

14 *Colis*] 'Colere' veteres etiam dicebant, cum major minorem diligeret, ut Virg. Bucol. III. 'Ille colit terras:' scil. Juppiter. *Servius. Vitalem ævum*] 'Ævus' dixit et Lucret. I. III. 'Non omnem possit durare per ævum.'

17 *Invictæ*] In qua semper mansi.

20 *Cluet victoria*] Si in eo, quod agit, victoria clarus est et excellit. *Lambin.*

23 *Os oblitum est fuligine*] Marcelus: 'Sublevit significat, illusit, et pro ridiculo habuit: tractum a genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur.' Unde perspicue dilucet, hoc pigmenti genus per joculum et lusum iis allini solere, quos aliis deridendos propinare volebant: idque turpiculis puellis potissimum, quas hoc contumeliæ genere a procaci juventute affici mos erat: credo ut hac quasi censione monitæ, deformitatis suæ in memoriam revocarentur. *Donza.*

38 *Quid sperem*] Rescribo, qui sperent. Qua ratione, inquit, sperare possim, nescio: nisi tamen in Diis aut parentibus opis aliquid nobis est. *J. Gul.*

54 *Sitiunt qui sedent*] Scil. spectatores. *Boxhorn.*

56 *Tu, frugi*] Tu vero eas tene, si bonæ frugi es: ita quidem Lamb. Sed id non penetrat interiorem mentem. Jocus est in ambiguitate verbi 'tenendi,' quod et inter venerea. *Acid.*

60 *Postea hanc amabo*] Scil. Adelpasium: voluit dicere, 'antestabor.' *Lambin.*

64 *Mæa latrant canes*] Lamb. maluit *alldrant*, quod est in Paris. *Acidalius* malit *Brix*. *Etiam mæa in me latrant canes?* Sed et alii dixerunt 'latrare aliquem,' pro allatrare. Sic Stat. Theb. I. 'Umbrasque petunt, et nubila latrant.' Horat. Sat. II. 1. 'Si quis Opprobrii dignum latraverit, integer ipse?' Idem Epist. I. 2. 'Ve-

naticus ex quo Tempore cervinam pellem latravit in aula.' *Gronov.* Vide tamen et Not. Capt. III. 2. *Latrant canes*] Etiamne ii, qui pro me facere debent, mihi adversantur? *Alludiato*] Alludiare dicuntur heri canibus suis, cum eis alludunt, cumque eos demulcent. *Sticho* II. 3. 'alludiabo mulieri.'

65 *Pro osse linguam*] De hoc osculi genere, *Asin.* III. 3.

66 *Hanc canem*] *Me. Oleo tranquilliorem*] Hyperbole proverbialis, in homines minime iracundos, lenique ingenio præditos. Non plane absurdit *Cic.* 'In nostris inimiciis me fore auricula infama scito molliorem.'

78 *Maceratæ*] 'Macerare,' idem hic, quod cruciare, torquere. *Boxhorn.*

82 *Ne indigna, &c.*] Uti vobis servitum.

97 *Sperata*] 'Sperata' dicebatur, quam proci sperabat sponsam suam fore. *Turneb.* x. 24. V. N. *Amphit.* ac imprimis *Alb. Gentilem* II. 11. de nuptiis, ubi docet 'speratum' etiam dici sponsum. *Taubm. Omitte salutem*] Non mihi videntur hic permutantæ personæ. Quod enim mirum putant salutem puellam ab amatore non velle, maxime cum morem gesserit in eo ut parentis collum linqueret, ego non miror. Præ gaudio in quo sunt ob inventum patrem, vix apud se sunt, et nesciunt quid loquantur: tum pro *omitte*, forsitan legendum *omitti*. Turbatorem lætitiæ suæ *Agorastoclem* ita repellunt. Jubebat ut liqueret collum patris quem amplectebatur. Illa respondet *Omitte*, hoc sine me sic facere. Salutat deinde speratam suam, illa iterum dicit *Omitte salutem*, tu nos turbas. Tunc ad alteram salutandam transit, quæ et similiter importunum hoc dicto submovet: *Nolo ego istuc, enicas me!* Et fortasse cum querebatur *Agorastocles*, quod non linqueret collum patris, voluit eam vi avel-

lere; ideo dixit illi, *Omitte*. *Salmas.*

99 *Condamus*] Conjugamur inter nos mutuo brachiorum vinculo. *Lambin.* Isthæc putem aptius dari posse juveni, quam patri; ut scilicet speratam suam amplexatus fuerit, respondeatque *Adelphasium*, 'Eveniunt digna,' &c. iterumque dicit adulescens, 'O *Apella*.' *Gruter.*

102 *Pingeretis*] Forte, *peteretis*. *Scriver.*

105 *Lætitia et gaudiis*] Gaudium est affectio animi modeste et constanter se efferentis; lætitia est exultatio quædam animi effuse et inauiter clari, eventum rei expetitæ. Hæc in quemvis cadit, illud in sapientem, auctore *Seneca*. *Terentius*: 'Gaudia sua si omnes homines conferant unum in locum, tamen mea exsuperet lætitia.' Tamen confunduntur. *Popma.*

SCENA V. 6 *Pro minore*] Nihil mutari placet. Significat autem, se nescio quid ex ædibus *lenoniis* manticulatum esse. Pro parte, inquit, prandii minore, quam acceperissem, si forte prandium, quod debebatur mihi, datum fuisset; pignus, quod majoris multo pretii est, ex ædibus *lenoniis* abstuli. Hæc vera est hujus loci sententia. *Donza* legebat, *pro mina experte prandii pignus cepi*: sed causa nulla est mutandi receptam lectionem. *Boxhorn.*

10 *Morula*] *Mss.* et omnes meæ, præter *Brix*. habent *merulea*, id est, tota nigra, ut 'avis merula.' *Turneb.*

12 *Cortinam ludis, &c.*] Homines sole perusti, qui vas aqua plenum ludis circensibus circumferunt, ut equos cursu defessos frigida aspergant. *Lambin.* *Cortina τρίπους* et *λέβης*: eaque proprie, in qua lana suffecta succos ebibit. *Varro* dietam vult a 'corde': at ego a rotunditate; quod, ut *cortes*, ita hæc rotunda esset. Hinc *Eunius* 'cortinam' pro hemisphærio cæli dixit, 'Quæque freto cava cæruleo cortina receptat.'

Intelligit quæcunque continentur ἐπὶ τῇ οὐρανῷ σκέπη, ut loquuntur ποιῆται. Servius in Ætna, pro theatri incurva parte, sive etiam tholo, dixisse videtur, 'magni cortina theatri.' Scalig.

16 Propemodum hoc] Δεικτικῶς, eo quod intus sum furatus. Lamb.

22 Batiolum] V. baiolum. Scriber. Puto legi debere Balliolum. Ballio est leno, et ita Græcis βαλλίων. Sed et βαλλᾶδες etiam dicebantur, ut olim notavi: a Ballio diminutum Balliolus. Nam et Ballius dixerunt pro Ballio: ita 'lenulus' a leno. Alliulus, quod quidam hic reponunt, pro eo qui allio vesceretur, vix dici Latine putem. Salmas.

24 Tunicis demissitiis] 'Laxæ togæ' et ad talos demissæ tunicæ probro erant, et argumenta libidinosi et mollis animi. Horat. Sat. 1. 2. 'Malthinus tunicis demissis ambulat.' Varro: 'Cum etiam Thais Menandri tunicam demissam habeat ad talos.'

30 Ligula] Pro ligula hic non potest reponi lingula: nam ad virum sermo est. Præterea versus non fert. Ligulam voces de parvo homuncione, qui et in sequenti versu 'hallex viri' dicitur, quasi pollex viri, qui non grandior esset pollice. Qui alex legunt, et pro 'halece' accipiunt sive muria, falluntur. Halec enim vocatur, non hallex. 'Hallus' autem et 'hallex' est pollex pedis antiqua lingua Romana. Salmas.

33 Deglupta mænas] Mss. meua. Scribe mæna. Piscis est vilis, ut anguilla, deglubi solitus, cum pararetur ad cibum. De quo vide inter prima ornamenta seculi numerandum, Nic. Heinsium in eruditissimo excursu ad lib. 11. Fastorum Ovid. Gronov. Sarrapis sementium] In his versibus Sarapis videtur vocati Pænulus, non solum a faciei deformitate, quia Sarapis est Pluton, sed etiam a veste longa discincta, ut pingebatur Sarapis apud Ægyptios.

Sic autem vestiti Pæni cum tunicis demissitiis, non cinctis, et sine pallio. Ideo putem etiam legi mox debere, et sine cinctio mastruga, id est, mastruga non cincta. Forte etiam Sarapus legi posset, id est, Σαρᾶπουσ a trahendis pedibus, ut Pittacum olim vocatum esse a quibusdam scribit, nisi fallor, Diogenes Laërtius. In sequenti versu scribendum existimo, Halagoras hama, ἀλαγορὰ compositum de foro in quo sal vernalis proponitur: hama autem vas in quo vendebatur, quæ est σκάφη Græcorum. Vas oblongum fuit et cavum, hand absimile veræ scaphæ. Ita vocat Pænium a statura parvitate. Unde et 'hallix' vel 'hallex viri' supra appellatur. Salmas.

34 Plenior alli ulpicique] Nam victus remigum Romanorum erat cum pane nigro allium. Ulpicum allii species est. In vet. edd. Alli ulpici, sine copula: potest et epitheton esse allii, ulpicem, quasi dixerit, 'Punicum allium.' Columella 11. 3. 'Ulpicum, quod quidam allium Punicum vocant. Græci autem ἀφροσκόροδον appellant: longe majoris est incrementi, quam allium.' Acidal.

57 Injuriarum multam dici] Non videtur verisimile, videri injuriam Pæno quod leno raperetur in jus, qui filias ejus in servitute habuisset. Sed nec eorum sententiæ accedo qui putant legendum induci, vel duci, quasi duci et rapi opponantur. Nam de his qui ducebantur in jus, si cum aliqua vi et vexatione id fieret, ut fere semper solitum, ab adversariis rapi in jus dicebatur. Obtorto enim collo ut plurimum ducebantur. Puto igitur retinendam lectionem, quæ viris doctissimis placuit, Injuriarum multam dici vel indici satius est. Salmas.

SCENA VI. 14 Sume hinc quidem] Δεικτικῶς. Significat se collo et suspendio omnibus satis facturum. Lambin.



18 *Advorsum quidem*] Scribendum, Ag. *Nunquid recusas contra?* Ly. *Ne advorsum quidem.* Lusit in 'contra' et 'advorsum.' Qui frigidus jocus, sed lenonis cum ostenderet se non

contrarium esse nec adversarium voluntati Agorastoclis. *Salmas.*

23 *Multo post, cum in jus*] Tu qui te jam periisse dicis, multo magis id dices, quando in jus veneris. *Douza.*

## PERSA.

### ACTUS I.

SCENA I. 1 *Princeps*] Ita recte legitur. Neque enim *Mensio princeps* in *priceps* aut *præceps* mutandum est. Sententia plana est. *Princeps* idem quod primum. Ejus, qui et amans et egens primum ingressus est amoris vias, ærumnæ ac labores superant labores et ærumnas Herculis. Sub initium enim amanti et simul egenti maximæ difficultates devorandæ sunt. *Princeps* enim in amoris vias ingressus hic dicitur, qui primum amare cœpit. Cur, quæso, inquit *Mensius*, primus majores ærumnas hic exantillare dicitur, quam ceteri? Neque illam mentem *Plauti* esse, neque necesse esse id hic quæverè, patet ex sententia quam reddidi. *Boxhorn.*

3 *Cum excetra*] Id est, hydra, quam *Heraclides Ponticus* πολυκέφαλον ὕδραν appellat. Persequitur labores *Herculis* et *Lucret.* lib. v. sub initium, et *Martial.* ix. 104. et *Silius Italicus* l. iii. et *Diod. Siculus* iv. 3.

4 *Cum Antæo deluctari*] 'Cum Antæo me deluctari,' ex *Servio* in *Ecl.* x. *Scrivæ.*

6 *Nisi, non est*] *Trinum.* iii. 3.

11 *Lippo oculo*] Uti tanquam *lippo oculo.* Proverb. dicitur de re qua carere non possumus, cum tamen damnosa nobis sit. Eleganter *Plautus* ad servos improbos traxit. *Alciat.* V. N. *Bacch.* iv. 8. 72.

12 *Præfulciat*] Est pellepidum di-

ceudi genus. Hinc servus fidelis et bonus 'columen familiæ' dicitur, *Phormione*: quod scilicet rebus heri sui fulcri et columinis vice sit. *J. Gul.*

19 *Nimis stulte amicis utere*] Nescis amicis uti.

21 *Ferreum*] 'Negotium ferreum' salse appellat *compedes.* *Lamb.* *Plusculum annum*] *Plusculam* seu majorem anni partem. *Douza.*

22 *Tribunus rapularis*] Festivus jocus, cum allusione, quasi tribunus militaris apud *Nolam*. Sic in *Mostell.* ergastulos 'genus ferratile' appellavit. *Lips.*

28 *Ulnæ catapultæ*] *Virgæ* ex ulmo. 'catapultas' dixit, ut in *metaphora* militari persisteret.

29 *Eleutheria*] *Regium* in morem vivens, ob libertatem nactam festos dies agito. *Eleutheria*, festa quæ celebrabantur Græcis in honorem *Jovis Eleutherii*; quem et *Σωτήρα* vocabant. *Lamb.*

32 *Scapula pruriunt*] *Scil.* mihi. V. N. *Mil.* ii. 4. et *Pseud.* i. 1.

37 *Pro capite*] 'Pro capite dare,' 'numerare,' servus dicitur, qui pro libertate dat. Sic *Pseud.* i. 2. *Pœnna.* iii. 1. Vide *Briss.* de *Verborum* Signif. l. iii. *Taubm.*

SCENA II. 1 *Vetere atque antiquo*] Vide notas *Mostell.* ii. 2. 45.

8 *Duris Capitonibus*] *Durus* pro impudente et improbo, antiquitus ponebatur: unde 'duri capitones'

hoc loco debent exponi, ore improbo, duro ferreoque (ut Ter. Catullus, et Lucill. loquuntur) hoc est, attrita perfrictaque fronte insignite præditi, ejusmodi habere parasitos convenit: allusumque est ad Capitonum, familiam Romæ hand incelebrem. Negatur Lamb. qui a pertinacia in comedendo eos putat dictos. Douza. Olim inter alia instrumenta perditæ luxur, et matulæ in triclinia inferri solitæ; quas sæpe, ubi incauissent, in capita sibi invicem illiserunt. Hinc dicit propterea parasiti, 'duri capitones.' Casaub.

10 *Neque quadruplari me volo*] Transcribunt jam dudum huc ex Marcello Donato, *quadruplari* hic non esse quadruplaturam facere: sed parasitum hoc dicere, se nolle ereptum ire aliena bona, *ne quadrupletur*, quod sit, ne cogatur ad quadruplum solvendum: sic Ulpianum dicere, l. 2. π. de vi bon. rap. 'In hac actione intra annum utilem verum pretium quadruplatur.' At ego nego *quadruplari* esse quadruplum solvere. Nec hoc sensu accipit Ulpianus, sed primo et proprio, quo est quadruplum fieri, quemadmodum 'duplicari' est duplum fieri. Præterea si veretur parasitus ne solvat quadruplum, quomodo addit, 'sine suo periculo?' Non est dubium, quin dicat, se nolle accusatorem vel delatorem esse, qui quæstus tum multo erat uberrimus, et nisi manifestæ calumniæ convincerentur, sine suo periculo e damnati bonis potiebantur parte. Quod quia invidiosum erat, ideo dicit 'rapere eos aliena bona,' quod est non bono modo ad se transferre. An autem publicæ rei causa quisquam potest se raptorem dicere? Non profecto, sed quadruplatorem: quia reipublicæ interest puniri noxios et leges defendi: quam speciem præferebant omnes accensores. Vide Cic. pro Sexto Roscio c. 20. et Divinat. in Q. Cæcil. c. 21. Gronov.

17 *Mea lege adscribitor*] Veteres quidem scripti et editi *in ea lege*, unde alii *in eam legem*, alii *in illa lege*. Sed recte Gruterus *mea lege*, id est, me ferente: si mihi legis de accensatoribus ferendæ copia sit. Gronov.

19 *Tantidem ille*] Tanta pœna proposita: vel, tantidem lite æstimanda. Lamb.

20 *Ubi aqua parti*] Ut pari utriusque proposito periculo ad prætorem eant. *Parti* pro parte, Menæchm. III. 2.

21 *Faxim*] V. N. Aulul. III. 5.

22 *Albo rete*] 'Albo rete' dixit Plantus, ut idem dicit, 'homines creta sese occultare,' (Aul. act. IV. sc. 9.) et Ennius, 'Medeam gypsatis manibus.' Quæ omnia translatione dicta sunt de iis qui dolos suos prætextu exornant, et illis aliquam bonam causam prætendunt, pnta leges et jura, aut simile: quas fraudes *ἐπιπροσώπους καὶ ἐπιπροφασίστους* Græci vocant. Nec vero metaphora est a piscatione. Nam si ita esset, quomodo Plantus dixisset, 'oppugnare; non 'captare,' aut 'piscari?' Nullum est *σχῆμα* in v. 'oppugnare,' sed allegoria est in v. 'reti.' Nam leges 'retia' vocat. Illis enim homines illaqueantur, ut fera pedicis aut casibus. 'Albus,' ut dictum, *ἐπιπροσώπους* intelligit. Hæc est vera allegoriæ Plantinæ interpretatio. Nam prov. non est; sed potius *λόγος ἐσχηματισμένος*. Scaliger. *Albo rete*] Locus et emendationum et explicationum sæcundus. In quo tamen solus aliquid vidisse videtur Guilelmus. Non enim alio fit hoc 'albo,' quam prætoris, in quo is edicta, actiones, interdicta proposita habebat. Horum aliquid, de quibus ille scripserat, 'judicium dabo,' arripiebant accensatores, et id migrasse docebant, quos facerent reos: ita eorum oppugnabant bona. Ergo 'albo oppugnant' est formulæ et actionibus ex albo sumptis. 'Albo rete' vel

'reti' per epexegesis, id est, tanquam reti: ut cum alibi, 'Operam hæc celocem mihi, non corbitam date:' item, 'cor acetum acre in pectore.' Comparat album retibus: ut apud Ciceronem de Harusp. Resp. 'Illaqueatus omnium legum periculis: irretitus odio bonorum.' Pro Milone: 'Illam bellnam iudicii laqueos declinantem.' Pro Cluentio: 'Putant enim minus multos laqueos legum ac iudiciorum sibi propositos esse oportere.' At est, qui neget Latinum esse 'retibus oppugnare.' At frustra negat. Sic Cynegeticorum scriptores, retia et plagas vocant 'arma' venantium. Sic Manilius dicit, 'pontum vinculis armare,' quod nihil aliud est, quam retibus ductis infestum piscibus reddere: et frustra sollicitant docti. Gronov.

26 *Quieverint ne recte*] Sic Mss. male subjecerunt, *Quæ invenerint recte, nec ne.* Quia enim adest matutinus, ut apparet ex sc. seq. vs. 34. et adest visum, loquitur de cibis, ut solemus loqui, quibus officium matutinum præstamus decumbentibus; an recte quierint, num commotiunculam senserint. Sic Milite III. 1. 'Prisquam læcet, assunt, rogitant, noctu ut somnum ceperim.' Gronov.

SCENA III. 7 *Commisce mustum, &c.*] In musto decoquebantur cotonea mala, et alii etiam odores eo adiciebantur; de qua musti conditura certum est hic Plantum loqui. *Οἶνον κυδωνίτην* Græci vocant, qui ex musto et Cydoneis malis componebatur. *Γλεύκος* in ea conditura Græci nominant, et de eadem loquitur totis his duobus versibus. Mustum hic in scutris concalere ac fervere vult cum strutheis malis, quæ de genere sunt Cydoniorum malorum: alii cum illis eadem faciunt, et videtur Plantus 'struthea' pro Cydoneis malis dixisse. Sed quæ sunt apud eum 'coluthea?' legendum ego putarem, *sirutheaque lutea appara*, quæ sunt lu-

tei coloris et aurei. Addi iubet et *calanum* Plantus in id mustum cum strutheis. Columella: 'Ne obsistat id facere donec videbitur eliquatum omni face mustum carere: tum, sive mala Cydonia, quæ percocta sublaturus sit, seu quoscunque voluerit convenientes odores adiciat.' *Salmas. Coluteaque appara.* Quia 'struthea' sunt mala Cydonea, non videntur illis incommode iungi *colutea*, si accipiamus pro fructu arboris coluteæ, cuius est descriptio apud Theophrastum de Plantis III. 17. *Ἰδιον δὲ καὶ ἡ κολυτέα περὶ Λιπάρων δένδρον μὲν εὐμέγεθες τὸν δὲ καρπὸν φέρει ἐν λοβοῖς ἡλικὸν φακός.* Nec mirum arborem dici coluteam, fructum coluteum, ut olea et oleum. Struthæorum meminit Plinius I. xv. c. 11. et 14. Gronov.

9 *Congerro*] Festus: 'Gerrones, leves et inepti, a cratibus dicti, quas Græci *γέρρας* appellant.' Inde *congerrones et congerra* sunt. Scalig. V. N. Asin. III. 3. 10.

12 *Collyræ facite*] Senatus grammaticorum statuit, 'collyras' videri parvulos panes mundos, sed et genus fictorum farinaceorum, quæ ut lagana, interdum in sartagine frignantur, interdum cocta per se edantur, interdum ex jure comedantur: quod satis constat ex hoc Plauti loco: subjicit enim, 'Tum nisi cremore crasso est jus collyricum.' Jus enim collyricum æquodnam aliud jus esse potest, quam ex quo collyræ eduntur? atque illud crassius et nctius esse parastus postulat: 'Quasi' (inquit) 'jurem esse jus decet collyricum.' *Turneb.* Collyræ hic omnino significant panem, juri immersum et incoctum. Vetusissimum Glossarium nostrum Latino-Tendiscum Ms. *Collyridæ, Kiprochonzabrot* vulgo *soppen*, appellamus. *Boxhorn. Coliphia*] Panes cum recenti caseo commixti. *Lamb.* 'Maldere' et 'madidum esse,' idem significat, quod coctum esse. V. N. Menæch. I. 3. 29. et II. 2. 51.

16 *Epicrocum*] Festus: 'Epicrocum genus amiculi croco tinctum, tenue et pellucidum.' Glossar. 'Epicrocum, ἐσθῆτος εἶδος, ἢ σχοίνιον ἀρμένου κατώτερον,' ut notat Scaliger. Hic metaphorice usurpatur pro jusculi non crocei, ne quis etret, sed tenuis et pellucidi genere. Allusit huc Papias in Glossis: 'Epicrocum, pellucidum.' *Boxhorn*.

17 *Quasi juream*] Jurea non est placenta. Jureæ vel Juriaë nomen legitur apud Varronem in libris de Re Rustica, pro liquidiore quodam genere pastæ, quæ catulis dabatur. Jus hac juria liquidius. Farina quippe erat cocta in aqua usque crassitiem majorem quam est juris: ea catulos nutriebant. *Salmus*.

18 *Nolo in vesicam*] Cibum sicciorum in ventrem, liquidiorum in vesicam descendere censuerunt. Varro: 'In quo nobilior est Philippeum, quod accipimus, quam quod bibimus: cum alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam.' *Turneb*.

30 *Ut muræna*] *Muræna* ab Archestrato vocatur ἔγγελος ἀπύρηνος, hoc est, *anguilla exossis*, quia donec adhuc est in mari, post brumam ad æquinoctium usque vernum, est ἀνάκανθος. Dorioni autem dicitur ποταμία μύραινα, quod post id tempus, cum adversis fluminibus e mari excipitur, habeat μίαν ἄκανθαν μόνην ὁμοίαν τῷ ὀνίσκῳ, τῷ καλουμένῳ γαλληρία: quam quidem ἄκανθαν omnes Galli vocant *chordam*, quia incipit tunc callum facere, et semper ab eo tempore adversis fluminibus obnititur, ut multæ etiam non solum ad capita magnorum fluviorum; sed etiam in rivulis, qui in magnos fluvios exonerantur, inventæ sint, neque unquam pristinas sedes repetant. *Scalig*.

40 *Nihil parasitus*] Gnomam hanc non satis videntur perreperisse interpretes. Hoc vult: Non bene parasitatur, cui argentum est domi. Talis enim cum tuburcinari possit de

suo, aliis serviliter parasitandi non habet necessitatem. Necessitas et domestica inopia facit parasitos. Quo quis pauperior est, eo plerumque melior est parasitus. *Boxhorn*.

43 *Cynica esse e gente*] Hæc Douzæ conjectura est. Vulgo, *Cynicum esse e gentem*. Mss. *Cynicum esse e gentem*. Unde Guilelmus: *Cynicam esse gentem oportet parasitum*, postrema voce gignendi casu pluralivo accepta. Nimirum verebatur nunc parasitum vocari 'gentem.' Et sic tamen Virgilius lib. x. 'Vigilans Deum gens Ænea? vigila et velis immitte rudentes.' Ergo retineatur ipsa scriptorum lectio, *Cynicum esse gentem oportet parasitum probe*: id est, oportet bona fide Cynicorum gentem, vel e genere esse. Aut si malis, *Cynicam esse gentem*. Gronov.

44 *Ampullam, &c.*] Ampulla vas olearium est, quo in balneis ad unctiones uti solebant: ut et strigilibus ibi se defricabant, dstringebantque. Unde et ἀπολήκθοι a Græcis vocabantur pauperes, qui sibi metipsis ad balneas ampullam ferebant, cum servos ampulligeros non haberent: sed 'scaphium' vas est portorium. *Turneb*.

45 *Præsidi]* V. N. Pœnul. III. 3. 57.

46 *Oblecta modo*] Nec domi corrigendum est, nec modo, semel positum, est interdum; sed quod alioqui, tantummodo. Hoc enim dicit: qui tantummodo oblectet, sustineat, toleret vitam, si quando domi inter familiam vescendum sit. Gronov. *Oblectare* hic est sustentare, ut Asin. l. 2. 16. ubi in pejorem partem accipitur. Sic etiam Cic. pro Crel. ex Cæcil. 'Si egebis, tibi dolebit, mihi sat est, qui ætatis quod reliquum est, oblectem mea.' Gronov.

52 *Norit]* Simpliciter quidem usurpat notionis verbum Satorio: sed in nequiores sententiam detorquet Toxilus. V. N. Mostell. IV. 2.

57 *Sex menses]* V. N. Aul. Prolog.

*Megaribus*] Pro *Megaribus*, metaplasmo sane mirifico; si locus mendo vacat. *Camerarius*. Sic eodem metaplasmo veteres dicebant 'Illuribus.' Sic et Lucan. 'Occurrit Iberibus alter.' Silius: 'Omnis Iber, omnis Latio sub nomine miles.' Catullus: 'Nunc Celtiber in Celtiberia terra.' *Scalig.* Vide notas Pænuli Prol. vs. 86.

63 *Decuria*] Ordine, dignitatis gradu, &c. *Lamb.*

79 *Chorago*] V. N. Trinum. iv. vs. 2.

81 *Sed ego horum nihil scio*] Hoc est: Ex re et mea et tua fuerit maxime, atque hinc sycophantiæ nostræ vel inprimis conducit, ut ita me assimilem, quasi sim peregrinus, quasi que horum quæ præmonstrasti mihi, nihil sciam. Ita accipiendum, patet ex responso Toxili, quod sine interrogationis puncto scribendum, hoc modo: *Tox. Nihil h. vero.* Ut sit parasitici consilii succidanea quasi approbatio. *Douz.*

## ACTUS II.

SCENA I. I *Immemori*] *Immemor* interdum indocilem et hebetem significat. Contra, 'memor' docilem et dicto audientem illi, unde profeceris. Propertius: 'Tu satius memorem Musis imitare Philetam.' *J. Gul.*

2 *Barda*] Ingenio tarda.

4 *Simul bibere Una*] Sic Pæn. III. I. 'Quippe omnes simul diledimus tecum una.'

5 *Sector*] Multum et continuo sequor. Donat. Phorm. r. 2. *Sectari* proprie est, ut tauris buclam, ut aries ovem. Hinc etiam philosophorum sectæ. *Taubm.*

6 *Cuculus, si in ludum iret*] *Canis* substituerant: sed illud ex edd. quibusdam antiquis retinendum censuit Gruterus, vel certe *cucus*, quod proprius accedit ad Mss. quorum alter *cuis*, alter *cujus*: (quemadmodum est etiam in membranis Academia,) præsertim enim et apud Isidorum XII. 7.

sit, 'Cucos quos Hispani cuculos vocant.' Hoc postquam adamasset Pareus, displicent auctori et commiscitur in authenticis fuisse *Cucus*: quo volnerit bis ponendam priorem syllabam. Apparet voluisse quoque modo dissentire, et quod ipse in contextu ausus non esset, id neminem alium tentare. At valet illud in iis, quibus non potest aliter consuli. Mihi vero dignus Plautus, qui non modo dixerit *cuculum*, sed et *cucum*. Gronov.

9 *Id tunc scetet animus*] Cum videret Palmerius, quomodo dicatur *scetet*, ut spectet illud *placidum*, (quæ scetent enim, fretum atque astum ac bullas aquæ fluctuantis imitari) debebat temperare atque ad carere *sno caret*. Cælius ad Ciceronem de Curione tribuno violentissimo: 'Ut spero et volo, et se fert ipse, bonos et senatum malet: totus, ut nunc est, hic scaturit.' Gronov.

SCENA II. 6 *Eodem pignus tecum*] Id est, ea de re ausim tecum pignore certare, me sc. melius scire quot sint mihi digiti in manu; quam tu, quod ego tibi dixi. *Dissald.*

7 *Tum tu igitur sine me ire*] Pægnium cum tabellis mandatisque a Toxilo ad Lemn. missus, post aliquantam verborum commutationem dimitti se postulans, ait tandem, 'Tum igitur sine me ire.' Cui respondet Tox. 'Et jubeo et sino. Sed ita volo te curare, ut domi sis, cum ego te esse illi censeam.' Septuosa editione innere valens, properato opus esse adeo, ut citius confectum sit negotium, quam cuiquam inchoatum videatur: utque redux compareat prius, quam a Lemn. remissus censeatur Toxilo. Quod quidem jocosum mandatum in serium convortens atque aliorum interpretatus pner, assimulat subdole domum rursus vorso-riam capere decretum sibi; neque quo jussus erat, quoque intenderat antea, velle jam ulterius proficisci: proinde sic quasi edixisset Toxilus:

Usque domi meæ præstoleris volo, ut apud nos sis, cum te apud Lemnisenam esse arbitror. Igitur subiungit statim, velut dicto ejusdem obediens, puer, 'Faciam.' Cujus inopinæ vorsoriæ caussam demiratus Toxilus, quærit porro, 'Quo ergo is nunc?' &c. Scio hæc longe aliter a Lambino enarrari. *Douza.*

10 *Peculiabo*] Ludit in ambiguo: nam 'peculium' inter nequitiae vocabula. Pseud. iv. 7. 'Mea hæc habeo omnia, meo peculio empta. Ps. Nempe quod femina summa sustinet.'

17 *Marinus passer*] E Festo discimus, 'Passerem marinum esse struthiocamelum.' Nam quod avis esset, *passerem* vocarunt, imitatione Græcorum, qui *στρούθιον* vocant; quod peregrinus et ultramarinus, *marinum*, hoc est, *διαπόντιον*. Sic 'pastinacam marinam' Celsus dixit, id est, peregrinam. Græcis *στρούθς διαπόντιος*, et *στρούθς Ἀραβικὸς*, seu *Λιβυκὸς*, *στρούθς μεγάλη*. *Scalig.*

19 *Peculiaris*] Vide notas Asinar. III. 1. 39. et Capt. v. 4. 16.

21 *Apud hanc obicem*] Id est, quæ instar obicis remoram mihi incommode objectat. *Taubm.*

30 *Probas*] Metiris, æstimas. *Lambin.*

31 *Ut decet lenonis*] *Decet* cum dativo positum, id est, ut lenonis familia, vel ea, quæ in ejusmodi domo, tanquam in luto cæno volutetur, condignum esse deputo. *Douza.*

32 *Ut te autumo*] V. N. Menæchm. II. 3.

38 *Me quidem haud decet*] Suspicio potius, *haud dedecet*. Reddunt enim fere sibi paria, nec apparet ratio, cur alteram personam non deceat malam esse. *Gronov.*

40 *Offirmastin*] Id est, ita firmiter apud te constituistine, ut id pertinacissime tenere sis paratus? Ita Bacchid. v. 2. 82. *Gronov.*

42 *Asta*] Festivius legas divisim,

*Ac sta.* *Douza.*

44 *Domî: eccam*] Malim, *domî eccam! huc.* V. N. Milit. III. 1. 191.

46 *Ingratum*] Jocus occultior. *Ingratus* vulgo tritum pro eo, qui inmemor beneficii accepti, et mutuo amori non respondet: sed et 'invitum' significat. Nihil agit, inquit puer, cum me non volentem et invitum amas. Quod altera accipere poterat, tanquam dixisset, *ingratum* et non dignum amore. *Colvius.*

49 *Octoginta pondo*] Ætutulæ ejus teneritudinem certis ponderibus ac librarum numero circumscribens cum hæc dixisset Sophoclidisea, subjicit statim puer: 'at confidentia Illa militia militatur multo magis, quam pondere;' militia *Veneris* intelligi volens. Atque hoc est, quod de se etiam magister amoris ille, in *Eroticis* laud indiserte proficitur: 'Pondere, non nervis corpora nostra carent.' *Douza.*

51 *Peritæ*] Id est, in palæstra metreticia exercitatæ. *Douza.*

62 *Tippulæ*] Festus: 'Tippula, bestiolæ genus sex pedes habentis, sed tantæ levitatis, ut super aquam currens non desidat.' Glossar. Ἐφουδρὶς, ἐξώπου ἐπινηχόμενον τῷ νότῳ. Gaza perperam ἀσκαρίδας vertit *tippulas*: siquidem *tippullæ* non sunt vermes, sed potius aliud insecti genus, quod semper in rivis et fontibus visitur, summa celeritate superficiem aquæ percurrens: quas vulgus Aquitanum et accolæ Garumnæ 'Capras' vocant. Itaque dicta sunt *παρὰ τὰ τίψη*. Τίψη enim τὰ ἔλη, ubi eæ versari solent. Varro: 'Levis Tipulla lymphῶν frigidus transit lacus.' *Scalig.*

66 *Abieten*] V. N. Bacch. iv. 4. 64. et Pseud. I. 1.

SCENA III. 2 *Lubens meritoque vitulor*] Verbum *vitulari* aptissime hic reponitur: et recte Nonius deducit a 'vita,' quæ interdum lætitiæ lubentiamque signat: unde Dea hilaritatis præses, Vitula. Etiam 'vive-

re,' libentius diffinere, hoc est, vitulari. Et induxit illum, ut ita arbitraretur, Nævius Lycurgo, qui si a vitulo derivasset, primam syllabam corripisset, nunc produxit: 'Ducite eo argutis linguis mutas quadrupedes, Ut in venatu vitulantes ex suis Locis nos mittant Pœnis decoratos feris.' Neque aliter Ennius apud Festum: 'Habet is coronam vitulans victoria.' Nam quod ibidem a 'vitulo' deducitur, Longobardi mutilatoris somnium est, non Festi oraculum. *J. Gul.* Varro tamen etiam a 'vitulo' deducit: quod rectum puto. Id enim est *μοσχίῳ* Græce, apud Menandr. Hypobolimæo. *Scalig.*

6 *Quasi decidit de cælo*] Proverbialis locutio pro valde opportuna, sed inopinata occasione atque insperata. *Gronov.*

7 *Eretriam*] Cujus et mentio Mercat. III. 4. 61.

13 *Bobus domitis*] Mire hic hallucinatur Lamb. sed aut mihi cor bubulum est, aut dicit Sagaristio: Nunc ego Toxilum donabo pecunia, quam impendere debebam hominum emptioni. Similis locus statim act. II. sc. 5. 'Cave sis a cornu: boves bini hic sunt in crumena.' Induxit eum vox 'largior' cum auferendi casu: de quo multa alibi Douza. *Gruter.*

15 *Bene admordere*] V. N. Mostell. I. I. *Salinum cum sale*] Pro, salinum vas, in quo est sal, non inane. Sicut Cnrcul. 'sinus cum vino,' pro, sinus in quo est vinum. *Schopp.*

16 *Quid faciet mihi*] Et hoc iis usitatum loquendi genus, qui periculum aut minas alterius contemunt. Eunuch. 'Quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi?' *J. Gul.*

17 *Vapulet*] Hoc officium est servi nequam, verbera, compedes, omnia floccifacere; et super etiam herum mandare malum. Quod, inquit, malum mihi dare herus possit? 'vapulet.' Sic enim, quem insigniter a se contemni ostenderent, vapulare jube-

bant, ut Græci *οιμώζειν*: in vulgato illo dicto libertæ, 'Salve liberta: vapula Papiria.' *Gruter.*

SCENA IV. 5 *Scio ego quid sim ætatis*] Quis credat Lambino hæc ita interpretanti, ac si vellet Pægnium, Scio me puerum esse; et in eam ætatem cuius licere impune maledicta conijcere; iccirco nihil quicquam asperius tibi respondeo. Quis credat, cuius impune licere maledictis aggredi puerilem ætatem? Ad pueritiam imbellem, invalidam, et pugnae cum viris imparem puer respicit. Scio, inquit, infirma me esse ætate, ideo impune hoc maledictum jam auferes. Alias, si per ætatem et idoneas corporis vires liceret, maledicenti tibi injicerem manus. *Boxhorn.*

12 *Morticine*] *Morticina*, *κενέβρια* dicebantur. Etiam 'morticinus' convitium erat in tetros et exsangui facie homines: ut hic Græci vocant *δημητρεῖους καὶ δημητριακοὺς*. Plutarchus interpretatur *νεκρώδεις*: ab eo 'cadaverosas facies,' Ter. Hee. III. 4. Latini etiam vocant 'Cerritos,' postea 'Cerritos,' interpretantes illud *δημητριακοὺς*. *Scaliger.*

13 *Incubitatus*] Nihil mutandum, cum ita omnes libri et editiones habeant. Incubitur puer, cui Embasicætas incubat. Nolo hoc pluribus explicare. Et falluntur qui negant hoc verbi Latina moneta esse percussum. *Sabnas. Incubitatus* cs] *Incurtatus. Scriver.*

17 *Paratu præs est*] Id est, adest, vel præsto est, *παρεσσι*. Græcus interrogatus, . . . *εἰ παρῆστι*; respondet potius *πᾶρα*, quam *παρῆμι*. Sic Romanus interrogatus, *an præses?* respondebat, *præs*; non, *præs sum*. Festus inquit, 'prædem' dictum esse, quod interrogatus a populo si præses esset; respondebat, *præs*: supple 'sum.' *Præs esse* antiquitus significat præsentem esse, *παρεῖναι*: unde

superest participium *præsens*. Scalliger.

18 *Vadatur hic me*] Hoc vult: Ille tam cito præcurrit, et me cogit ut sequar, quasi in iudicium pertraheret. *Pist. de v. 'Vadari.'* V. N. Aul. II. 4.

22 *Colaphis*] Alapa fit palma, id est, deducta et explicata manu: (nos-ter, *porrecta manu ferire.*) ῥάπισμα Græcis. Glossar. 'Alapator, ὁ κων-χρήτης.' At *colaphus* idem quod κόνδυλος, qui fit digitis compressis et in pugnum coactis. Aristophanes: κόνδυλον ἀντῶ δίδου, *rugnos eiingere*: Demosthenes, *κονδύλους λαβεῖν*. Ter. Adelph. II. 1. 'Plus quingentos colaphos infregit mihi:' quasi cum fragore et sonitu illisit et infixit.

24 *Propedem affigent alii*] Forsan fuerit, *te cruci ipsum propedem affigent clari*. Gronov.

28 *Bilinguis*] Hoc loco garrulus et loquax erit; alias alius. *Lamb.* V. N. Pæen. v. 2.

SCENA V. 2 *Amare multum*] V. N. Menæchm. II. 3. et III. 3.

4 *Aprugnum*] Pæenl. III. 2. 3.

7 *Conscreebor*] Ita Bryardus; apud Lips. II. Ep. Q. 4. nam in illo gestu glorioso exprimendo, etiam 'conscreeatio' sive 'exscreeatio' adlibetur. Et notavimus alibi e Casaub. in Theophr. 'procul spuere, fuisse signum eminentiæ.' Quintil. 'clare exscreeare.' Ita Aristophan. innuit, oratores solitos screeari, Thesmoph. Σίγα, σιώπα, πρόσσεχε τὸν νοῦν· χρέμπτεται γὰρ ἤδη, ὅπερ ποιῶσ' οἱ ῥήτορες. *Taubman.* Mss. Camerarii habent *constabor*. Vett. codd. *contestabor*. Unde legendum puto, *magnifice contra stabo*. Magnifice resistam Toxilo mihi obviam venienti. *Boxhorn.*

11 *Vomica*] *Vomica* est abscessus malignus latens, puris plenus: ἀποστήματος εἶδος. Hic facete significat crumenam, quam nummis prægnantem e collo gerebat Sagaristio. *Taubman.*

12 *Mala manu*] V. N. Amphit. I. 1.

18 *Rejicere*] *Apposite*. Virgil. 'a flumine reice capellas.' Qui *reigere*, ab agendo, hic fingunt, ne andias. *Acidal.* *Ne vagentur*] *Vulgatum* ita planum facio. Dixerat Toxilus, 'Emitte hoves.' Cui Sag. At metuo, ne, si emittam, longius vagentur, neque eos recipere facile possim. Hinc mox operam in reducendis pollicetur Toxilus. Notum, hoves extra bubile in pascuis vagari, et sæpe intercepti. In bubuli autem servantur. Manet itaque in metaphora. Gruterus noster hic frustra ingeniosus fuit. *Pistor.*

### ACTUS III.

SCENA I. 2 *Perennitatisque*] 'Cibum perennitatis' dixit cibum perennem: etsi 'cibum perennitatis' non damnem, quasi alienjus Deæ: malim tamen, *Perennitatisque ad. Acidal.*

8 *Venibis*] *Venderis*.

18 *Modice et modeste*] *Modicum* dictum, quasi 'medium.' Alii a 'modo' deducunt: cum, auctore Nonio, *modicum* veteribus fuit 'moderatum, quodque sit cum modo.' Varro: 'Sapiens et bonum ferre potest modice, ac malum fortiter ac leviter.' *Scalliger.*

20 *Sublestior*] Id est, 'levior, infirmior,' Festus; atque idem ait, Plaut. in *Nervol.* 'vinum sublestissimum' dixisse, quia infirmos faciat vel corpore vel animo. V. N. *Bacchid.* III. 6.

23 *Nam inimici*] *Inimici* non ita de iis, quos oderunt, loquuntur, ut res est; sed ut suspicantur, et ut probabiliter eis confingere licet. *Lamb.*

27 *Immortalis est infamia*] Variis modis infamia quis notari potest; in primis hominum opinione. Nam is, qui apud bonos et graves viros male audit, 'infamis' dicitur; licet ei jure et legibus nulla irrogetur infa-



nia. Itaque enim, qui restitutus est famæ, hac nota adhuc laborare existimo: verumque esse, quod Plautus ait, 'hominum immortalis,' &c. Hinc Claudius Cæsar, cum cuidam notam appositam, deprecantibus familiaribus, ademisset: Litura tamen, inquit, exstat: senties, remissa culpa, infamiæ prioris vestigium manere. *Duarenus.*

38 *Quæ præter]* Plus aut aliter. *Lambin.*

42 *Cautum]* Consultum et provisum. *Lamb.*

49 *Verum lubere]* Hoc vult: Si mihi liceret lubere, id est, omnia pro libitu facere, profecto non lubeat, non placeat, quod tibi, mi pater, allubescit. Non luberet certe filiam vendere. *Boxhorn.*

57 *Nunc hominum]* *Nunc hominum, ἀνθρώπων τῶν νῦν ὄντων.* Sic Virg. 'ante-malorum,' τῶν ἔμπροσθεν κακῶν, id est, præteritorum malorum. Tibull. 'ante-comas,' τὰς πρὶν κόμας. Catull. 'olim-furores,' τοὺς πάλαι θυμούς: ita 'semper-lenitas,' apud Terent. et 'semper-Dens,' apud Virgil. et 'semper-pauper' lib. iv. Distichorum Dionys. Catonis, unum verbum est. *Scaliger.*

64 *Soracum]* 'Soracum' vel 'saracum, genus vehiculi, quo ornamenta portantur scenicorum.' Ita Festus. Glossæ, ἀμάξα.

66 *Dabuntur dotis tibi inde sexcenti logi]* Filia dotem promittit ex artis suæ libris sexcentos logos. Ridicule: sed Homeri scil. exemplo, qui suæ quoque filia, propter inopiam, Cypria sua carmina dedisse in dotem perhibetur: quod ex Æliano cognoscimus lib. ix. c. 15. *Acidal.*

67 *Attici]* Ita Cicero: 'Si litteras Græcas Athenis, non Lilybæi; Latinas Romæ, non in Sicilia didicisses.' Sed et Asconius: 'Dicit illam Græcas litteras simul Latinas in Sicilia didicisse: in ea insula, quæ neutra lingua bene utatur. Ita enim Plaut.

in Persa, 'dabuntur,' &c.' De 'logis' v. N. Men. v. 2. 29.

68 *Vel mendico]* Puleherrime, παρὰ προσδοκίαν, mendicum supponit homini ditissimo: nam auditores expectabant, ut cum tam præclara dote nubi posse diceretur vel primori civitatis: at ille, mendici conditionem inveniri posse ait. In quo et ipso honestissima sensus ambiguitas: dum enim hoc innuitur, vilitate dotis non nisi mendicum conciliatum iri, simul ejusdem præstantia commendari videtur: atque ita interpretari licet, quasi tam opulenta ea dos sit, ut si vel egentissimo nubat, tamen abunde habeat, unde familiam sustentet. *Acidal.*

SCENA III. 10 *Lutum]* *Lutum* pro lutulentis hominibus posuerunt; ut et 'cænum' pro cænosis et turpissimis. *Turneb. XXIX. 17.*

13 *Stabulum servitricium]* Sic dici servum plenum tricarum, dolorum, captivum, ut sit vocabulum factum a servis et tricis, insolens et intolerandum existimo. Longe tolerabilis Colerus *servitutum*. Fere tamen malum, *stabulum meretricium*. Nam et vox 'stabulum' ad hanc rem aptior, et sequitur 'seortorum liberator.' Nisi malis *stabulum ferriterium*; qua voce et alibi utitur. *Gronov.*

14 *Subiculum flagri]* Assidue subjeete flagro. *Lamb.* At Gruterus ita vocatum ait, quod flagrum ipsum subigeret, qui alibi videlicet vocetur, 'ulmorum Acheruus,' &c. Meursius legit *sudiculum flagri*: nam *sudiculum* antiquis 'flagelli genus erat, quod vapulantes' (ut ait Paulus Festi mutilator) 'sudantes facit.' Sed sudor ille sanguis erat.

16 *Perenniserve]* *Perenniservus*, qui perpetuo servit uni domino, auctore Taubm. *Popina. Lurco]* Festus: 'Lura, os culci, vel etiam utris: unde lurcones capæis gula homines et bonorum suorum consumptores.' Et notat Scalig. *loram* pro ipso utre Ausonium dixisse, qui Homer. ἀσκός. No-

nus: 'Lurcare est cum aviditate cibum sumere.' Lucill. 'Vivite lurcones, comedones vivite ventres.' *Taubman*.

23 *Referundæ*] Ad bene dicendum, si quis mihi prior benedixerit; et ad male dicendum, si lacesserit. *Lamb*.

24 *Eodem*] Tanti mihi constat victus, quanti tibi: tu servis domino, ego ei, qui me pascit. Mihi magis quam tu, gratis vivo. *Sal* convivii principium, et tenuiorum obsonium. *Lamb*.

25 *Nisi*] Nisi lingua mea regerere possit maledicta, ne sal quidem ei dabitur: quod noster, 'delingere sallem?' Græc. ἀλλαν τρυπήν. *Casaub*.

35 *Spectandum*] Nescio cui hoc arg. dem spectandum, utrum probum sit, necne. Donatus in *Enn.* III. 5. annotat, hos 'spectatores pecuniæ,' id est, probatores dictos. Talis Menandro δοκιμαστής est. *Taubm*.

37 *Mirum quin*] Scil. tibi in manu concedam. Vel, Mirum quin metuam, id est, omnino metuo. Sic enim Plautus ubique ea formula utitur; in qua frustra *Lamb*. se multis locis torquet. *Acidal*.

39 *Avorsis angiportis*] *Travoris*. *Server*.

42 *Supplicatum cras*] Quasi dicat, non hodie. Atque hinc colligere est morem antiquitus fuisse, ut servi pileo donati, sive etiam ancillæ post manumissionem, supplicatum Diis irent, quorum virtuti ac benignitati potissimum libertatem acceptam referrent suam: magno religionis ac pietatis argumento. *Douza*.

#### ACTUS IV.

SCENA I. 2 *Sub manus succedere*] Ex animi sententia: quasi eam manus tractans suo arbitratu fingeret, ac in quamvis partem confirmaret. *Lamb*. *Milit.* III. 2. vs. ult.

4 *Post principia*] Castrense proverbium est, 'A postprincipiis incipere,' 'in postprincipiis stare,' 'in

postprincipiis esse.' Varro loquens de disciplinis mathematicis apud Agellium: 'Sed hæc,' inquit, 'aut omnino non disrimus, aut prius desistimus,' &c. [Vid. *Not. Delph.*] In quibus non solum usus hujus proverbii patet, sed etiam explicatur proverbium ipsum. Et ipse Varro hic quoque exponit proverb. cum subjungit, 'id est, ab his potius temporibus quam superioribus.' Hoc et Plautus hoc loco usurpavit. Et non disjuncta hæc, sed conjuncta sunt, 'postprincipia,' &c. *Scalig*.

SCENA II. 2 *Tiara ornatum*] E vett. scriptura Prisciani hanc lect. eruo, quam germanissimam Plauti censeo: 'Tiara ut lepidam lepide condecorat schemam!' Dicitur tiara imposita reliquum Persicum habitum lepide condecorare. Nam 'schemam' pro habitu et ornatu Plautus accepit, quem Græca vox ipsa sonat: itidem, ut in *Prol. Amph.* Nec me movet, quod vir magnus 'schemam' ibi penulæ servilis genus interpretetur. Tiaram autem (ut hoc addam) diversam a mitra fuisse, et genus pileoli, quo Persæ Chaldæique usi sint, docet Herodotus lib. VII. et D. Hieronymus ad cap. III. Danielis.

4 *Tragici, &c.*] Vide *N. Pæn.* III. 2. 4.

6 *Age illuc abscede procul e conspectu*] Conjectura Douzæ F. et Acidalii: nam scripti et vett. edd. *Age illuc adspice de procul in conspectum*. Forte, *Age illic adassistito procul in conspectus*. *Gronov*.

SCENA III. 7 *Benignus*] Id est, liberalis. *Ter. Adolph.* v. 4. 'blande dicere aut benigne facere,' id est, munificum esse. *Taubm*.

8 *Nec satis, &c.*] Nec a quoquam sponsorem accepi, cujus fidem secutus, crederem. *Lamb*.

11 *Transennam*] *Transenna* hic extensus finis, quo captantur aves. Vide notas *Bacchid.* IV. 6. 227. *Rud.* IV. 7.

13 *Unde agis te*] Vide notas Bacch. v. 1. 20. *Credo tibi*] Facete, postquam ab eo pecuniam accepit, dicit se ei credere. *Lambin.*

17 *Ad prætorem*] Hoc eo spectat, quod nomen manumissi in acta olim referri moris erat, causa etiam sen titulo manumissionis adscripto. Potest etiam ad prætoris vindictam referri. *Douza.*

25 *Benedictis tuis benefacta*] Constructio est: Aures meæ expostulant benedictis tuis auxilium benefacta tua, id est, ut benefactis tuis benedicta tua juventur, hæc illis faveant et respondeant. *Boxhorn.*

38 *Plenam bonarum*] Sic Ennius de Athenis Atticis, versu vere tragico: 'Adsta, atque Athenas antiquum opulentum oppidum Contempla.' Nam 'bonas res,' pro opulentitate ab antiquis, sicut e contrario 'malas' pro inopia ac egestate, acceptas notum est. Trin. 'Bonis tuis rebus meas res irrides malas.' *Douza.*

46 *Faculam lucrificam*] Allegoria, pro lucrificandi occasionem et facultatem præbere, sive adeo lucrum certum objicere. Sic Curcul. 'Lucere cereum' dixit. *Lamb.*

55 *Ac suo periculo*] Interdum paciscebatur venditor, ne fugitivum aut erronem præstaret. Nam et ita quandoque lex dicebatur, ut periculo suo emeret emptor. Servos autem, quorum nomine venditor nihil præstaret, 'pileatos' venum solitos ire, docet Agell. vii. 4. *Brisson.* V. N. Curcul. iv. 2. Merc. ii. 3. et Tinum. ii. 4.

59 *Ceræ creditum*] Id est, scriptum ceratis tabellis.

61 *Matulam*] Vilem, insulsum, meticulosum, ignavum, vanum. 'Indignus, qui et matulam porrigat;' de vehementer inæqualibus. *Taubm.*

66 *Neque mihi laud imperito*] Aut duplex negatio magis negat; aut ita construendum: Neque mihi, utpote non imperito, eveniet. *Pistor.*

*Delph. et Var. Clas.*

67 *Sed metuo*] Notat Donatus Ter. Adelph. consuetudinem hanc esse Terentii, ut inducat etiam eos qui falluntur, aliquid sapere: idemque a Plauto cum sæpe alibi, tum hic observari. *Taubm.*

68 *Refero*] Renuncio.

72 *Persequatur*] Scil. metuendum est, ut sit ironia. *Lamb.* *Destinas*] Non tu eam emere properas? Vide notas Epid. ii. 2. 92.

SCENA IV. 10 *Scelus*] 'Facinus,' 'flagitium,' 'scelus,' hoc differunt: quod 'facinus' vi aut malitia committitur; 'flagitium' fit libidine, vel nequitia; unde 'flagitiosi' dicuntur impudici, adulteri, ganeones, aleatores, facinorosi, parricidæ, sicarii, sacrilegi, perjuri, &c. 'Scelus' utrumque comprehendit. Cic. Catil. i. 'Quod facinus a manibus unquam tuis, quod flagitium a toto corpore abfuit?' *Popma.*

20 *Occentabant ostium*] Convicium tibi facient ante ostium. Vide notas Merc. ii. 3. 73.

24 *Jubeas*] Facito tibi fores ferreas, et ferrea cetera: ne si sumptu deterritus, ferro peperceris, eadem opera tute tibi ferreas compedes impingas. *Lamb.* Allusit autem ad custodiam Danaës. Ovid. Amor. iii. 7. 'Ærati postes, ferrea turris erat.' Propert. ii. 20. 'Ferratam Danaës transiliamque domum.' *Passerat.*

25 *I sane*] Ambignum. V. N. Mil. ii. 3. 15.

35 *Hoc age*] Τοῦτο πράττε. Utimur, cum mi rei mentem adhiberi volumus, et animum adverti. *Taubm.*

37 *Indica*] 'Indicare' vendentis est; ut 'mercari' et 'liceri' emptoris. Anl. ii. 8. 'Indicant caros.' *Brisson.*

38 *Bene, pulchre*] Cum lucro. V. N. Pseud. i. 3.

40 *Hanc mancipio*] Hanc nemo ea lege tibi vendet, ut velit subire periculum evictionis. *Taubm.*

41 *Qui duci*] Ut a me emptore ab-

*Plaut.*

G S

duci queat. *Lamb.*

45 *In foveam decidi*] Pæne deceptus et illaqueatus sum. *Lamb.*

46 *Nisi hic adesses*] Douza malit, *Nisi hic adesset*: scil. Toxilus.

54 *A terra*] 'Απ' οὐρανοῦ μέχρι γῆς. Quasi dicat, quacunq̄ue de re: ab extremo initio usque ad supremum finem. Proverb. *Taubm.*

56 *Age, age nunc tu, i præ: vide ut, &c.*] Hoc loco inextricabiles sunt absurditates: nisi ille versus exturbetur, *To. Jube dum, &c.* aut alius de vett. lib. illi subjiciatur, qui sententiam expleat explicetque: aut personæ plane aliter ordinentur. Nam quod Toxilus ad se nunc puellam vocat, prorsus ineptum est. Lenonis enim ea postulatio est. Sed ineptius subdit Sagaristio, 'I sane,' &c. puellam iis alloqui visus, quæ procul tamen abstiterat; adenda ultro, ut adduceretur. *Acidal.*

71 *Habet cor*] Cordata est. V. N. *Epid.* III. 3.

73 *Nomen atque omen*] Mos religionis prisæ: quibus magnæ curæ in his talibus initiis, homines præesent, aut interessent 'bono nomine,' id est, e quorum nominibus captari velut augurium aliquod posset prosperitatis et dinturnitatis: talia sunt Salvus, Longinus, Statorius, &c. Mala contra, e quibus triste aliquod, infirmum, breve: ut Curtius, Minutius, Furius, Hostilius, &c. Tale vaticinium lenonis hujus Plantini. *Lips.* Facit huc elegans locus Plutarchi in Nicia; ubi notat et observat ex Timæo, mali ominis fuisse Atheniensibus, quod ὁ ἀπὸ τῆς νίκης ἔχων τοῦνομα, ipse scilicet Nicias, militiæ imperator electus, munus illud abnueret. *Bozhorn.*

74 *Expedivit*] Cura me et metu liberavit: ad spectatores. *Lamb.*

76 *Mensem vortentem*] Id est, mensem integrum. *Lamb.* Sic etiam *Vitriv.* IX. 4. 'Sol autem signi spatium, quod est duodecima pars mundi,

mense vertente vadens transit.' *Gronov.* Turneb. XVI. 13.

79 *In culina*] Lepos in eo, quod rogata locum nativitatis, ædium signet: non quidem præter interrogationem, sed unde alter nihilo certior. *Gruter.* Innuit simul venustissime verum suum, qui fuerat in utero matris, situm, et locum genitalem. In genitura quippe ut mares in uteri parte dextra, ita fœmellæ ad lævam sive sinistram materni uteri collocantur, ut medici et anatomici observant. *Bozhorn.*

86 *Qui fuit*] Mortuus est. V. N. *Cap.* III. 3.

102 *Venisse huc*] D. F. legit *renisse hic*, id est, venditam esse.

104 *Si crebro cades*] Id est, siquidem inclinari te crebro ac muliebris patientiæ legem accipere sustinneris. Quomodo et nos in Belgis Veneres istiusmodi 'Curto calci insistere' cavillantes, lepida sane vernaculæ vocis compositione, *Kort ghehielt* perhibemus, quasi dicas, *brevicalces*. Quo enim calcaneum brevis homini, eo ad resupinandum accommodatior. Eadem etiam ab eadem causa, 'comitiales esse,' hoc est, casabundas dictabant. *Douza.* Recta est et proba lectio, *si crebro cades*. Cadere puellæ et mulieres dicebantur, quæ præbent viris. Non enim nisi resupinata officium hoc faciunt. Unde apud Juvenalem, 'aviam resupinat amici.' Et vulgo dicimus in nostro idiomate talos curtos habere mulieres, quæ crebro ac libenter cadunt. Non enim magno impulsu opus est, ut resupinentur. *Salmas.*

106 *Grandes bolos*] Magno hæc erit tibi enolumento. *Lamb.*

110 *Habe tibi centum minis*] Ita est in Veneta Pap. at Ms. pr. *habe trecentis minis*: secunda *habe trecentum minis*. Alii, *trecentum minis*. Sed quod cœdidimus videtur et Meursio rectum: idque inde apparet, quod Dordalo lenone nimium id esse dic-

titante, *octoginta* dicat : nam alias nimis esset absurdum a trecentis statim ad octoginta descendere. Decepti autem sunt istis Toxili verbis : 'Abi, argumentum effer huc. Non edepol minis trecentis cara 'st: fecisti lucri.' *Gruter.*

SCENA V. 3 *Grave*] *Grave* pro pretioso et caro accipiunt Latini : unde 'grave donum' Symmacho. Ita Græci βαρύ : ut βαρύτιμον. *Salmas.*

4 *Persa*] Sagaristio, qui Persam mentiris.

5 *Prorsum*] Quasi proversum, recta via.

SCENA VI. 2 *Quid ei nummi*] Quare absunt? quid facere sciunt? *Lambinus.*

3 *Cruminam*] Ut crumenam hanc emas; aut si duos istos nummos tibi dari etiam postulas, crumenam mihi reddas. *Lamb.*

4 *Ne non sat*] Sic Terent. Phorm. III. 2. 'Eja, ne parum leno sies.' Ἔφην, id est, vereris ne non obtineas lenonum mores; ne non respondeat satis tuo nomini tuæque turpitudini. *Gruter.*

12 *Mandatæ*] Forte legendum, *Mandata quæ.* Sunt enim epistolæ, *mandata* quæ. Hesy chius : Ἐπιστολά, ἐντολά: ita quoque Suidas exponit. Hinc putem 'cum mandatis mittere,' esse cum epistolis, in quibus mandata per scripta, mittere. *Colerus.*

21 *Nugipolyloquides*] Mss. Cameraarii habent *Nugipiloquides.* Ea vestigia sequutus, malim scribere, *Nugipiloquides*; vocabulo facto a 'ungæ,' 'pilas,' et 'loquor.' 'Pili non facere' quid Latinis significet, nemo nescit. *Pilus,* res nihili. *Baxhorn.*

22 *Tedigniloquides*] Ficta nomina Aristophanis more et Græcorum: pro re præsentî tamen sententiam præferre debent: itaque altero versu legerim, *Techniloquides,* quasi qui loquitur technas. *Lipsius.*

SCENA VIII. 4 *Bonam vitam*] Lam-

bin. corrigit, *Bona multa feci.* Sed nihil necesse est hinc ejicere propriam et elegantem formulam, *Bonam vitam facere*: cum significare vellent, in voluptatem et gaudium se opera alicujus conjectos. *Casin. IV. 4.* 'Venus multipotens bonam vitam mihi dedisti.' *J. Gul.*

7 *Jam inclinabo me*] Frustra hic notant lenonum genus salacissimum fuisse: non hæc dicit leno, sed Toxilus, qui ab lenone amores suos redemerat. Frustra *inclinabo* hic detorquent in sensum turpem: nihil est enim aliud quam accumbam; id quod paulo post faciunt. *Gronov.*

SCENA IX. 9 *Illi apud prætorem*] Si reus non latitaret, sed agendi secum actori faceret potestatem, solebat postulationum die in jus sequi adversarium: cumque citatus respondisset, statim actor causam dicebat, suamque reo, sedente pro tribunali prætore, actionem edebat. Antequam autem in jus ventum esset, reo actionem edere actorem olim cogi non solere, ex hoc *Planti* loco probari potest. *Rævard.*

10 *Tuan' ego caussa*] Homines enim infames et intestabiles, ut fures aut lenones, sine atestatione, injecta manu, invitos in jus trahere licebat. *Douza. V. N. Cure. v. 3. 177.*

14 *Scelestas felles virginarias*] Personas ita disting. 'Sequere hac. Do. Scelestas felles virginarias.' Sic apud Auson. Ep. LXIX. 'felles pullaria' est, 'snbulo' Lucillii, a rapiendis pueris sive pullis: 'Quis Marcus? Felles nuper pullaria dictus, Corrupt totum qui puerile secus.' Sic *Rud. III. 4.* 'felles virginales' appellat lenones; tracto convicio a rapacitate ejus animalis. *Lipsius.*

## ACTUS V.

SCENA I. 4 *Ea*] Ob ea, ob eam causam. *Lamb.*

7 *Statuite hic*] Servilis convivii de-

scriptio. Huc pertinet locus Asinar. v. 1. et 2. *Assolent*] Flores, corollas, panem, obsouia, vinum, &c. *Lamb.*

8 *Aquilam*] Aquam duplicem initio statim poni mos erat; calidam, frigidam. Faceta autem allusio comici servi, quasi ad aquilam etiam militarem. *Lipsius.* Unde ego omnes *hilaros*] Lepidissimi versus; sed perobscurus hic est, ob insolentiam formulæ, 'faciam hilares ut fiant;' elegantis tamen, et in uno Plauto locis sexcentis obviæ, accusandi casu pro nominandi posito. Porro 'lubentes' convivii verbum proprium est, cum fronte jam exporrecta jocandi et sese exhilarandi cuique libido est. Ter. *Adelph.* 'Hilarem ac lubentem fac te in nati nuptiis.' Sententia est: Jubet *Toxilus* lectulos statui, cyathos, vinum, cetera quæ assolent, imprimis calidam temperando vino adponi: ut lubentia et hilaritate impleat omnes, quorum opera fallaciæ ex sententia successerint. *J. Gul.*

15 *Cedo parem*] Quicquid alii dicant, aut mutant, placet quod *Lambinus* reposuit, *cedo partem, quam pepigi.* Cedo id quod ex pacto mihi debes. *Boxhorn.* *Ego nihil moror*] Hinc manifesto dilucet summi lecti ordinem in discutitu honoratiorem habitum antiquitus, quoties non nisi biclinium, ut hic, stratum erat. His patratris, reliquum erat, ut mensa ante utrumque lectum collocaretur; id quod mox fieri imperat *Toxilus.* Quæ eadem post cibum sumptum rursus removebatur. Argumento est *Maronianum* illud, 'Postquam epulis exempta fames, mensæque remotæ.' *Douza.*

18 *Florentem, &c.*] Errat hic *Lambinus.* De corolla enim florea, non de puella *Sagaristioni* oblata a *Toxilo* intelligendum. *Gruter.* Ex illo, 'do hanc tibi,' &c. probo, magistros

interdum sola corollæ impositione dictos esse. Qui enim leges bibendi præscribat, 'magister' vulgo dicebatur; *Varroni* etiam 'modimperator'; *Horatio* 'arbiter'; *Plauto* 'dictator.' Græc. *συμποσίαρχος, βασιλεύς, στρατηγός*: qua postrema voce et *Noster* usus est, *Sticho* v. 4. Hæc autem 'magisteria' (ut *Cicero* vocat) seu 'regna viui' (ut *Hor.*) sortiebantur et eligebant talis, in omni convivio. Et quanquam talorum jactus varii erant, *Venus, Canis, Senio, Chius*; tamen proprius fuit magistro creando jactus *Veneris*: qui enim primus e convivis hanc jecerat, is magister. *Horat.* 'Quem *Venus* arbitrum Dicit bibendi.' *Lipsius.*

19 *Summo*] V. N. *Asin.* v. 2. 41. *Septenis cyathis committe*] Non ad gymnicos ludos *Plautus* vetusti moris non ignarus allusit, sed ad curules; quorum cursum olim apud Græcos non septimo, sed duodecimo spacio fiitum, ex *Pindaro* ejusque scholiaste; apud Romanos autem septimo, passim docemur. *Faber.* *Committe hos*] A metaphora ludorum circensium; qui dicuntur 'committi,' cum factiones quadrigarum e carceribus emittuntur. Sic *Varro*: 'Dominus maturo ovo cœnam committit.' *Cic. de Fin.* l. III. 'Hæc ludis commissis ex urbe profectus.' *Nonius*: 'Committit, id est, incipit.' *Scalig.*

20 *Bene mihi*] Breviter dicitur, intellectu 'sit,' vel 'cedat,' vel 'eveniat.' Est autem sermo convivalis. *Gronov.*

SCENA II. 4 *Perfabricavit*] *Fabricis* et dolis planissime perdidit. *Lambin.*

5 *Amisi, &c.*] Mihi videtur scriptum fuisse, *verriculum argenti ejeci*: ut sit idem quod, 'aureo hamo piscatus sum:' (quod proverb. secundo *Augusti* postea celebratum est.) Hoc enim vult: Magnum argentum profundi, sperans id mihi lucro futu-

rum: nunc et pecuniam amisi et id quod captabam. Quod Acidalins ad illud trahit, 'plaustrum perculi,' vix quadrat. 'Plaustrum percellere' concinnius dicitur, quam 'plaustrum ejicere.' 'Ejicere' proprie dicitur de retibus piscatorum. Quo etiam pertinebit illud, 'neque, quamobrem ejeci, habeo.' Nec tam facile τὸ ἀμίσσεται patitur se extrudi. Si autem me sequeris, constant omnia. *Ejeci verri-culum argenti*, id est, aureo hamo piscatus sum. Amisi hamum, ut contingit nonnunquam piscatoribus, *Nec quamobrem ejeci, habeo*, id est, piscis, quem captabam, evasit: non sum nactus quod petebam. Hoc proprie est, aureo hamo piscari. Judicent eruditi. *Pistor.*

9 *Quem pol, &c.*] Oratio non est integra, ut quæ irati sit hominis, aut rei novæ spectaculo commoti. *Lamb.*

11 *Fabula est*] *Fabula* rem etiam gestam notat. *Gruter.*

14 *Ferte aquam pedibus*] Ridet leonem: itaque dicit *pedibus*; non *manibus*. *Lambin.* Lotio non solum Judæis, sed et Gentibus ipsis usitata. Quia enim in lectis discumbentes epulabantur, propterea prius depositis soleis lavabant; ne scilicet pulverosis pedibus strata inquinarent. *Scalig.*

17 *Vorsavisti*] *Versare* est idem fere quod vexare; hoc est, aliquem habere exercitum exercitumque. *V. N. Baehid.* iv. 5. 6.

18 *Ut me in tricis conjecisti*] *Trica* proprie pili; quia viles et nullius pretii, inde res ejusmodi isto nomine insignitæ. Porro et fuses vinculaque, ac translate omnia impedimenta ita appellabantur: unde 'intricare,' 'extricare.' Non alia ratione usurpat hic *Plantus*. *Meurs.* *Manus est adita*] *Opinor* 'adire manum,' pro callide frustrari, sumptum esse ab re athletica, in qua manum adire artis forsam præcipuæ fuerit et industriæ calli-

dioris, ad adversarium occupandum. *Acidal.*

20 *Prævorti Litibus*] Id est, potius lites sequi, ut loquitur Terent. vide et *Plin.* vii. 32. *Posterius*, scil. lites sequi.

23 *Ludos me facitis*] 'Illudere,' 'ludificari,' 'ludibrio habere,' sæpe turpitudinis et obscœnitatis significationem habere: ut apud Græcos, ἄβρι-ζειν, ἐμπάζξειν, καταπάζειν. *Suet.* in *Tib.* 'Fæminarum capitibus illudere solitus.' *Ter.* *Heeyra*: 'Eam ludibrio habere.' Ad quod *Donatus*: 'Honesto verbo et pleno pudoris usus est: et nove, pro vitari.' *Muret.*

36 *Te condono*] Tibi permitto, ut isto scipione me ferias. Ridicule ita *Lambinus*. Tu de magno malo intelliges: quod cum *Dordalus* puero se daturum minaretur; ille recusat, eo-que munere ipsum condonat, ut sibi fruatur. *Acidal.*

37 *Du pausam*] Id est, quietem, finem. Ita 'pausare' *Trin.* i. 2.

40 *Circumfer*] 'Circumferre' potionem,' idem quod in orbem præbere a summo. *Lips.*

42 *Quod vos nunquam*] *Venenum* interpretatur *Douza*. Ei obloquuntur nullam esse causam, cur sic accipiamus: veneni nullam fieri mentionem. Quasi non innumera, quorum nulla fit mentio intelligendo accipiuntur. Volunt simpliciter esse, quod ἐξουπέειν sive excernere non possitis, ut ilia quasi rumpantur. At quid est illud? aut venenum utique, aut pro veneno, vel eundem eventum habens quem venenum, sive vi sua, sive ob aliam infirmitatem corporis. Itaque pugnare non debbant, sed sua jungere, ne ambo anguste nimis locuti viderentur. *Bibatis*, cujus fœces priusquam exornatis, pereatis: hoc est, quod sit aut venenum aut pro veneno. *Gronov.*

43 *Staticulum*] *Staticuli* sunt salutationes statariæ quædam non proinde motoræ: (*Macrob.* ex *Catone*,

III. 14.) quales erant in eo chori genere, quod *στάσιμον* a Græcis vocatur: vel 'staticuli' a parte saltationis dicuntur, in qua 'statur.' *Turneb.* V. N. Sticho extr. Hegea ille et Diodorus noti erant eo tempore saltatores, de quibus nihil legi nisi hic. *Salmas.*

45 *In Ionia*] Vide notas Sticho v. 7.

53 *Quia non inconciliavit*] Iterum ironia est. Eo, credo, non debes eum ludificare, quia de te bene meritus est; et quia, cum te emebam, non mihi adversatus est scilicet. *Lamb.* V. N. Trin. 1. 2.

54 *Attamen. To. Non tamen: cave*] Sermo Lemnise. interruptitur. Non oggere mihi, inquit, tnum *Attamen*, ac mitte de priore hero, maloque cave, quam nunc meam meo dicto decet esse audientem. *Acidal.*

56 *Prostibitem*] V. N. Sticho v. 6.

57 *Libertinorum*] Pulcre expressit libertinorum mores; ut et Persius Sat. v. ubi vide Casaub. p. 413.

66 *Do. Hei nates pervellit*] Non videtur hunc locum intellexisse Lambinus: in quo manifesto ad Atheniensium *παπατιλμὸν* respectum est: de quo Snidas et Aristophan. Pluto 1. 2. 'Ὁ δ' ἀλοῦς γε μοιχὸς διὰσέ που παπατίλ-

λεται. *Meursius.*

68 *Mea ignavia*] Male hæc vulgo distinguuntur. Lege, *Mea ignavia tu nunc me irrides.* Per meam ignaviam et simplicitatem, dum me eludi passus sum, factum est, ut jam me irrideas, ut me deridendi materia et occasio tibi sit oblata. *Boxhorn.*

72 *Manus vobis do*] 'Dare manus,' est cedere, et fateri se inferiorem. *Lucret.* l. II. 'Si tibi vera videtur, Dede manus; aut si falsa est, accingere contra.' Utitur eo Cæsar, Cicero, Virgilius, alii. Hanc locutionem natam pntem ab iis, qui manus afferunt vincendas victoribus. Alii, a gestu supplicantium. *Erasm.*

75 *Plaudite*] Mss. Camerar. *Plaudite pantio.* Nos emendandum putamus *Plaudite pensio.* Est autem *pensius* vox proba; Glossarium, quid significet, explicat: 'Pensius, *δαπανηρός.*' Quare vero *Toxilus* istud nomen sibi ipse imponat, et quam vere, tota nos docet fabula. *Petitus.* Quod sub finem comædiæ legitur in Mss. Camerarum, *plaudite pantio*, quid sit, nescio. Et illud *pantio* extra versus mensuram excurrit. Alii divinent, qui possunt hariolari. *Salmas.*

---

## RUDENS.

PROLOGUS. *Arcturus*] Proprie dicitur ad femur seu coxam Bootæ, quem et *ἀρκτοφύλακα* nominant. Stella clara, tempestatem ciens occasu suo, qui est autumnalis. Est et hiemalis vespertinus. *Camer.*

4 *Tempore suo*] Diebus 11. ante æquinoctium autumnale: sic quidam; verum ego simpliciter intelligo de tali ortu, quo per vices nunc in cælo, nunc in terra adsit. *Acidal.*

8 *Ad terram accidunt*] Dicit: Alia etiam signa idem munus habere, ut noctu quidem in cælo luceant, interdiu autem in terra obambulent, et facta hominum annotent, &c. alludit scilicet ad opinionem communem, qua obtinet, ceteros Deos de die cælum fere tenere, de nocte vero versari in terris; ergo quidquid die noctuque fit in orbe universo a mortalibus, minime latet cælestes: quare si qui



suam non reverentur conscientiam, et vereantur saltem tot testes Deos. *Taubman.*

12 *Ut quemque adjuvet opulentia*] Quare hic *Opulentia* nomen sit Deæ opes largientis, causam nullus video. Qua ratione ad quemque veniant divitiarum, quibus juvantur homines. *Gronov.*

14 *In jure abjurant*] Apud prætorum cum perjurio inficiantur. *Curc.* 'qui abjurant, si quid creditum est.' *Lamb.*

20 *Majore multa*] Juppiter rem ab improbo iudice contra leges et jusjurandum iudicatam, iterum iudicat et sententiam latam corrigit: et eos, qui vicerunt, majore multa multat, quam sit ea utilitas, quam ex lite eis condonata consequantur. *Lamb. Litem auferunt*] Id est, iudicio vincunt, causam obtinent. Ejus correlatum a parte iudicis est, 'litem secundum aliquem dare.' *Gronov.*

21 *Tabulis*] Alluditur ad diphtheram, in qua Juppiter omnium mortalium acta describere fingitur a poetis. *Taubman.*

23 *Donis, hostiis*] Donatus Ennuch. act. v. sc. ult. 'Donum Deorum est: præmium virorum fortium: munus hominum.' Et conjunctio illa copulativa elegantiarum vel energiarum causa: cum hic tum alibi sæpissime prætermissa est. *Donza.* Mss. Palatini habent *omnibus ostiis*. Quare hæc legenda et distinguenda puto hoc modo: *Scelesti illi in animum inducunt suum, Jovem se placare posse; omnibus hostiis Et operam et sumptum perduunt.* Sententia ita est aperta, ut explicationem non requirat. *Boxhorn.* Non ambo Mss. Palatini, sed alter tantum; cui tamen accedit Academicus. At τὸ illi nec hic et neuter Pall. habent. *Gronovius.*

25 *Supplicii*] *Supplicia*, pro precibus et supplicationibus, pro hostiis et sacrificiis, sæpe capiuntur. Salust. 'In suppliciis Deorum magni-

fici, domi parci, in amicos fideles erant.' *Taubman.*

36 *Malitiam*] Videtur hic 'malitiam' accipere, pro ea quam Græce *κακίαν* appellant. *Lamb.*

38 *Comitate*] Dubitat *Gruterus*, an velit auctor, vel sua perdidisse: dum aliis subvenit fidejussor, aut benefactor: vel eadem illa prodegisse inter scorta et parasitos. Ceterum prius illud modo velle *Plantum*, ex sequentibus satis est manifestum. Neque 'comitatis' vocabulo aliud significatur. *Boxhorn.*

43 *Ludo fidicino*] Ubi fidibus canere discitur. 'Ludus fidicinus,' ut *Cic.* 'modi tibicini,' in *Oratore.* *Camer.*

45 *Puellam destinat*] *Destinatum* tripliciter dici potest, corde, ore, opere. Et destinationem, ipso opere, idem est cum sponsalibus: quod patet ex hoc loco, et illo in *Persa*: 'Non properas hanc virginem destinare?' item *Apul. Miles. l. iv.* 'Pacto jugali destinatus,' &c. Et videtur, 'destinare' etiam esse, pro desponsata arrhas dare: sicuti 'destinare' erat emere data arrha, et dilato in diem pretio. *Alb. Gentil.*

49 *Par illius*] *V. N. Persa v. 1. 15.*

56 *Quæstum meretricibus*] Pro eo, qui fit habendis meretricibus; vel, ex meretricibus, per lenocinium. *Infra act. II. sc. 6. Acidal.*

69 *Increpui hibernum*] Id est, aiunt, ventos et fluctus hibernos: nam *increpo* non modo significat reprehendo, sed et inclamo, invoco, provoco. Imo, 'increpui hibernum,' est insonni hiberno more: tempestatem feci, qualis solet esse, cum hiemat. *Gronovius.*

74 *Virgo* Palæstra. *Ancillula*] *Ampelisea.*

82 *Diffidant*] Vide notas *Pænul. Prolog.*

## ACTUS I.

SCENA I. 4 *Alcumena Euripidi*] *Tragædia Euripidis, nomine Alcumæ-*

na; in qua cum Alcumena pariebat, Juppiter faciebat spurcam tempestatem oriri. *Euripidi*, genitivus antiquus, pro 'Euripidis,' ut 'Thneydidi,' 'Thymarchidi,' &c. *Lamb.*

6 *Illustrioris*] 'Illustriores' propter lumen per rimas et fenestras in tecto factas, tegulis vento dejectis immissum. *Taubm. Illustrioris fecit*] Sic Mss. pro *illustriores*. Ceterum non est mutandum, ut sit, 'illustrioris fecit,' vel 'illustriores fecit fenestras: quin dedit:' nec loquitur Plautus quasi priore versu 'ædes,' non 'tegulas' nominasset. Sed loquitur prorsus respiciens ad tegulas, quæ dupliciter dicuntur: partim nempe, ut singulos imbrices significant, partim ut tectum omne ex iis compositum. Ut in *Milite* 11. 2. 'Nisi hercle defregeritis talos, ut quemque in tegulis videritis alienum.' Et sequente: 'Simiam hodie sum sectatus nostram in hornm tegulis.' *Plin. xxxv. 12.* 'tegularum extremis imbricibus.' Altera significatione versu priore, altera posteriore Plautus accipit. Quum legis, *Ita omnes*, accipe *ὑπερβολικῶς*, quasi esset, ita passim. *Gronov.*

SCENA II. 8 *Mactat*] Mactat, affligit. Ita interpretantur glossæ veteres. Nihil ergo hic mutandum. *Boxhorn. Concinnem*] Id est, confidentiam. *Nonius.*

15 *Pater subrecto*] Sic vocat, ut semen juvenis. *Lamb.*

19 *Virile secus*] Varro lib. vi. 'Secus pro sexus, neutri generis, et unius casus.' Ita Sallust. *Hist. l. 11.* 'Concurrentium undique virile et muliebre secus.' Agell. libro 111. 'Quod ejus virile secus futurum est.'

24 *Probum*] Non puto quicquam mutandum in his versibus. Sed sic eos interpreto. Peculiosi servi ut plurimum sunt audaces ad loquendum, etiam præsentem domino. Sunt etiam probi servi. Nam servi nequam peculium non acquirunt. Ab

eadem confidentia et audacia, quam facit peculium, illud etiam venit, quod homini libero tales servi audacter convitium dicant. Non multum differt, quantum attinet ad audaciam, peculiosus servus a liberto opulento. *Salmas.*

34 *Exsiccasque*] Exsiccare, præsiccare, pro 'exsecare' dicebant. *Turnebus. V. N. Curcul. 111. l. 54.*

37 *Incanum*] Valde canum; vel canum, simpliciter. *Virgil. Georg. 11.* 'Incanaque menta,' id est, cana. *Charis.*

47 *Aulam extarem*] Ollam, in qua exta coquantur. Festus: 'Anlicoqua exta dicebant, quæ in aulis coquebantur, id est, elixa:' nam sæpe torrebant. *Virg. Georg. 11.* 'Pinguique in veribus torrebimus exta colurnis.' Varro: 'Hæ sunt, quarum in sacrificiis exta in olla, non in veru coquantur.' Hinc et 'olla extaris.' Et in antiquo Lexico, 'Extar exponitur olla, ubi exta coquantur.' *Turneb.*

52 *Fana ventris causa circumis*] Βωμολόχος circumscribitur: dicebantur autem βωμολόχοι proprie scurræ, qui templa et aras frequentabant, sacrificiorum nidorem secuti: ut dicacitate sua victum sibi emerent, et saceris scilicet epulis ventrem expleant. *Aciul.*

58 *Amore hæc curat*] Venus amore, Ceres cibo homines reficit et delectat. Schoppius *leg. amori*. Notat et Meurs. non nisi cum dativo extulisse τὸ *curo*, pro ἐπισκοπῶ. *Amore hæc curat*]. Mss. *Amorem*. Et cum utrovis modo alibi Plautus, non video quare utroque genere loquendi ludere non potuerit. Sed et Mss. *Sambuci, tritico com curat*. Ut suspicari possis, *tritico concurat* dixisse. *Bacch. 1. 2.* 'Satis ut commode Pro dignitate obsonii hæc concuret coctus.' *Gronov.*

62 *Propter viam*] Jocus ex ambiguo. Sacrificium apud veteres fuit,

quod vocabatur 'propter viam,' in eo si quid ex epulis superfuisset, igne consumi necesse erat. Festus: 'Propter viam fit sacrificium, quod est proficiscendi gratia Herculi aut Sanco, qui scilicet idem est Dens.' Significat Sceparnio, hos naufragium fecisse omnium bonorum: ut illi, qui propter viam faciunt, omnes reliquias flammis consumunt. *Turneb.*

63 *Post cœnam, &c.*] Putem velle servum, eos lavisse priore vespera, ut interessent maturius sacrificio 'propter viam: id enim fere fieri solitum illo casu. *Gruter.*

69 *Sacerrimus*] Id est, omnibus modis execrandus. V. N. Prol. Pœn. vs. 90.

70 *Moneas*] Scilicet ut valeamus. *Lamb.*

77 *Neque gubernator unquam potuit*] *Neque gubernator usquam melius potuit.* Quasi dicat: adeo feliciter scapha ad littus sua sponte appulit, ut nullus gubernator melius eandem regere potuisset. Gubernatorem non habuisse, ex istis patet: 'Video sedentes in scapha solas duas.' *Pistor.*

87 *Crucem*] Vide notas Prol. Men. vs. 66.

91 *De illarum cœnaturus vesperi*] Vide notas Mili. IV. 2. 5.

SCENA III. 6 *Partem capio*] *Μοῖρα, sortem.* Ex antiquorum consuetudine dictum; qui sæpe a Diis pietatis suæ in ipsos præmia mercedemque petebant: quod æquum esse videretur, a Diis eos facilius aliquid impetrare, qui numina pie colerent. *Turneb.*

9 *Parate*] Accurate, prædita opera. Vide Joh. Merceri Opin. I. 9.

13 *Apud eos*] Nihil est addendum: vult enim æquiore animo laturam calamitatem si aut ipsa peccasset enorme, aut adeo parentes: horum sane delicta puniri etiam in liberis, notius est quam ut probari debeat. *Gruter.*

14 *Minus me miserer*] Sic Epid. IV.

1. 'quæ ipsa se miseratur,' id est, miseram se dolenter prædicat. Tacit. 'Planci gravem casum facunde miseratur,' id est, movendæ miserationi commemorat.

25 *Summæ*] Ex conjectura leg. *sunt meæ*: de puella naufraga, cui nihil reliqui erat, præter vestitum. Ita act. I. sc. 5. vs. 21. 'Neque hoc amplius, quam quod vides, nobis quicquam est.' Hodie vulgi joco dicitur: 'Cum subsidio, facultates omnes meæ commoventur.' *Lipsius.*

26 *Tecta*] Nec scio cibum, nec scio locum, quo cibo, quo loco tecta sim. *Gruter.*

30 *Viam aut semitam*] Vide notas Casin. III. 5. 40.

SCENA IV. 1 *Vitam secludam*] Idem est cum 'excludere: sed præposita litera propter snavitatem, vel hiatum vitandum; ergo notat heic 'secerne,' 'separare.' Inde 'seclusa sacra' Festo, myteria arcana. *Passerat.*

2 *Exanimales*] Tabificæ, *Βιοφόβοι*, quæ *ψυχολέτορες* exanimant. *Lamb.*

8 *Neque magis solæ*] Meursius legit, *Neque magis sola terræ sola sunt.* V. N. Bacch. II. 3. et Trin. IV. 3.

20 *Mihi es æmula*] *Ubi es æmula?* *Scriver.*

28 *Occupas praloqui*] *Occupare* est prævenire et antevertere: *Græc. φθάνειν.*

31 *Uvida cum veste*] Id est, humida. *Lucret. I. 1.* 'suspensæ in litore vestes Uvescunt,' id est, humescunt. *Grassabinus*] Id est, ambulabimus.

37 *Nunc, quisquis est Deus*] Veteres ne errore laborentur, de nomine Dei alienjus certo dubitantes, dicere solebant: 'Quisquis es?' *Virgil. Æn. IV. 577.* 'Sequimur te Sancte, Deorum Quisquis es.' *Merula.*

SCENA V. 2 *Excitavit*] V. N. Amphit. I. 1.

5 *Salvere, mater*] Solemne est compellantibus matres salutare. *Petron.*

'Accedo aniculam quandam, quæ agreste olus vendebat, Rogo, inquam, mater, nunquid scis ubi ego habitem,' &c. *Wouw.*

10 *Equo ligneo*] Id est, navi. Etiam Hom. Douza indice, naves ἀλδς Ἰππους appellat. Et vetus versus est apud Charis. 'Typhin aurigam celestis fecere carinæ.' Vid. Muret. Var. Lect. i. 10.

12 *Candidatas*] Albati enim, id est, candida et pura veste ad Deos adibant. Pers. Sat. ii. 'Negato Juppiter hæc illi, quamvis te albata rogavit.' *Casaub.*

14 *Quæ ne ejectæ*] V. N. Epid. v. 2.

17 *Nesciis*] Id est, in locis ignotis dubia et incerta spe. *Nescium* passive posuit, pro ignoto. Arminius apud Tacitum Ann. i. in Oratione ad Cheruscos: 'Aliis gentibus ignorantia imperii Romani in experta esse supplicia, nescia tributa.' 'Nescia tributa,' ut hic 'nescia loca,' quæ ignorantur. Vide Agell. ix. 12. item N. Capt. ii. 2. *Boxhorn.*

28 *Quo nostra copia*] Ita J. Guliel. et Lud. Carrio, id est, quantum potero sciveroque. Sic Mercat. 'facere certum pro copia et sapientia, quæ te velle arbitror,' id est, ut sese ferent res fortunæ et sapientiæ.

30 *Habes*] Tueris. *Lumb.*

## ACTUS II.

SCENA I. 5 *Hisce*] Paris. et Brix. edd. leg. *Hi schæni*: σχωνδς enim funis juncusque, unde piscatores nasas suas conficiunt. Hinc *schæniculæ* dictæ meretrices, a juncis quibus se præcingebant, sic artem profitentes suam et facilitatem solvendæ zonæ ut observavit Albericus Gentilis.

8 *Lepadus*] Λεπάδς ostrei genus est, quæ exteriori tantum parte concha tegitur: interiori et carnosa ita scopolis adhærescit, tanquam osculetur,

et arctissime juncta vix divellatur. V. N. Cas. ii. 8. 54.

9 *Plagusias*] Versus ostendit legi debere, *plagusias*, *striatas*, vel potius *placusias*, πλακώσσα πλακώσσα a latitudine. Inde Latinum *placussia*. Nam *pelagusia* a pelago, ratio Græci nominis non fert. Imo πλακούσιος revera Græcum est. Nam ex πλακούς πλακούντος factum πλακούσιος, ut a 'Ραμνούς, 'Ραμνούντος, 'Ραμνούσιος, et similia. Ergo legendum, *placusias striatas*, a latitudine, qualis est placentarum, quæ πλακούντες Græcis. *Salmas.*

10 *Hamatitem et saxatitem*] In scopolis olim piscatores piscatum exercere; quod ex Oppiano, Aristæneto, Petronio, Isidoro, aliisque patet. Hinc Plautus dixit 'piscatum saxatitem.' *Meursius.*

12 *Salsi lautique*] Jocus ex ambiguo. *Salsi*, non salibus, sed aqua marina: *lauti*, non opiparis epulis, sed madidi. *Pure* dicit, quia aqua marina sordes omnes abluit. *Lambin.* At tu mihi etiam vide quid 'pure lantum' in Sacris sit, Aulul. ii. 3. 3. quo allusum arbitror. *Taubm.*

13 *Redimus clanculum*] Nihil hic mutandum. Qui rebus pro voto gestis domum redeunt, palam et læti se ostendunt; qui vero re infecta, late-re quam aspicere malunt, et clanculum se domum recipiunt. *Boxhorn.*

16 *Venerem hanc veneremur*] 'Venerari Deum, ut aliquid fiat,' non tantum est timere aut revereri, sed et conceptis verbis orare, supplicare. Sic Prol. Aul. vs. 8. 'Anri thesaurum defodit, venerans me, ut id servarem sibi.' Bacch. ii. 1. 4. 'Venerorque te ne Nicobulum sinas prius convenire.' Pæn. v. 1. 17. 'Deos Deasque veneror, qui hanc urbem colunt.' Trin. i. 2. 2. Sic Cæcina ad Cic. l. vi. ep. 7. 'Cum ignorit omnibus, qui multa Deos venerati sint contra ejus salutem.' *Gronov.*

SCENA II. 5 *Conchitæ atque hami-*

otæ] Vos, qui conchas legitis et hamo pisces captatis. *Lamb.*

\* 9 *Duceret chlamydatos, &c.*] Hic certe nugantur interpretes. Nam proprie chlamys, χλαμύς, fuit vestis militaris, pallio brevior ac strictior, ut esset expeditior. Auctor Etymologici Magni: Χλαμύς, τὸ περιφερὲς καὶ κυκλοειδὲς, τὸ ἐν συνηθείᾳ λεγόμενον σαγὸς ἱμάτιον ὑπερ φοροῦσιν οἱ κηροφόροι. *Κηροφόρους* vocat militares homines, quasi *θανατηφόρους*. Ut sit idem chlamys quod sagum, indumentum militare. Ait ergo hic servus: Pleusidippum herum suum æcum duxisse tres homines militares, qui sibi præsidio essent adversus lenonem, quem e fuga volebat retrahere. *Dissald.*

11 *Silonem*] *Silo*, qui et 'silus' Ciceroni, σιλύς, qui nasum habet resimum, id est, sursum versus repandum, more simiæ. *Scalig.*

21 *Sceleris semen*] *Sceleris* origo et artifex. *Lamb.*

SCENA III. 5 *Calator*] Id est, servus. Vide notas *Pseudol.* iv. 2. 52.

12 *Coctum est prandium*] V. N. *Sticho* II. 1.

30 *Jecisti bolum*] 'Jactus retis,' etiam 'jactus' absolute dicitur. *Val. Max.* iv. 1. 'A piscatoribus in Milesia regione verriculum trahentibus, quidam jactum emerat:' ita et Græc. βόλος: quo verbo aleæ etiam jactus significatur: nude hic jocus male ab aliquibus enarratus. *Perdere* autem perimere et evertere interdum significat: unde jocus resultat: et aleatores autem et piscatores bolon jaciunt. *Perdidisti* igitur, *Neptune*, hominem perditissimum, id est, lenonem maxime perdendum: propterea, *Neptune*, aleam pulere jecisti; pulcerrimum jactum fecisti. *Id. Curcul.* v. 2. 'si vis tribus bolis vel in chlamydem,' &c. Ab hoc *eubolin* Græci *Venerem* jactum dicunt, qui in alea felicissimus. *Cic. de Divin. Bolus*, priore producta, frustum sig-

nificat. *Ter. Heautont.* 'crucior, bolum tantum mihi esse ereptum subito e faucibus.' *Budæus.*

33 *Ananæo*] *Ananæum* puto fuisse poculum magnum, quod in potandi certamine necesse esset ebibere; quasi ἀναγκαῖον. *Turneb.* Poëta vetus ἀνάγκαν vocat τὴν φρενῶν ἔκστασιν, cum poto liberalius vino, homo suæ spontis non est, neque mentis sanæ: et hanc necessitatem vocant γλυκεῖαν: quia erat alind olim ananææ potionis genus, cujus tristis necessitas. *Plautus*, 'perit potando,' &c. Alludit, vel ad sorbitionem cicutæ necessariam, et fatalem sontibus in Græciæ aliquot urbibus; vel ad haustum illum e flumine *Lethæo*, qui nemini mortalium non est necessarius. *Casaub.*

34 *Mulsa dicta*] V. N. *Pæn.* I. 2.

36 *E navi timidæ ambæ*] *Mss.* sine præpositione, *Navis timidæ*. *Sciopius*, *Navis timidæ*. Quid si retineamus scriptam lectionem? *Navis timidæ ambæ*, id est, navem timentes ambæ. *Quemadmodum* *Ovidio Met.* v. 'Emathion æqui cultor, timidusque Deorum.' *Horat.* 'Timidus procellæ.' *Gronov.*

39 *Differt*] In diversa aufert ab illis. *Lamb.*

42 *Quamvis fastidiosus*] Id est, admodum fastidiosus. V. N. *Pseud.* iv. 7.

43 *Ædilis est*] Solebant enim ædiles improbas merces in profluentem interdum jactare; ut edulia quæ putebant. De mensuris etiam cognoscebant, qua æquæ: iniquas frangebant. *D. Hieronym.* 'Ab ædilibus, quos ἀγορανόμους Græci appellant, vendentium coërecebatur rabies.' *Turneb.*

46 *Capillum promittam*] *Sic Tibull.* II. 5. 'Jactavit fusa sed caput ante coma.' Nam fanaticorum hic mos erat, ut capillum funderent. *Scalig.*

50 *Ut multifecit*] *Multifacere* hic idem quod 'magnum facere;' eique

opponitur 'minoris facere:' dicitque, ex levi cura, quam ei herus impenderit, fidem facile facere, amicam in exiguo apud eum fuisse pretio. Possent verba illa compelli in nnum, sed forte non magis quam 'lucrificare,' 'sumptificare,' 'compendificare:' quod ultimum totis vocibus separatim Bacchid. II. 2. 'compendi verba multa jam faciam tibi.' *Taubm.*

51 *Qui it lavatum*] Vide Alciat. Parerg. II. 38. Pet. Victor. Var. Lect. VII. 17. et Moret. ad Catull. Carm. XXX. 'O furum optime balneariorum.'

56 *Sedentem*] Ritus adorationis, et eorum qui precabantur Deos. Propert. lib. II. 'Ante tuosque pedes illa ipsa adoperta sedebit.' Item supplicum, et eorum, qui tutelæ sui causa confugiebant ad Deum aras. *Colvius.*

64 *Scilicet*] *Scire licet*, perspicuum est, eam demersam in profundum. V. N. Pœn. v. 2.

SCENA IV. 4 *Accipiam hospitio, &c.*] Locus multis eruditorum conjecturis vexatus est; præsertim illud versu proximo, *qui te inanem*: quod nulla ratione potest defendi. Libri Palatini habent *manem* pro *inanem*. Unde scribendum conjiciebam, *maneam*. Nam nunc nihil est qui te maneam, id est, exspectem. *Bozhorn.* Probo omnino conjecturam eorum qui rescribunt, *Accipiam hospitio, si nox venis*. In altero versu, *nihil est qui te inanem*. Illud *inanem* corruptum est, et cum Palatini codices habeant *manem*, pro eo legendum *maneam* aut *mantem*. Et hoc verius. Nam hujus verbi ignorantiam ansam loco corrupendo dedit. *Mantare* supra legitur, pro expectare, in Mostellaria. *Salmas.*

9 *Subvulturium*] Corpus colore subnigro; vel, corpus alacritate et hilaritate, ad vulturii corporis similitudinem prope accedens. *Lamb. Subaquilum*] Quia aquilæ generosiores sunt vulturibus, hac correctione usus

est, ut quidem Lambino visum. Quid 'aquilus color' sit, diximus Pœn. v. 2. 152. Quamvis Marcell. Donatus in Dilucidat. 'aquilum colorem' non ab 'aqua,' sed ab 'aquila' alite, cujus color sit subniger, dictum censet. *Taubm.*

11 *Pollucta pago*] Vult, se non esse scortum pagi publicum, vel tanquam dapem profanatam omnibus expositam; qualem 'publicam libidinis victimam' vocat Tertullianus. *Scaliger.* Turnebus *polluctam pago* interpretatur 'communem atque expositam pago: ut in pollucto Herculis omnia exponebantur obviis.' Ea vero explicatio cum paullo duriuscula Lipsio videretur, placuit duabus litteris mutantibus legi, *Non ego sum polluta: appage, potin', &c.* Quomodo idem in re simili: 'pura sum, compare amabo me attractare, Agorastocles.'

18 *Basilicus*] Magnificus, et a quo nihil auferas, nisi vel per interpretem, vel supplici habitu. *Gruter.*

21 *Aquam gravare*] *Gravare* dixit, pro gravate dare: sicut Cicero, 'præcidere alicui,' pro præcise negare. Sic Mil. 'ut, quod cupiam, ne gravetur:' et Epid. 'ne gravetur quod velis.' *Schopp.* Græcos eodem modo uti suo βαρύνεσθαι docent Salmasius Exercitat. Plin. p. 265. et Vechner. de Hellenism. II. 2. Vetus Epigramma: Μη Ζεὺς ἀλγήσῃ τοῦτο βαρυνόμενος. *Gronov.*

SCENA V. 4 *Præfascine*] *Præfascine* germanum esse, docent illa etiam Assin. II. 4. 84. Quasi dicat servus: Vere sine labore extraxi: neque enim jocum hic facio, aut fascino. Nam *præfascine* est sine invidia et sine fascino, et, ut Sosipater interpretatur, ἀβασκάριος: præ enim hic negat. *Turneb.*

21 *Litterata est*] Id est, litteris inscripta est; vel potius Veneris imagine insignita: unde sacrificiis inseruire significetur: id quod in omnibus sacrorum vasis observari solitum, ad

Plinium ex Athenæo notat Hermol. Barbarus. Apul. quoque lib. vi. 'lacinias auro litteratas' fingit Psychen in Junonis fano vidisse, id est, litteris aureis inscriptas. *Litteratum* Gr. γραμματικὸν vocatur, quicquid litteris inscriptum est: et ποτηρίον γραμματικῶν meminit etiam Lexiphanes Luciani. *Casaub.*

SCENA VI. 6 *Cum Hercule*] Quæ hæc libertas, quæ cum Hercule noluit navigare? Nugamenta mera. Lego ex vet. codd. *in navem mecum hercle una imponere*. Jocatur adhuc leno in miseria sua, dicens, se mendicium factum, amisisseque omnes fortunas suas naufragio, præter libertatem, quæ secum pedem navim inferre noluerat. *Meurs.* Quæ sit illa libertas nescio, quæ nunquam voluit pedem cum Hercule una in navem imponere. Alludit ad aliquam fabulam quæ mihi ignota est. *Salmas.*

11 *Perbiteres*] V. N. Capt. III. 5. 35.

17 *Malam fortunam*] V. N. Anul. I. 2. 22.

25 *Thyestæ, &c.*] Fabula nota est, qua Atreus Thyestæ fratri suos liberos epulandos apposuisse narratur. De Tereo, cui Progne uxor communem filium Itym comedendum objecit, vide vel Ovidii *Metam.* lib. vi. fab. 7. et seqq.

26 *Animo male fit*] Δεποψυχῶ: significat se vomiturire. *Lamb.*

29 *Pabulum*] Sic Petron. 'regnum Neptuni pavit Ulysses.' Nimirum, quod piscibus in mari pabulum præbuerit toties, et suis et sociorum naufragiis: apud Hom. *Douza.*

33 *Salsum*] Jocus ex ambiguo. *Salsum* enim et urbanum significat, et aqua marina imbutum. *Lamb.*

35 *Eas: easque res*] Mendosa est scriptura codicis Camerarii, *Das easque res*. Nec etiam probò ex ea legi, *meas tuasque res*. Nunquam veteres imprecationem sibi factam tacitam

præterierunt, quin regerent in caput ejus qui eam fecisset. Cum igitur Labrax Charmidi dixisset, 'quin is hinc a me in maximum malam crucem,' respondet Charmides, *eas*, sed figurate, quasi alio sensu illud *eas* diceret, repetit ac dixit, 'easque res agebam commodum:' id est, eas res agebam commodum, hoc est, id agebam ut a te abirem. Hujus loquutionis figurata, qua regeritur in dicentem maledictio et imprecatio, multa exempla reperiuntur. *Salmas.*

39 *O scirpe*] Leno se præ scirpo contemnit: quia si suis bonis contentus, ut scirpus ariditate sua, fuisset; nunquam eo miseriarum venisset. *Schoppius.* Laudat in scirpo, quod ne in mediis quidem aquis uvescat. *Gruter.*

45 *Thermopolium*] Vide notas *Curcul.* II. 3. 13. *Trin.* IV. 3.

49 *Fortuna aquatina*] Anates enim, licet diu sint in aquis, neque mudent tamen, neque argent.

51 *Manduco*] *Manducus* est μωρολυκέϊον, quod in ludis circumferebatur inter ceteras ridicularias et formidolosas personas, magnis malis lateque dehiscens, et clare crepitans dentibus, in Atellanis præsertim. *Juvenalis Sat.* III. 'Tandemque redit ad pulpia notum Exodium; cum personæ pallentis hiatum in gremio matris formidat rusticus infans.' Dentes enim magnos, et voracitatem attribuunt nocturnis illis terriculamentis. Quo nomine factum, ut 'Lamiam' puerorum infantium deglutitæm fingerent. Etiam 'Pythonem' pro terriculamento, et 'Gorgonium' pro manduco dixerunt: quia γοργόνες enim magnis dentibus pingebantur. *Lucilius:* 'Illo quid fiet Lamya, et Python oxyodontes,' &c. *Scalig.*

57 *Illi*] In Sicilia. *Lamb.*

58 *Corruere*] Conjicere, concervare, συναπολίγειν. *Varro:* 'spicæ corruunt in corbem.' Quod inde

est, quia *rutrum* significat, quod Græce κρωπίον. Varro: 'Rutro caput displanavit.' Significat et *hostorium*, quod Græce ῥόχανον. Lucilius: 'Frumentarium est, modium secum, atque rutellum Unum adfert.' 'Rutere' enim est modio cumulum adæquare. Cic. ad Attic. lib. xvi. 'De laudibus Dolabellæ deruam cumulum.' Horat. Serm. II. 5. 'Divitias aerisque acervos ruam.' Scaliger.

64 *Sacciperio*] *Sacciperium* majoris modii marsupium, a sacco et pera: quod alia etiam recipere posset. *Cammer*.

67 *Vel consociare*] Si quid mutandum esset, legerem ex vestigiis veteris lectionis, *Vel combinare mihi quidem tecum licet*. Salmas.

SCENA VII. 2 *Amplexæ tenent*] Qui magno adfectu et studio Deos colebant, aut in magno periculo erant, ut Deorum fide tuti essent, aut a Diis magni periculi liberationem petebant; aut aras, aut Divum simulacra amplectebantur. Virgil. *Æn.* II. 'Et Divum amplexæ simulacra tenebant.' *Turneb.*

18 *Tegillum*] Id est, 'cneulliunculum e scirpo factum,' Festus. *Tegillum* pro integumento corporis, seu veste vili et plebeia frequentatum, constat etiam e Nonio. Apul. lib. IX. 'Nonnulli exiguo tegillo tantummodo pubem intecti.' Porro adjicit Nonius, deminutum esse a 'tecto;' recte: sic enim a 'recta,' quod itidem vestis genus est, 'regilla:' et 'tecto' quoque vestem significari idem docet. *Taubm.*

20 *An te pœnitel*] *Pœnitere* interdum, ut et hic, usurpatur pro non contentum esse, non satis judicare. *Gronov.*

21 *Elavi*] *Pellepide* jocatur. Nam qui naufragium fecerat, elavisse se dicit; cum etiam 'elnere' sit amittere, perdere, consumere: nam 'in terra eluam' est amittam et perdam. *Asinar.* I. 2, 'in mari reperi, hic elavi

bonis:' translatio ducta est a balneis, in quibus luxu lavandi nequiores rem profligabant, et edebant. *Turneb.*

22 *An exungare*] V. N. Trin. II. 4. J. Gul. tamen hic, inquit, malim legi, *eluas tu, an emungare*. *Ciccum non interduim*] *Ciccum* est leve quiddam, ut 'hilum.' Glossæ: 'Ciccum, ῥοῶς ἐμῆν.' 'Membrana tennis, quæ est in malo Punico cellularum discrimen,' ut Varro ait. Hesych. κικκὸς διαχώρησις. Glossarium H. Stephani: 'Ciccum, γρὺ κίκκος:' quod Græci, οὐδὲ γρὺ: Latini, nec *ciccum*: et κίκκος eadem notione apud Græcos. Timon Syllographus: Πτωχὸς μὲν φρένας εἶμι, νόου δὲ μοῖ οὐκ ἐνὶ κίκκος. *Exsensum mihi pectus, et haud hilum mihi mentis*. Lipsius.

26 *Venales*] *Servos venales* hic homo ductiravit: est mango. Hoc eo dicit: quod mangones sævi et immisericordes esse soleant. *Lamb.*

20 *Vinis Græcis*] *Vinis Græcis*, quæ travehebantur in titulum, solebant aquam marinam suffundere, præterquam Chiis: ad quem morem alludit *Plantus*. Vide *Athen.* lib. I. et *Plutarch.* Διὰ τὴν τῶ οἴνῳ θάλασσαν παραχέουσι. *Lamb.*

31 *Prodisperavit*] *Monstrum* hoc verbi est *prodisperavit*. Mihi omnia tentanti visum est dispescere voces male coalitas, *Itaque alvum prodisperavit nobis salsis poculis*. *Neptunus*, ait, large sane et proluxe nos accepit in mari: et speravit verba nobis dari posse, et alvum prodi salsis poculis: hoc est, futurum, ut potaremus largius, quam alvo vitæque adeo nostræ conduceret: nam convivæ, cum dulcedine apparatus inducti pluscule aut comedunt aut bibunt, quam satis est, 'prodi' dicuntur. Cic. lib. VII. epistola Galli: 'Lex suntuaria quæ videtur λησότητα attulisse, ea mihi fraudi fuit. Nam, dum volunt isti lauti terra nata, quæ lege excepta sunt in honorem adducere, fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt,



ut nihil possit esse suavius. In eas cum incidissem in cœna augurali apud Lentulum, tanta me διάβροια arripuit, ut hodie primum videar cœpisse consistere.' Unicus est locus huic explicando. Nam ut Ciceroni 'alvus prodita dulcedine escarum,' ita his pænissime 'multitudine poculorum:' quæ si paululum continuasset, διάβροια major aliquanto, quam illa fuit Ciceronis, consecuta esset. *Speravit prodi*, Hellenismus est Plauto, Ciceroni, aliis usitatissimus. *J. Gul.*

34 *Convivam*] Naufragii socium, ridicule. *Lamb.*

## ACTUS III.

SCENA I. 6 *Hirundinuum*] Hoc possessivum notat Prisc. lib. II.

12 *Natas ex*] Confundit Plautus hanc metamorphosin, comica licentia. Vide Pierii Valer. Hieroglyph. lib. II. *Douza.*

SCENA II. 10 *Ferte suppetias*] Et hæc quidem moris antiqui religionisque prærogativa tam servis quam libertis hominibus competeat: ut hic apparet: 'Hic aræ sunt, hic foci, hic Dii penates, hic sacræ religionis cærimonix continentur. Hoc perflugium est ita sanctum omnibus, ut inde abripi neminem fas sit.' *Ravard. V. N. Most. v. 1. 45.*

16 *Sirpe et laserpicium*] Hoc loco *sirpe*, ὄλος ὁ θάμνος σὸν τῆ ρίζῃ: *laserpicium*, ὀπὸς τοῦ σιλφίου. Σίρφι aut σίλφι *sirpis* radicem vocasse videntur Cyrenenses, apud quos nascebatur: ex σίρφι Latini *sirpe*; ex σίλφι Græci σίλφιον fecerunt. Etiam σέρφι legitur, unde *serpe*, et *laserpicium* ὀπὸς σιλφίου, non planta, quasi *lac serpicium*. Ex voce *laserpicium* truncata, factum *laser*, quod ὀπὸν proprie significat Latinis; postea *laser*, et *laserpicium* pro ipsa planta usurparunt. Plinius: 'auctoritate clarissimum *laserpicium*, quod Græci σίλφιον appellant.' Et 'laserpiceræ Cirenæ' Catullo. Ita et σίλφιον Græci aliquando

pro succo ipso posuerunt; unde σιλφιώτᾳ *lasere* inspersa, quæ Latinis *laserata*. *Salmas.*

19 *Magudarin*] Veteres σίλφιον radicem appellarunt, semen vero μαγύδαριν. Pollux, τὸ δὲ σιλφίου σπέρμα καλεῖται μαγυδάρις. Nihil certius quam *magudarin* pro semine *laserpicii* hoc loco poni. Si tibi confidis, inquit Trachalio, fore multam *laserpicii* sementem: cum enim *magudaris* semen sit, prout multum est et abundans; ita bona *laserpicii* annonæ *laserisque*, et contra: nam ex semine *laserpicium* nascebatur, ex *laserpicio* semen, ut in aliis. Erat etiam *magudaris*, non *laserpicii* semen tantummodo, sed aliud etiam fruticis genus, quod in Syria, non etiam in Cyrenæica proveniebat: verum de hac *Syriaca* *magudari* non potest accipi hic versus Plautinus, sed de semine *laserpicii*. *Salmas.*

22 *Si tibi ulmeam*] *Taubmannus* et *Gruterus*: ita *Acidal.* cogente sententia. Vulgo, *Ut tibi*, et *speres*. *Pareus*. Mss. Pall. et pr. edd. *Ut tibi*: nullo sensu: sequitur enim *ut vs. 24*. At, o boni, non est hoc mutandum, et nulla cogit sententia. *Obtestor te*, ut tibi *ulmeam* uberem esse *speras* *virgidemiam*, dictum est, 'Ut vos in vestris vultis *mercimoniis*, &c. ita huic facietis.' Et, 'Sicut tunc vis unicum *gnatum* tuæ, &c. ita te *obtestor*.' Sed sequitur τὸ *ut vs. 24*. alio sensu. Quid tum? Etiam *Cicero* sic solet, diversos significatus ejus particulae eodem in complexu orationis jungere. Vide *Observ. III. 6. Gronov.*

32 *Sacerdotem oudeat violare*] Ei enim ordini eundem habuere honorem homines, quem ipsis Deis. *Artemidorus* l. II. c. 74.

34 *Nunc*] Ita est in Mss. et edd. primis: quod *Camerarius* ad hoc exemplum expleri posse suspicatus est, *vir secleratissimus*, aut *vir audacissimus*. Idem ad vers. sequentem at-

textit *liberas*, quod nusquam alibi video. Ita tertium compleri posse censeat tali clausula: *Parvipendit? eloquere, obsecro.*

36 *Dros tam purvipendit*] Forte addendum, *et Deas*. Scriber.

40 *Donabilem*] Donandum, mutabilem. *Lamb.*

43 *Turbatio, Sparax*] Lorariornm nomina: ntrumque Græcæ formæ: prius ἀπὸ τῆς τύβης, τυρβαλίων, *tumultuator*: alterum ἀπὸ τῆς σπαράξεως, *lacerator*. *Camerar.*

45 *Sepiis*] Vide notas Casina II. 8. 59.

47 *Pugnis pectitur*] Locutio est, qua gaudet *Plautus*. V. N. *Menæch.* v. 7. 28.

SCENA III. 3 *Salutem afferat*] *J. Gul. leg. asserat*. *Spes*, inquit, salutem non affert, sed promittit; animo certis rationibus inducto. *Asserere* autem confirmare est, caussis, cur ita sentias, expositis.

30 *Mœnia*] Habete aram hanc pro castris: ego castrorum istorum mœnia hinc defensabo: nam alia sunt castra, alia mœnia ipsorum. *Meurs.*

42 *Te ex concha*] Hoc examussum festivissimum et scita est *Lipsii* observatio; ‘conchas’ inter verba nequitiae usitatas antiquitas: neque id tamen propter id conclarum genus quæ a conchigena illa alma *Æneadum* genetrice ‘*Veneriarum*’ nomen sortitæ, (quarum mentio est apud *Senecam* *Epist.* *xcvi.*) sed vero ob alterum illud potius, quod ‘*virginalium*’ et ‘*spuriornm*’ titulo venit *Apuleio*. Nec abhorrens ab hocce tratatitio dicendi genere idiotismus noster. *Ridicule* vero ad conchas nescio quas, puellis muneri dari solitas, hoc accommodat *Lambinus* et alter hominis collega. *Donza*. *Cave tu harum conchas*] *Concha* pro natura muliebri, cui ea non nimium absimilis: allusumque forte ad Græcum, quo marinæ conchæ χούριαι vocantur, tanquam dicās *porcinas*. *Porca* autem et χούπος inter

verba nequitiae: unde lepide in *Acharnan*. apud *Aristophanem* nescio quis affirmat, *soli Dearum Veneri porcum maxime sacrum*. Occasione hujus voculæ jucunda est narratio apud *Macrob.* *Saturn.* t. 6. in fine. *Gruter.*

SCENA IV. 4 *Tun’ legirupionem*] *Ita* retinendum, contra *Carrionem* et *Palmerium*. Inepte tamen interpret explicat. Nam *Legirupio* est nomen. *Facere diis*, est sacrificare. *Tune*, inquit, putas licere tibi, ut una nobiscum *Diis* sacrifices? *Gruter.*

5 *Cum pretio*] Est quod alias dicit, ‘magno cum malo tuo’: quasi dicat minitans, non impune illi abiturnm. *Casina*: ‘Malo hercle vostro tam voruti vivitis.’ Nam ‘*pretium*’ pro ‘*pœna*’ a poetis identidem ponitur: *Hor.* *Od.* III. 24. ‘Et peccare nefas, aut pretium est mori.’ Quemadmodum item e contrario, ‘*pœna*’ pro ‘*præmio*’ a *Propert.* accipitur *lib.* III. ‘At postquam sacra captiva est redita pœna, Fortem illum *Emonis* Hectora traxit equis.’ *Donza.*

12 *Auspicari*] Non hodie hoc consilium cepi, ut, &c. *Tractum* a more veterum, qui nihil nisi auspicato suscipiebant. *Lamb.*

16 *Follem pugilatorium*] *Follis pugilatorius* pila est coriacea, vento completa. ‘*Pugilatorius*’ autem dicitur, quod non palma sed pugno percutiatur. Ceterum et follem suspensum pugnis insectabantur *pingiles*. *Taubm.*

21 *Si istas amas*] In his manifestissima ἀλογία. Quomodo enim *Labrax* educturum se foras dicit mulierculas? cum omnia hæc non intra fanum, sed exterius agantur, apud eam aram, quæ in publico erat præforibus fani. Haud dubie *Plautus* scripsit, *Equidem istas jam ambas abducam: uvidas Tu senex si istas umas, laic arido arg. est opus*. Ita infra vs. 55. contemptim ‘*uvidas*’ vocat; atque his *aridum arg.* opponitur. *Huic,*

id est, mihi. Et quia *uidas p. leno* dixit, eo senex subjungit excusabundus, *Hæ autem Veneri complacuerunt*: quantumvis humidæ et incultæ. *Acid. Arido argento'st*] Cur *argentum aridum*? An, quia hydrargyrum etiam est, id est, liquidum argentum, cujus in commerciis non est usus? intervenit enim eis nummus ex sicco et duro argento, non e liquido vivoque; ut dicat: Ad medicandum amorem tuum non liquido, sed arido figuratoque argento est opus. An quod, ut fructus sunt aridi et liquidi sic et metalla? An e sermone vulgi, quem affingit comœdia, dictum est? ut enim hodie 'siccum argentum' dicit vulgus; sic 'aridum' hic dici arbitrator: quale et sentitur magis, quod signatum est, propter asperitatem. Nonius 'purum et lucidum' interpretatur. *Turneb.* Acute hic multa Turnebus: at putarim potissimum meminisse 'aridi,' quia ipse 'uidus' totus: quod adeo moleste ferret scilicet, ut nvida omnia execraretur etiam, vel usque ad argentum, quod tale: et sic tamen allisit ad sonum, qui in argento excocto et puro clarior et tinnulus magis, quam in vulgaris venæ. *Gruter.*

29 *Inclementer dicere*] Significat contumeliose appellare, probra obiectare. *Amph.* II. 2. 110. *Pseud.* I. 1. 25. *Pœn.* V. 5. 41. *Truc.* II. 7. 44. *Gronov.*

32 *Germana Græcia*] Dicitur vera Græcia, quæ opponitur Græciæ majori in Italia, aliisque Græcis in Asia urbibus, in quibus barbari Græcis erant permixti. *Gronov.*

43 *Felles virginalis*] V. N. *Persa* IV. 9. *Turneb.* XXI. 12.

44 *Conteres*] Id est, prostitues. V. N. *Capteiv.* IV. 2. 108.

48 *Offermentus*] Eleganti joco ita appellat plagas et vibices, quæ tergo offerentur, atque ita imprimerentur, ut sacris parietibus Deorum donaria affigi solent. *Festus*: 'Offermenta

*Delph. et Var. Clas.*

sunt quæ offeruntur.' *Douza.*

51 *Ampullarius*] Qui ampullas corio integit. Posterior ætas scortas ampullas vocabat 'pilascas.' *Isid.* *Glossæ*: 'Pilasca, vas vinarium ex corio.' Græcis ὄλπαι. *Scholias* *Theocr. Pharmac.* ὄλπη κυρίως ἡ δερματίση λέκυθος; hinc lucem capit *Plautus.* *Varro*: 'Antiquissimi in conviviiis utres vini primo, postea tinas ponebant.' *Lucill.* 'terginus calix.' Et *Polluci ἀσκός* inter vasa vini conditoria est. *Wouwer.*

56 *Vulcanum adducam*] V. N. *Mos-tell.* V. 1. 65.

58 *Mergis pugneis*] V. N. *Pœnul.* V. 2. 58.

62 *Ut humanum exuras tibi*] *Malim, humanum exuras tibi, quam manum.* Non enim satis mali precaretur lenoni, si manus cladem potius, quam mortem optaret. Festus autem scribit, 'humanum' esse sacrificium, quod mortui causa fiat. Ergo 'exurere sibi humanum,' est se exurere: si quis tamen manum defendit, a me non oppugnabitur. *Turneb.*

65 *Magnis avibus*] Hoc nomine rapaces aves intelligit, et cadavera appetentes: fere enim quæ raptò vivunt alites et viscere, majoris sunt formæ, quam aliæ aves; ut vultures et aquilæ. *Turneb.*

70 *At hic ne*] Scilicet ab ara abstrahat.

SCENA V. 5 *Deripiam*] *Deripere* est deorsum rapere vel trahere. *Tibullus*: 'Sertaque de sanctis deripuisse focus.' Sic 'degreddi,' pro 'descendere,' apud *Sallust.* *Livium, Tacitum, Ausonium, Victorinum* de *Orthographia*: 'Degredi, de superiore loco descendere.' *Rittersh.*

25 *Clavator*] Qui clavam gestat: κορυφήτης. De servis clavigeris vide *Turn.* XIII. 6.

31 *Invitassis*] 'Invitare' hic non est occidere, sed accipere hospitio, imo et convivio: ut sicut ibi homines adeo implebantur cibo ac potu, ut

*Plaut.*

G T

nescirent, qua abirent domum; etiam hic impleri velit lenonem fustibus, (ut loquitur Anl. III. 3.) donec nesciat ubi sit locorum. Sic in Amph. I. 1. eadem figura, 'accipere hospitio pugnae:' item 'pugnos edere.' Et quid mirum? cum saturitate quis non secus lædatur quam ferro: non secus alienetur mente quam plagis. Theocr. Eidyll. ἔστη δὲ πληγαῖς μεθύων. *Gruter.*

42 *Herculi*] Hoc eo dicit, quod senex duos servos cum clavis adstare jusserat; ac si essent duæ statuæ, clavas, in modum Herculis, gerentes. Silius lib. III. 'Clavigeri veneratur numinis aras.' *Taubm.*

46 *Controversia*] Nihil hic mutandum cum Carione: nam dicit, Indi se ambiguitate vocis palæstræ. Sic Epid. II. 2. 'enim isthæc captio est.' *Gruter.*

53 *Crasso infortunio*] Quod crassæ hæ clavæ tibi dabunt. *Lamb.*

57 *Proveni nequiter*] Apul. 'Favet enim Rufino Æmiliannus, et proventum cupit:' qui sermo elegans et Plautinus. Atqui, 'bene provenisse,' 'recte provenisse,' dicuntur, qui re vel liberis aucti. In malam quoque partem sumi, Nonius ostendit. Apul. lib. X. 'At ille nequam ut posset de me snave provenire, lucro suo tantum contentus annuit.' *Stewechius.* V. N. Truc. II. 4. 33. Menæchm. V. 5.

SCENA VI. 7 *Converret cum pulvisculo*] V. N. Trucul. Prolog. vs. 19.

11 *Vicinus Veneris*] Pro adi Veneris.

14 *Opta ocuis*] Id est, elige ocyns. 'Optare' non tantum desiderare significat, sed et eligere: quod et Donatus docet ad Terentianam Andriam. Inde *optio*, electio, *ἀρπεις*. Hinc et 'adoptare aliquem,' pro in filium eligere. Quod et vetus vocabulista voluit: 'optare, eligere, in filium facere.' Sic enim apud eum legendum. *Borhorn.*

15 *Obtorto collo*] V. N. Pœnul. III. 5. 45.

18 *Obvium ad portum*] Vera lectio est, *ad forum*. Id liquet infra IV. 5. 10. ubi Dæmones servum Pleudippi jussit exire ad forum arcessitum herorum. *Parcus.* Videtur idem confirmari V. I. 2. 'Quem ad recuperatores modo damnavit Pleusidippus.' *Gronov.* *Ad portum*] Indubitato rescribendum *a portu*; cum nec ad portum adolescens erat, nec ire cogitabat, sed potius in urbem; nisi si portus in urbe: Apella credat. *Acidal.*

19 *Carnificem*] *Carnificem* fuisse carceris custodem, non triumviros capitales, vix dubitem. Idque adeo verum est, ut 'in carcerem,' et 'ad carnificem' trahere, uno eodemque sensu frequenter posuerint veteres: ut hoc loco Plantus. Proinde verisimilius est, triumviros, carceris custodes non fuisse, sed curam custodiæ carceris habuisse. *Røvard.*

21 *In jus*] Vide notas Menæch. IV. 2. 19.

23 *Ob mulierem*] Id est, pro muliere. Epid. 'Dedin' tibi minas triginta ob filiam?' Asin. 'Ob asinos ferre argentum.' *Douza.*

42 *Dum recipis*] Donec eas recuperes. *Lamb.* Imo, dum redis. Alibi, 'Quam mox te recipis tu?' *Pistor.*

46 *Scmel bibo*] Non debuit mutari vera scriptura. De malo enim et infortunio, ut de potione aliqua, sæpe loquitur Plantus. Anl. II. 3. 'Nam ecceastor malum mœrorem metuo ne mistum bibam.' Cas. extrema: 'Ut senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet.' Non lubet ergo Charmidi iterum cum lenone bibere, neque ad eum devorti in hospitium, qui tam acidis poculis nuper in mari acceptus esset: ea causa hospitii jus ei renunciat: ne ea malæ rei potio iterum sibi bibenda sit. Ita recte et venuste interpretatus est J.

Guilielmus. Gruteri, qui metaphoram a fullonibus tractam vult, sententia, neque vera est, neque probari debet postremis interpretibus. *Boxhorn.*

50 *Columbari*] Ut *κῶφον* est *numella*, nam utriusque vocabuli eadem notatio est, illius a *κῶπρω*, huius a *‘ουο*; sic *columbar* genus est vinculi, cui collum inseritur, ‘collariumque’ vocatur hic ex parte: cum foramen ipsum vinculi ‘*columbar*’ sit: sed et quia columbaria sunt foramina in peristerotrophiis, ubi columbae nidulantur, subdit ludens, ‘In nervum hodie ille nidamenta congeret:’ ubi ‘nidamenta’ sunt flocci, pinnæ, muscus, tomentum, pili, acus, ceteraque unde nidos aves parant: qua in significatione ‘congerere’ proprie etiam dicitur. Virgil. *Eclog. III.* ‘*Aëriæ quo congressere palumbes.*’ Id est, nidificavere. *Turneb.*

53 *Addici*] *Plensidippo* a prætore.

## ACTUS IV.

SCENA I. 5 *Ne qui*] Id est, aliquo modo. *Acidal.*

11 *In digitis*] Proverbialis loquendi ratio, ejus usus, cum quis nihil effectum dedit. In digitis nihil percoqui potest. Ergo nihil cepit, qui cepit, quod in digitis percoqui potest. Nihil in oculos compingi potest. Ergo nihil habet, qui dicitur habere quod in oculos potest compingi: quomodo vulgo etiam loquimur. *Boxhorn.*

SCENA II. 4 *Templis*] V. N. Milit. II. 5. 3.

5 *Salute horiæ*] Id est, salva atque incolunt horia. Sic *Barchid.* ‘salute nostra.’ *Menæch. I. 2.* ‘Averti prædam ab hostibus nostrum salute socium,’ id est, salvis nostris sociis. Est autem *horiæ*, navicula piscatoria, ut docent *Non.* et *Fulgentius.* *Douza.*

6 *Compoticit*] Id est, compotem fecit. *Lips.* et *Guil.* sic supra: ‘Ita

hic solis locis compotita sum.’

8 *Unciam pondo*] Cum unciam ponderalem significabant, dicebant veteres, ad distinguendam eam a mensurali. *Libra* enim, cum partium suarum vocabulis, et mensuram significat et pondus. *Gronov.*

16 *Tempori*] Id est, numero et celeriter.

22 *Ex populo prætor*] Ut prætor te non solum liberum faciat vindicta, sed etiam eximaris numero hominum inferioris loci atque ordinis. *Lamb.*

24 *Pro capite*] V. N. *Anl. v. I. 8.*

27 *Post animi causa mihi navem faciam*] Tales, si usum spectes, veterum Gallorum *paradæ*: item illa *Neronis*, de qua *Plutarchus* *περὶ ἀοργησίας*. *Seneca* ‘cubiculatas et insorias’ vocat. *Cusaubon.* *Stratonicum*] *Stratonicus* fuit quæstor regis *Philippi*, et deinde *Alexandri Magni*, homo prædives: quamobrem Græcis in proverb. venit, ut Latinis ‘*Crassus.*’ Auctor *Diodorus* in vita *Alex.* et *Ælianus.* *Lambinus* ait nomen esse fictum a *Plauto*: inscite. *Douza.*

32 *Cum aceto*] *Jocose.* Cum ‘rex’ diceretur servus: O bone, inquit, hic rex poscam bibet, et salem pro obsonio delinget! *Lipsius.* Vide et not. *Circul. IV. 4. 6.*

SCENA III. 1 *Rudentem*] Vide supra Argumentum *Camerarii* in hanc Fabulam.

9 *Gr. Quin post loquere*] Ita pauxilla mutatione sequor cetera *Acidalium.* Abstrudere prædam cupiebat ante *Gripus.* Igitur sermonem vult differri, et postea quidvis dici. In qua contentione vis est iteratarum utrinque particularum *quin.* Alter urget, ut statim audiatur; idque valet, ‘*elo modo.*’ *Taubm.* *Quin post loquere*] Ab *Aridalio* hoc accepit *Gruterus.* *Mss.* et vulgatæ antea, *Tr.* *At pol quin audies post.* *Gr.* *quin loquere.* *Putem fuisse, Tr.* *At pol quin audies.* *Gr.* *Pol quin loquere.* *Gronovius.*

23 *Vidulum istum*] Comienm est: pro, jampridem novi hominem, cujus iste vidulus est. *Lamb.* V. N. Epid. iv. 1.

29 *Potius*] Gulielmii conjecturam plane rejicio: vult enim, Nemo mortalium hoc a me auferet, nedum tu. *Pseudolo* iv. 1. 'Nunquam edepol erit ille potior Harpax quam ego.' *Auln.* iv. 10. 'hand causificor, quio eam ego habeam potissimum:' et aliis millies. *Gruter.*

31 *In venatu meo*] *Venatus* de piscibus Homero etiam et Platoni dicitur. *G. Anselmus.*

34 *Manu asseruntur*] V. N. *Pœn.* iv. 2. 84.

38 *In mari inventu'st, commune est*] Mira philosophandi ratio. Quanquam enim jure gentium commune sit mare, non tamen communia manent, quæ in mari inveniuntur aut capiuntur. Ideo enim etiam commune est mare, ut quæ in eo capiuntur propria fiant singulorum. Sed et neque recte argumentum hic petit a vocabulo 'commune.' Neque enim sequitur, commune omnibus est, igitur etiam est meum. Plato laudans in *Republ.* bonorum communionem, rationem addit; quia tum omnes quidem dicere possint, Hoc est meum; nemo autem respondere, Hoc non est tuum. Et sic contentiones omnes, lites, ac seditiones evanescere posse, statuebat. Sed Aristoteles *Polit.* lib. iii. docet, fieri nequaquam posse ut unusquisque dicat de re communi, Hoc est meum: cum potius unicuique dicendum sit, Hoc est nostrum. Quippe quod commune est, multitudinem ac communionem, non distinctionem aut proprietatem respicit. *Boxhorn.*

40 *Cum extemplo*] More Græco dixit, ut ἐπειδή τάχιστα, pro 'extemplo quam,' vel 'statim quam.' *Turneb.*

47 *Philosophe*] Qui seria verba facit, hic dicitur 'philosophus.' *Taubm.*

51 *Vietorem*] Recte hoc loco legitur, *vietorem*, aut potius *vitorem*. Quod melius: nam a 'vio' vel 'vieo,' 'vitor,' 'vitula,' 'vimen.' Qui ex vimine texto utensilia faciunt, 'vitores.' Recte ita in *Glossis* scribitur, et in scriptis codicibus hoc loco. *Salmasius.*

59 *Puniceo*] Cædere virgis: et ita eorum tum fiet rubrum, &c. *Taubm.* V. N. *Pseud.* i. 2. 92.

64 *Salve, Thales*] Hoc expressum videtur ex illo *Aristoph.* in *Avibus*, ubi geometræ multa in mathematicis disserenti, respondet quidam, ἄθροπος θαλῆς: quod et scholiastes ἐν σαρκασμῶ dictum notat. *Douza.*

65 *Sequestrum*] V. N. *Merc.* iv. 3. 36. *Trucul.* ii. 2.

67 *Cerritus*] V. N. *Men.* v. 4. 2. *Amph.* ii. 2. 144. *Elleborosus*] Id est, insanus sum. *Lamb.*

68 *Abstrudam*] V. N. *Pers.* ii. 4. 24.

69 *Penicillus*] Cur autem hic *novus*? Existimem quod 'novus' plus humoris soleat imbibere, et ideo crebrins exgendus. *Pistoris.*

73 *Fruisci*] *Cam.* in suis libris reperisse ait, *frunisci*: quod et *Lamb.* de suis affirmat, idque rectum censent: alludit prima editio *fruristi*: vulgo *frusti*. Certe in *Glossis* *Papiae* idem verbum exstat: 'Fruniscor, fruniscitur, fruitur, intercipit.' *Boxhorn.*

75 *Proreta*] *Proreta* est, qui in prora et ventos ancupatur et captat, et eorum conversiones dicit in *Æcendis* promontoriis gubernatori, qui que rupes scopulosque, ne navis eis impingatur, prospicit, et explorat. Allusit *Claudianus* ad *Mallium*: 'Excitus lentandis navita tonsis: Præficitur lateri custos; hinc ardua proræ Temperat et fluctus tempestatesque futuras Edocet.' *Turneb.* *Gubernator*] *Gubernator* sedet in puppi. Usurpatur autem proverb. quoties aliquo in negotio nenter alteri vult cedere. *Douza.*

77 *Ramenta*] ‘Ramentum’ et ‘ramentam’ dixerunt et ‘scobem,’ quod humi cadit, cum lima aut scobina similive instrumento aliquid atteritur. Affines sunt voces ‘rasura’ et ‘rasamen.’ ‘Rasuram eboris’ apud Veget. leges, quæ ‘scobs eborea’ Scribonio Largo dicitur, et ‘serrago,’ a ‘serra.’ Ita Cæli Anrelianus: ‘cum cervini cornu serragine aspersa,’ &c. Græc. ψήγματα, πρίσματα, ξέσματα, βιτήματα. Is. Casaub.

86 *Hunc meum esse dico*] Respexit solemnem vindicationis morem; de quo Brisson. Form. l. 5. pag. 374.

99 *Præsepis*] V. N. Curcul. II. 1. 13.

SCENA IV. 4 *Quam ego*] Scil. in aram confugiam, præ ira uxoris ex ædibus tantum non extrusus. *Taubm.*

7 *Ambo*] Scil. Iorarii: nam mulieres maxime foris esse volebat. Ad geminos igitur Lor. hæc loquitur, quos act. III. sc. 5. Ienoni custodes addiderat; qui, postquam Plesidippus Ienonem in jus rapuerat, domum reversi erant. ‘Præsides’ appellat, et ‘ex præsidio deducit:’ quia supra in hoc constituerat, ut præsidio mulieribus essent. *Pistor.*

9 Gr. *Haud pudet*] Pessime hæc Lambinius explicat, cum germana et facillima sententia ista sit. Interrogante Trachalione Dæmonem, Essetne is ipsius servus, ipse pro hero occupat respondere, et ait affirmanter, *Haud pudet*, id est, sum vero illius; neque mei pudet eum, ut esse suum neget. *Acidal.*

15 *Talos suffringi*] V. N. Milit. II. 2. 1.

17 *Ego, opinor, rem facesso*] Sic Mss. et sic distinguendum. Argumentum dicit; collectionem ex hoc argumento, ut cuivis obviam, relinquit audientibus: nimirum, Ergo priorem loqui me oportet. *Facessere rem*, ut ‘facessere negotium.’ Non igitur opus, *qui rem*: non, *qui rem*: non, *Ego opinor. Rem facesso.* Gron.

18 *Sis pudicus*] Id est, si quem habeas pudorem. Trinum. III. 2.

20 *Ut nequitur comprimi*] Quam difficile est Gripum comprimere! Apul. ‘Sola virginitas cum semel accepta reddi nequitur.’ *Taubm.* V. N. Amph. I. 1.

29 *Quoad primarius vir*] Notant interpretes, ‘primarium virum’ dici accusatorem, cuius primæ sunt agendi partes: quas sibi Trachalio vindicat. Ego simpliciter putem ‘virum primarium’ hic dici, qui prior loqui occupavit. Primarius, prior, non modo dignitate et auctoritate, sed agendi etiam aut dicendi ordine: qualis hic Trachalio. *Boxhorn.* Neutrum placet. Sed aut servus ridiculum se præbet ‘primarium virum’ appellando: aut scribendum *Quod pro Quoad.* Rogat Gripus, ‘Quid tu ais?’ ille respondet, Nihil absonum nec absurdum, neque indignum quovis vel primario viro, si par eum occasio deprehendisset: nempe, ut tu, Dæmones, hunc comprimas, si tuus est. *Gronov.*

42 *Quid istic tua*] *Istuc.* Scriber.

56 *Hinc*] Scil. ex vidulo testimonium sumendum. *Hinc a me sentiat*] Sententiam pro me ferat. *A me*, est pro me. Contra, *Abs te*, est contra te. Qui usus sane particulæ *ab* et *abs* venustus ac frequens, sed non ubique intellectus: ut Trinum. II. 1. ‘ab re consulit:’ ubi Lambini contrariam interpretationem merito Douza explodit. *Acidal.*

57 *Verum hinc ibit testimonium*] Sic Douza, vel *dabit.* Vulgo tibi. *Acidalius cibi.* Mss. *ibi.* Videtur omnino versum ab te ita restitui oportere, *At si nunc abs te stat verum, hinc erit testimonium.* Duodecim tabulæ apud Festum in Portum: ‘Cui testimonium defuerit!’ *Gronov.*

70 *Tacita bona est*] Subintellige ‘magis,’ vel ‘potius.’ Sophocli. γυναιξὶ κόσμον ἢ σιγῇ φέρει. *Lamb.* Douza. Genus hoc loquendi Tacito percrebrum notat Lipsius, quem vide

Epist. Quæst. v. 23. itemque Menæch. v. 1.

71 *Pro oratione*] Id est, quantum ex oratione tua colligo: ut verba facis. Amph. i. 1. 'Meus pater nunc pro hujus verbis recte et sapienter facit.' *J. Guelm.*

80 *Vidi*] Vidi milvium captare prædam, nec tamen capere. *Lamb.*

82 *Pro re mea parte loqui*] Sic Academicus: sic Gruterus edidit. Pareus τὸ parte censet insititium. Rittershusius parte. Scribe, *meam partem*. Asinar. III. 1. 'Ergo una pars orationis de die dabitur mihi. ΠΗ. Et meam partem loquendi et tuam trado tibi.' Milite III. 1. 'In commoditate abstinere me apud convivas commode Commemini et meæ orationis justam partem persequi.' *Gronov.*

95 *Superstitiosa*] Id est, fatidica. V. N. Cnreul. III. 1. 27.

99 *Hoc habet*] 'Hoc habet' Gripus translatio more exultantiam exclamat statim a solutione. *Taubm.*

112 *Literatus*] Literis inscriptus. V. N. supra II. 5. 22.

114 *Anticeps*] Pro 'anceps,' id est, utrinque secans. Priscian. lib. III. et VI.

120 *Dædalis*] Ἀπὸ τοῦ δαιδάλου. Δαιδαλῖς, forma patronymicæ fœminini. *Camerar.*

125 *Post est sicilicula*] 'Seculae' falces sunt Varroni a 'secando,' et 'sicilire' deducitur, quod est tanquam 'seculire': inde 'sicilices.' Ennius: 'Incedit veles vulgo sicilicibu' latis:' et per diminutionem, 'siciliculae,' parvula quædam spicula aut falcula, quæ in crepundiis interdum puerorum habebantur. *Turneb.* Glossar. 'Sicila, σμίλα, ἀρβήλιον.' 'Sicilum, ξυρὸν σκοπέος.' 'Sicila, σμίλα χαρποτόμος.' Est autem vox magnæ Græciæ: eo nomine intelligebant quicquid secandi vim habet: inde 'Sicilia' dicta, quia ab Italia absecta: inde 'sicilire præta,' secare.

Catull. 'sicelices' aut 'sicilices' cuncta tonsoria vocat. 'Sicilire' est cædere; 'sicilices' sunt, quas in sabinis aut lanceis, aut venabulis, αἰχμὰς Græci vocant. *Scalig.*

126 *I directa*] Vide notas Capteiv. III. 4. 103. Trin. II. 4. *Cum succula et porculis*] 'Succulam' in torculari velut scrophæ similitudine vocatam auguror: ut enim scrophæ vel succula porculos habet, ut Plautus ait; eodem etiam modo suum hæc machina porculum habebat, &c. Cato cap. 19. 'porculum in media succula facite:' atque hinc Plauti eruenda est sententia. *Turneb.*

SCENA V. 3 *Satin*] Hac particula sæpe utitur Plautus, pro, nonne verum est? nonne apparet? *Amplit.* II. 2. 1. 'Satin' parva res est voluptatum in vita? *Most.* I. 1. 73. *Cist.* I. 3. 2. *Pæn.* IV. 3. 97. *Gronov.*

14 *Odiosa ejus anatio est*] *Malim, otiosa;* quippe qui postea objurget uxorem, quod otiose amplexando filiam tempus terat. *Heinsius.*

SCENA VI. 1 *Aliquando*] Id est, tandem. Sic Cic. 'collegi me aliquando.' *Douza,* in Præcid. ad Petron. II. 6. *Pausam*] V. N. Persa v. 2.

4 *Porci sacres*] Porci sacris destinati appellabantur 'sacres.' Tibullus 'mysticos' vocat. Aristoph. *μυστηρικὰς* et *μυστικὰς.* *Turn.* XXVI. 2. Vide notas Men. II. 2. 15.

11 *Jam hic fac sit*] Omnino sit legendum, non sis; ut habent Mss. et edd. Vult enim, ut herus ejus quamprimum ibi sit, cujus causa cenam erat paraturns; et fortassis etiam nuptialem. *Acidal.*

SCENA VII. 3 *Si sapias, sapias: habebas, quod Di danunt*] Pistorius cupias pro altero sapias. Sed videtur potius delendum, et scribendum, *si sapias, habebas quod Dei danunt boni.* Sic etiam melior fit versus. *Gronov.*

10 *Transenna*] V. N. Bacchid. IV. 6. 22.



13 *Decipitur in transenna*] Malim hic, *Excipitur in transenna*: verbum proprium de illis qui ex insidiis capiuntur. *Gronov.*

16 *Mihi istac, &c.*] Nulla causa est, cur a recepta lectione cum Schoppio abeamus. Nam si aliquis it prædam prædatum, hoc est, ad prædam prædatum, sive si aliquis prædam prædat; præda omnino id erit, quod quis it prædatum; eoque recte dicitur, 'præda itur prædatum,' hoc est, præda est, ob quod itur ad prædatum; seu, quod prædat: hæc voce accepta passive, ut olim deponentia capi solent. *Vossius.* Mihi videbatur legi posse, *Mihi istac videtur præda prædatum irier, &c.* Hæc, quam ad me detulisti, præda ad prædam ire mihi videtur, *Gripe*: nam, cum majore dote abitura est, quam advenit. Ut alludat *Dæmones* ad dotem, qua agnitam et inventam, occasione capti viduli, filiam suam adolescenti ingenio Atheniensi erat desponsaturus. *Boxhorn.* Nihil mutandum, *isthæc præda prædatum irier videtur.* Ubi *irier* pro iri, et 'iri' pro ire. Sic 'itur' in duodecim tabulis, pro it. 'Fitur' notatum *Prisciano* pro 'fit.' 'Potestur' apud *Virgilium* legitur pro potest. *Salmas.*

22 *Cum lusi*] Ego, cum me honeste oblectem, lucrum contemno. Ita *Lambin.* sed ridicule. *Sensus* est: Postquam mihi lusi; seu, postquam mihi non modo non damno, sed et usui fuit hic vidulus, inventa nempe filia, nullum præterea lucrum inde quaero. *Acidal.*

25 *Cum illos sapientis mores*] Vult: Populorum quidem in teatro probare meliora, plausumque adeo dare, cum a comico pronuntiatur sententia aliqua honestior: verum eundem populum, ut domum abiit, obtinere mores suos, neque facere in privato illud ipsum, quod voce manique publice probaverat. *Taubm.*

31 *Si aurum, si arg.*] Particula *si*

iterata utebantur interdum pro 'sive.' *Liv. vii. 26.* 'Precatus deinde, si Divus, si Diva esset.' *Agell. ii. 28.* 'Eas ferias si quis polluisset, piaculoque ob hæc rem opus esset, hostiam, si Deo, si Deæ, immolabant.' *Capt. i. 2. 5. Curcul. i. 1. 4. Gronov.*

32 *Illuc est*] Illa causa est, quam obrem servos improbos habemus: nempe, quod connivemus eorum peccatis. *Lamb.*

36 *Præda ipsus esset*] Quia addicendus esset dominus, aut noxæ dedendus noxali iudicio. *Lamb.*

SCENA VIII. 9 *At sume quidem*] *At sume quidem, ne censionem semper facias.* Ita omnino legendum, sed aliter exponendum quam vulgo censent. Illud *sume* referendum ad illa, 'dic ergo quanti censes,' id est, quanti æstimas: ubi æstimatio facta est, nihil restat, quam sumere in venditione, de cujus æstimatione ac pretio convenit. Cum toties illud verbi repetisset 'censeo,' ad id respondet quod dixerat, 'quanti censes.' Imo, inquit, rem sume quanti eam censes atque æstimas, ne semper facias censionem. Lusit in ambiguo significationis verbi 'censeo,' ut sæpe fit apud *Plautum.* *Salmas.* *At sume quidem*] *Sumo* *Grutero* est, absumo; *Pistorio*, eligo; *Salmasio*, dneo venditum et aufero. *Turnebus*, *Adsum equidem*: *Lipsius*, *Absumme quidem*: *Pontanus*, *At summa quidem.* Hunc proxime sensum accessisse puto. Sed 'sumo' est id ipsum, quod ille vult 'summo.' *Trinum.* 'Hæc ista ratio maxima est. *St.* Non tibi illud apparere, si sumas, potest.' *Lucilius* apud *Nonium*: 'Hæc est ratio perversa: æra sumpta et subducta improbe.' 'Sumere' igitur est subducere, summam facere. At 'censere æra' est dispungere; conspiciere, numquid digna sint, quæ accipiantur et subscribantur. *Ut in Trucul. i. 1.* 'Accipiat illico expensa, neque censeat.' Quem habuerunt in promptu

locum interpretes, sed eo nescierunt uti. Cum toties dixisset servus 'Censeo,' 'Sume tandem,' inquit herus: summam fac: satis censuisti, vel dispunxisti rationem. *Gronov.*

## ACTUS V.

SCENA I. 2 *Recuperatores*] Vide notas Bacch. II. 3. 36.

SCENA II. 4 *Ego qui*] Ἀνακόλουθον: nam ego, quo refertur, non habet. *Lamb.*

7 *Cubitum*] Homines pauperculi in re tali compendium præconis facere solebant: ut Gelasimus in Sticho. Opulentiores vero præconem conducebant e publico, palamque per eos, si quid vellent, prædicari jubebant. Qui mos in huic usque diem nobis quasi per manus traditus observatur: ut et ille alter, quo libellos indices sive tabulas papyrinas, longis, decumanis ac capitalibus litteris scriptas basilicarum vel templorum valvis, pilisque ac portis proponimus. Sunt autem 'longæ litteræ' pro 'in longum formatis productisque' accipiendæ. Ad quas item longam illam litteram singularem, quam ex se facturam sibi Euclionis Staphyla minatur, referendam censeo. De longis item litteris, et quidem cubitali modo, etiam Pænul. IV. 2. 'Ibi tu videas litteratas fictiles epistolas, Pice signatas: nomina insunt cubitum longis litteris.' *Douza.* Vide notas Anular. I. 1. 38.

15 *Verè natum est verum*] Ludit in floribus et fructibus vernis, qui fugaces sunt et in diem: cum contra plerique æstivi et autumnales fructus in totum durent annum. *Veru* ergo, quod antiquo sermone 'verum' (ut 'cornum,' 'genum,') appellat, rubiginosum dicit e vernis esse fructibus, et in manibus consenescere. *Turneb.* Non est reponendum *venenatum* pro *verè natum*, quamvis sic habeant codices; non enim potest huic loco convenire: at recte interpretantur

virī docti illud, *verè natum.* *Salmas.*

16 *Cum irraso capite*] Qui e naufragio servati erant, radebant caput, in signum liberationis; ut hic Longolus notat. Quanquam illi potius in periculo, et tempestate jam invalescente caput radere, atque etiam unguis præcidere solebant. At enim cum leno, supra scen. I. 'crispus' dicitur, putem cum hic dici, 'irraso capite,' id est, non raso; propter cincinnos in capillo crispo. *Pistoris.*

24 *Fabulemur*] Potentialis modus est; ne suasionis in eo vim perperam arbitreris. *Acidal.*

27 *Pasceolo*] Nonius: 'Pasceolus ex aluta sacculus:' a Græc. φασκώλιον et φάσκωλον. Suidas: φασκώλιον ἐστὶ μαρσύπιον. Asconius vocat 'scortear.' Est autem 'pasceolus' ὑποκοριστικὸν a 'pascelo.' *Meursius.*

29 *Diī me hominesque respiciunt*] Ita Bacchid. 'Tace modo: Deus respiciet nos aliquis.' Alluditur ad fortunam respicientem, id est, felicem et propitiam. *Taubm.*

31 *Commodum*] Vide notas Mercat. II. 3. 101.

32 *Sinus*] Sinus, vel sinum, vas sinuosum, rotundum et capace alvo. Virgil. Ecl. VII. 'Sinum lactis, et hæc tibi liba, Priape, quotannis Expectare sat est.' Græc. δῖνος. Alii *sinum* interpretantur vas, quod vini stillicidio excipiundo siphunculis subjicitur, quod 'excipulum' dicitur. *Taubm.* *Epichysis*] Vas vinarium, e quo in cyathos vinum affundebatur. *Turneb.* Ex Polluce constat, vasis etiam coquinarii genus fuisse. *Scalig.* *Gaulus*] Vasculum in formam cymbii. *Lambin.*

36 *Propere celeriter*] Glossulam sapit. Vel scripsit forte Plantus, *Eloquere properiter*: qua voce alibi usus, ut et similia ejus Apuleius. *Scriver.*

37 *Tramas*] Id est, fila putrida. V. N. Epid. v. I.

38 *Curculiunculos*] Id est, res nullius usus narras. V. N. Curcul.

39 *Num git frigidefactas*] Puto meliorem esse lectionem sicut edidit Camerarius, *Os calet tibi, nunc id frigidefactas*. Pro quo disparatim lectum est, *num cid*, et pro eo factum *num git*: quæ scriptura nihili est. V. N. Pœn. III. 5. *Salmas*.

43 *Talentum magnum*] Vide notas Mostell. III. 1. 114.

45 *Arroget*] Interroget, et tibi iusjurandum concepturo voce præeat. In stipulatione est 'adstipulator' plerumque, ut in promissione 'adpromissor.' Stipulator rogat; adstipulator adrogat, cujus vice nunc Venus erit, cujus in fano ad aram pactum conventum initur. *Turneb*.

46 *Tange aram*] Habetur hic formula iusjurandi corporaliter præstiti conceptis verbis, et adversario præeunte. Et notetur, iusjurandum aris tactis præstitum, quod et Cic. pro Flacco indicat, cum ait, 'Is si aram tenens juraret, crederet nemo.' Juvenal. Sat. XIV. 'Falsus erit testis: vendit perjuriam summa Exigua, Cereris tangens aramque pedemque.' Nam et sacramentum dicturi et precaturi aras tangebant, vel tenebant: habebant enim aræ ansulas quasdam, auctore Scalig. *Brisson*.

48 *Id quod domi*] Hoc quod habeo, et proprie meum est, nunquam aliunde supplex petam: lenones enim perjuri. Allegoria. *Lambin*.

60 *Tecum hoc habeto*] Hanc tamen precationem diram tibi servato, eaque in tuum caput vertatur. *Lambin*.

SCENA III. 12 *Condone te*] 'Condonare aliquem' est donare alicui, quod debetur, aut offertur: remittere, non exigere: 'condonare alicui aliquid' est idem quod simplex donare. *Gronov*.

18 *Conditum est*] Inventum et comparatum est. Priscos hac brevitate sermonis elegantiss. sæpe usos, docet Lipsius not. ad lib. IV. Taciti.

21 *Pontifex*] Pro arbitro accipien-

dum, eoque qui quasi pontificatum sine suffragio populi gerens, jus ipse sumit sibi de divinis humanisque rebus statuendi. *Douza*. Istud non ad ultionem vel jurisdictionem pontificum retulerim, sed ad criminis expiationem, quæ a pontifice quæri solebat: nam commissum piaculum dicebatur, cum id factum esset, cujus causa hostiæ aut libamenta deberentur; ut fraus, scelus, aut flagitium purgaretur: quod ex pontificum præcepto fiebat, si quid domestica religione piandum esset. *Guther*. *Tun' meo pontifex perjurio es*] Rad. quoque Fornerius VI. Quot. 2. hinc conjicit de jurejurando pontifices cognovisse. Sed neque 'pontificem' pro arbitro pati possum accipi, neque aut ultionem jurisdictionemque fuisse pontifici in perjuros, aut expiationem, quæ a pontifice fieri soleret, respici a Plauto puto: sed sacramentum, quod erat pœna perjurii inter litigantes. Erat enim 'sacramentum' pecunia apud pontificem deposita ab illis, qui de aliqua re apud judicem contendebant: victus perdebat eam, victor recipiebat. Cum autem juraret uterque, actor se non calumniari, a quo petebatur, se non inficiari calumniæ causa; contra quem pronunciabatur, etsi non damnaretur calumniæ, et ex animi sui sententia jurasset, tamen ipse eventus quodammodo faciebat perjurum: et hujus levitatis mulctam habebat amissum sacramentum. *Tun' meo pontifex perjurio es*, hanc habet sententiam: tibi ne ob id, tanquam pontifici, debetur sacramentum? *Gronov*.

24 *Cedo qui cum habeam*] Sensus hic est: Quid is, quod dare juratus sum, auferet a me iudicio, si probaverim, te stipulatum esse, dolo malo, et per hoc stipulationem non valere; meque viginti quinque annis minorem esse, et ob id Lætorix legis beneficio uti posse? *Ravard*.

26 *Habe cum hoc*] Scil. iudicem.

Certato sponſione cum Dæmone, non mecum. *Lamb.*

27 *Jam ab isto*] Quasi dicat: Volo de hac controversia vestra cognoscere: nisi autem a me damnatus sit Gripus, vidulum non auferes. *Lambin.*

35 *Tum te mihi*] Continuat orationem a Gripo interruptam.

36 *Pro meo Jure*] Nempe cum dicis, me tibi gratiam referre oportere, vidulum mihi reddis. *Lambin.*

37 *Mirum quin, &c.*] Cum dissimulatione urbana pronuntiandum. Mirum, inquit, me tuum jus non cum damno meo persequi! Quasi dicat: Stultum fuerit, jus tuum in meum damnum expetere. *Lambin.* V. N. Anl. t. 2. et Mostell. II. 2.

39 *Mancipium meum*] Gripus meus est: ita quod abs te stipulatus est, mihi debetur. *Lamb.*

44 *Non hercle istoc*] Non hercle talentum argenti mihi debitum avertes a me, si maxime vidulus mihi

ereptus est. *Lambin.*

58 *Jurisjurandi volo Gratiam*] Gratia jurisjurandi solet aut ad delatum et susceptum, aut ad præstitum jusjurandum referri. Qui jusjurandum remittit, gratiam jurisjurandi facere dicitur: qui præstiti jurisjurandi religione aliquem liberat, is etiam jurisjurandi gratiam facit. Atque ex hoc Plauti loco evidenter apparet, cum id, quod juramento promissum est ultro, sive (ut hic) pactione aliqua, remittitur, tunc etiam jurisjurandi gratiam fieri. Sueton. Tib. c. 35. 'Equiti Rom. jurisjurandi gratiam fecit.' *Ravard.*

63 *Pollucti*] Si nobis esset cœna tam laute apparatus, quam esse solent eorum, qui 'votivum epulum' faciunt, vos vocarem. V. N. Stich. II. 1. *Scalig.* Vereor ne heic lapsus sit; certe improprie locutus est Plautus, exque usu theatri: nam polluctum omne in fano consumebatur. *Guther.*

---

## STICHUS.

### ACTUS I.

SCENA I. 2 *Vidua*] Verbum *vidua*, quod in Mss. et edd. omnibus est, ejecit Muretus: nullam ob causam. Si putavit, non convenire; sciat 'viduam' dici, et quæ maritum adhuc habet, et quæ nunquam habuit. Seneca Agamem. vs. 157. 'Decem per annos vidua respiciam virum?' Ibid. vs. 195. 'An te morantur virgines viduæ domi?' *Gruter.*

4 *De nostris factis*] Lambinus expungit *factis*, Gulielmus mutat in *facil*, ἀρχαῖκός pro facile. Neuter recte. Proba est veterum librorum scriptura, *De nostris factis noscimus*,

si bene interpreteris. *Nostris* non construendum est cum *factis*, sed subintelligendum 'animis.' *Factis* idem est quod reapse, revera, experiendo. Penelopæ afflictum ob absentiam mariti Ulyssis animum, nos ex nostris animis itidem eadem de causa jam mæstissimis facile metimur. *Bozhorn.*

10 *Salven' anabo*] Persuasit plerisque Donatus ad Terentii Eunuch. v. 5. dicendum esse *Sutin' salve*, et posterius vocabulum esse adverbium, quod significet 'integre,' 'commode,' 'recte.' Addiderunt suppressum in eo esse verbum *agis*. Ego quidem memini apud Appuleium legi, 'quam

salve agis:’ sed id apud antiquiorem monstrari mihi unum velim: aut ad illud ‘Quid agis,’ responderi usquam, ‘salve.’ Interim potius duco scribi, *Satin’ salva?* ut intelligatur, ‘res sunt.’ Hoc jubent integra, ‘salva res est,’ et ‘salvis rebus’ toties frequentata. Sed et apud Livium Lucretia interrogata, ‘Satin’ salva?’ non tantum respondet, ‘Minime:’ quod majusculis literis ponit Brissonus, tanquam argumentum in interrogatione etiam adverbium esse, quod ille vult: sed etiam, ‘Quid enim salvi est mulieri amissa pudicitia?’ Ubi intelligas eum rogaretur, ‘salvæne res sunt?’ respondisse, ‘Minimæ salvæ sunt: quid enim rerum saluum est mulieri,’ &c. At in *Menæchmis* v. 2. ‘Salva sis: salve advenio? salven’ accessi jubes?’ Sed ineptum rogare senem, an ipse salvus adveniat. Scribendam vero, *Salvene advenio? salven’ accessi jubes?* Gronovius.

19 *Dividiæ*] V. N. Bacchid. iv. 6. *Senio*] V. N. act. ii. sc. 1.

20 *Neu tuo id animo*] Non perceperunt Plauti mentem interpretes. Pater ultro ægre et male facere, filiasque a maritis absentibus abducere, aliisque in matrimonium dare minabatur. Dixerat Pinacium; eas res vitæ se saturare, et senio sibi ac dividiæ esse, animi sui dolores lachrymis testata. Monet ergo eam Panegyris, ne querelis aut lachrymis se affligeret, neve propter irritas forte et vanas patris minas, certam animo suo ægritudinem adferret. Hæc vera est hujus loci sententia. *Boxhorn.*

29 *Domo ut abierunt*] Haud dubie allusit ad antiquam legem, qua certum tempus absentia viri fuit definitum. Sane simile quid de patre absente relatum in jure est, in leg. x. de Ritu Nupt. D. *Boxhorn.*

30 *Hic tertius annus*] Utrum ejusmodi absentia legitimam causam

præstet divortii, disputat Hotoman. De Rit. Nupt. c. 24.

40 *Tametsi es major*] Acad. *tamen etsi es major.* Quam particulam et alibi Plauto docti viri restituerunt. *Gronov.*

43 *Nos faciant*] Lambinus legit, *in nos faciant secus*, contra librorum omnium consensum. Aliter aliquem facere quam æquum est, haud minus Latine dicitur quam, ‘magni,’ ‘plurimi,’ ‘parvi aliquem facere.’ *Boxhorn.* Nihil hæc ad propositum. Sed genus est loquendi, quale Trucul. t. 2. 79. ‘Linguis dicta dulcia datis, corde amare facitis Amantes, si qui non danunt.’ *Gronov.*

44 *Obnoxia*] Id est, affines sive compotes noxæ. Sallust. ‘Nobilitas obnoxia atque eo perculsa.’ *Douza.*

50 *Hæc conditio*] Conditio nuptiarum. Inde recepta formula, ‘conditio tua non utor.’ Vide l. i. de Divort. et Repud. *Boxhorn.*

52 *In patris potestate*] Vide Hotoman. de Ritu Nupt. cap. 24. ‘An coëmptione filia e patris potestate sit emancipata.’

54 *In cogitando mærore augcor*] Qui volunt *ἀδιαπεροῦ* esse *incogitando*, falluntur. Concedimus. Sed quare? Si enim *incogito* Latine diceretur, significaret idem quod non cogito. Id vero increpat Horatius, qui Ep. ii. 1. ‘Non fraudem socio puerove incogitat ullam Pupillo.’ At illi putant, quod dixerunt, confirmari vocabulis ‘incogitantia,’ ‘incogitans,’ ‘incogitatus.’ At id est argumentum fallax. Nam et ‘invisus’ est non conspectus, nec tamen ‘invideo’ non video; et ‘impastus’ jejunnus: at Columella vi. 5. ‘In ea loca perducendi sunt, quibus nullum impascitur pecus:’ et ‘incoctum dare’ Plauto nostro, nec tamen sic ‘incoquo.’ Sic etiam ‘indictum’ est aliquando non dictum: at non ‘indico’ taceo. Quid superest? nempe scri-

bendum, *im cogitando*: hanc levem esse et prope nullam mutationem: *Im ἀρχαϊκῶς* pro *eum*, quod sit patrem et patriam potestatem. Certe levis est, et nullius ponderis hæc mutatio. At qui sapit, mutare caveat. Nam et sic in Trinummo II. 1. 'Multas res simitu in meo corde vorso, multum in cogitando dolorem adipiscor.' Gell. XI. 16. 'cum diutius tacitus in cogitando fuisset.' Dicit se scire, quæ dixerit soror, et crescere sibi mærorem, dum cogitat. Gronov.

SCENA II. 2 *Voluntate, &c.*] Hoc est, ut loquitur alias, a se, sua sponte, nullo alio monente. *Dissald.*

3 *Quotcalendis*] Dictum, ut 'quotannis,' 'quotmensibus,' 'quotdiebus;' pro, singulis annis, mensibus, &c. Ulpianus, 'Nihil interesse,' inquit, 'utrum in annos singulos, vel quotannis; an in singulos menses, vel quotmensibus; an in singulos dies, an quotdiebus legetur.' *Popma.* *Demensum*] Donatus: 'Servi quaternos modios accipiebant frumenti in mensem: et id Demensum dicebatur: utrum a mense, an a metiendo, incertum est.' Ego a 'dimetiendo' dictum non dubitem: quoniam certa mensura daretur. Juven. 'Servorum ventres modio castigat iniquo Ipse quoque esuriens.' Potest fieri, imo solet, ut honestiores plusculum acciperent. Atque alia erant rustica cibaria, alia urbana. Et quia petebatur dabaturque singulis calendis, scriptores inferioris ævi 'demensum' pro stipendio, salario, honorario quolibet, vitæ ratione etiam usurparunt. *Colvius.*

6 *Vos monumentis*] V. N. Most. IV. 1. Urbane lora e corio bubulo vocat 'monumenta bubula:' nam a monendo dicuntur 'monumenta.'

11 *Offirmabit*] Glossæ: 'Obfirmatum, firmum, decretum, obstinatum.' *Bozhorn.*

14 *Decurso ætatis spacio*] Elegan-

ter. 'Spaciari' proprie est in stadio currere: nam τὸ στάδιον Æoles vocabant σπάδιον: unde Latini, qui multum Æoles imitantur, fecerunt *spatium* suum. Inde in Eleg. De Obitu Mæcenat. 'respaciens equus' dicitur qui finivit curriculum et *spacium* suum. *Scalig.*

19 *In eas simulem*] Tmesis; pro *eas insimulem*. Donatus ad illud Terent. Phorm. II. 3. 'Si herum insimulabis avaritiæ, male audies,' notat, 'Insimulatio est et falsi et veri criminis incusatio.' *Lambin.*

27 *Assimulabo quasi aliquam culpam*] Nihil tamen horum fecit postea. *Taubm.*

29 *Post id agam igitur: deinde, &c.*] Id est, ultimo, et postea omnia faciam palam, quid mihi animi sit. *Salmas.*

35 *Salsura*] Translatio ad animum a palato, quod nimio sale offerditur. *Douza.*

37 *Mane pulvinum*] Expecta pulvinum qui supponatur.

41 *Matresfam.*] Quid 'matrona,' quid 'materfam.' docet Agellius XVIII. 6.

44 *Magnificare*] V. N. Pseud. IV. 1. et Cistell. I. 1. 'Quia me colitis et magnificatis.'

57 *Omnibus os*] Talis sit omnium de iis existimatio, ut nemo eis maledicere merito possit vel audeat. *Lambin.*

59 *Ubi*] Qua in re exploratur? *Lambin.*

61 *Pensior*] V. N. Bacchid. III. 2. 10.

63 *E mulis multis, &c.*] Epicharmus, tradidit Aristoteles, interdum sententias quasdam ita conformasse, ut e contrariis constare viderentur; cum tamen in eis bis idem diceretur. Risum autem commovet illa stultitiæ imitatio καὶ τὸ παρὰ προσδοκίαν: cum auditor, qui aliquid aliud expectabat, sua se spe delusum videt. Quo in genere Plautus frequenter

ludit: et interdum siue illa simulata contentione contrariorum ridiculi causa ejusmodi enunciationes ponit: in quibus, ut dialecticorum more loquar, idem sit τὸ κατηγορούμενον τῷ ὑποκειμένῳ: idque nonnunquam paulo aliis, nonnunquam etiam plane iisdem verbis. Sic in Curculione (IV. 4.) leno: 'Quoi homini Dii sunt propitii?' exspectes, dum dicat, Ei omnia succedunt sub manum; aut aliquid ejusmodi: at ille, 'Ei,' inquit, 'non esse iratos puto.' Quod tale est, ac si quis diceret, Vinum quod album est, nigrum non esse arbitrator. Itaque ridicule quidam illic acutus esse voluit, et argumentari eum a contrariis dixit. Simile illud quod est hoc loco? 'E malis multis malum quod minimum est id minimum est malum.' Talia erant illa, quæ ridentur a Stoicis, 'Si dies est, dies est. Est autem dies: Est igitur dies.' Cui enim dubium esse potest, quin quod malum minimum est, id sit minimum malum? Sed sunt quidam μωροσοφοί, qui hæc perinde accipiunt, ac si serio a Plauto dicerentur. Simile est illud e principio Capt. 'Hos, quos videtis stare hic capteivos duos, Illi qui stant, hi stant ambo, non sedent.' Hoc enim dicit, eos captivos, qui illic stant in conspectu omnium, eos igitur stare, non sedere. Deinde quasi res dubia sit, aut testibus eget, itidem risus causa: 'Vos, vos,' inquit, 'mihii testes estis, me verum loqui.' *Muret.*

69 *Ingenium ingenii*] Vide notas Pœn. v. 4. 12.

78 *Latrones*] Id est, milites. V. N. Mil. I. 1. 76.

81 *Conditionem*] Vide notas Aulular. III. 5. 2.

89 *Nunc placet*] *Lego, nunc places.* Et nescio an unquam aliter. Cui respondet, et tanquam adversatur, 'Non places.' *Trucul.* 'Non places: in mutum confers culpam.' *J. Gulielm.*

SCENA III. I *Famem fuisse, &c.*] Festivissime ridiculus est Gelasimus, et nomen suum egregie tuetur: novo inauditoque exemplo 'Famem' sibi olim 'matrem,' et nunc 'filiam' eandem argutans: quam parere vicissim nequeat tamen: et eo, de ingratitude ipsius, ventrisque sui inanitate pleni, diutina verminatione queritur. *Taubm.*

4 *Eam mihi nunquam*] Hæc conjectura est Acidalii. Mss. *Quam ego matri meæ refero invitissimus, Neque retulit quam ego refero meæ matri Fami.* Unde τὸ *fami* tollendum non fuisse ostendit Sosipater Charisius, qui annotavit Plautum in Stichochis dixisse *fami*. Pareus igitur id trajicit in priorem versum, sublato τῷ *refero*. Deinde nescio quam bene, qui beneficium dat, a quo incipit benignitatis commercium, is dicatur retulisse gratiam. Suspicio autem ita scriptum fuisse, *Gratiam ego matri meæ refero invitissimus. Nemo retulit, quod ego, meæ matri Fami.* Sic versus constant, sic sensus. Ex *Gram* facile potuit fieri *quam*. Neque mirum τὸ *refero*, quod adscriptum erat, tanquam intelligendum, in contextum migrasse. *Gronov.*

17 *Nunc si ridiculum*] Id est, parasitus, qui vel agendo, vel patiendo ridiculum se aliis præbet. Qui ad morem præconum in mancipia hastæ subjecta jocos et dicteria jactantium, alludi hic putant, nimis falluntur. Notum illud Juvenalis: Nihil durius in se habere paupertatem, quam quod ridiculos homines faciat. Ipse Gelasimus infra: 'Gelasimo nomen mihi indidit parvo pater, Quia inde jam a pauxillo puero ridiculus fui,' &c. *Boxhorn.*

18 *Cum ornamentis*] Cic. pro Sestio: 'Vivus, ut aiunt, et videns cum victu suo ac vestitu publicatus.' Sic ista duo conjungebant, cum personam cum rebus omnibus se vendere significabant. Vendebant et servos cum ornamentis, id est, cum vestitu,

nonnunquam et si quid penoris sibi instruxerant. Quod Plaut. eadem fabula, 'Meo cibo et vestitu rem cura publicam,' dixit, ista duo copulans. 'Victum' et 'cultum' etiam sæpe conjungi reperias. *Turneb.*

28 *Quis esum me vocat*] Sic Menæch. III. 1. 'Qui esum neque vocantur, neque vocant.' 'Vocare' solenne Romæ verbum in invitationibus conviviorum fuisse, docuit luculentissime J. Gul. Verisim. l. 1. c. 18. Pl. Quæst. in Amphit. c. 8. testimoniis Ciceronis, Justinian. J. C. et aliorum.

31 *Veni*] *Μίμησις* orationis eorum, a quibus olim vocabantur. *Lamb.*

38 *Ni vere*] Velim huic verbo, *Vocem te ad cœnam, nisi egomet cœnem foris*, lumbos defractos esse: nisi ille qui id usurpat, continuo pereat, si me eo delinquit, et domi nihilominus cœnet. Ita Pistoris interpretatur, sed male. *Perierit ad verbum; Vocem te ad cœnam, &c.* referendum est, non ad illum, qui eo utitur. Lumbis defractis esse, et plane periisse differunt. Hoc ergo vult; Huic verbo, *Vocem te ad cœnam, &c.* lumbos esse defractos velim; nisi id plane perierit, eo, qui id usurpavit, non foris, sed domi cœnante. Plerique enim obvii parasitis foris sese cœnatos mentiebantur, ne domi cum edacibus et famelicis parasitis cœnare cogèrentur. Cum autem domi cœnarent, qui foris se cœnatos mentiti erant, non tantum lumbis defractis erat, sed omnino perierat illud verbum, quo se foris cœnatos erant testati. In eo consistit Plantinus hic jocus. *Boethorn.*

41 *Itaque auctionem prædicem*] Tanquam præcoeres venales proclamem. V. N. Epid. II. 2.

49 *Alicum es cogat*] Utrum ære alieno coactus auctionem faciat.

52 *Miseri*] Nam curiosus ultro miseriam, suo labore, sibi attrahit. *Taubman.*

54 *Nam curiosus*] Sic Sueton. 'Curiosum ac speculatorem ratus.' Et proprie *curiosus* est *πολυπράγμων*: ita Plutarch. *πᾶς πολυπράγμων κακοήθης*. *Casaub.* Porro pro sententia hac Plantina inprimis facit Taciti locus sine Vitæ Agricolaë: ubi de Domitiano: 'Per omne valetudinem ejus (nempe Agricolaë) crebrius, quam ex more principatus, per nuntios visentis et libertorum primi et medicorum intimi venire; sive cura illud, sive inquisitio erat.' *Boethorn.*

63 *Consemmi*] Hinc *senium* ponunt *ἀντι κακόηθους ἢ κακευχίας*, sine squalore et illuvie. Manilius: 'Æternisque senes curis.' *Casaub.*

67 *Præda erit presentium*] Quasi dicat: Non est, quod emptor quispiam, bellissima hac occasione semel dilapsa, nunquam porro speculam sibi faciat, ex hac parasitica auctione vel ramenta plumbea se propensiorum discessurum: nihil enim quæstus erit animo aut corpore absentibus aliudve jam agentibus. Oppido quam ridicule, imo vere parasiticum in morem. Lambinus sententiam parasiti non assecutus est. *Douza.*

68 *Licemini*] Vide N. Menæch. v. 9. 97.

69 *Qui cœna poscit*] Quis vult me data cœna emere. *Lamb.*

70 *Hercules*] *Lego, Hercules te ana. tibi prandio? cœna tibi?* Ridicule Herculem invocat, ut in auctione sibi præsto sit: et ita precatur, quasi non tam sibi ab illo, quam ipsi a semetipso velit beneficium præstari: ideoque ait, non *me*, sed *te ana*. Cur hoc? quia decimam ex auctione voverat Herculi. *Acidal.* Non videtur stare posse lectio scriptorum codicum, *prandia, cœnas tibi*. Lex enim metrica repugnat. Deinde verba illa 'nemo meliores dabit,' plane constat referenda esse ad ea quæ præcedunt: 'Logos ridiculos vendo, agite, licemini.' *Salmas.* *Hercules te amabit: prandio? cœna tibi?* Ita distinguendum censeo. Al-



loquitur quasi aliquem de corona circumstantium in auctione. Si redimas meos logos, amabit te Hercules. Quare? quia hujus tutelæ se ducebant parasi: quod et ipse fingatur escæ maximæ (vide Enripidis Alcestim) et quia polluctis Herculi nunquam deerant parasi. Inde in Curcul. 'Invoco almam meam nutricem Herculem.' Nec mirandum Herculem dici nutricem; nam sic et agrum dicit 'nutricem' Trinum. II. 4. 111. Similiter sequentia cum dicit, ab alio ad alium oculos circumfert, et significat: Tunc prandio poseis tibi tanquam pretio, quos vendo, logos? tunc cœna? Sic et 'ehem annuisti?' quasi aliquis licere visus fuisset. Et huc pertinet Suetonio in Calig. c. 28. 'Aponio Saturnino inter subsellia dormitante monitum a Caio præconem, ne prætorium virum crebro capitis motu nutantem sibi præteriret.' Gronov.

73 *Gracas*] Quæ elegantiores erant, propter unguentorum copiam. *Lumbin. Sudatorias*] Solebant enim et Græci et Romani, priusquam accubitum irent, in balneis sudare et ungi. *Lumbin.*

74 *Malacas*] Molles, delicatas, eisque adhibendas, qui Veneri familiaribus, quam Baccho. V. N. Mil. III. 1. 73. Bacch. I. 38. *Crapularias*] Uctiones, quæ adhibendæ sunt iis, qui hesternam crapulam nondum exhalauerunt.

77 *Strigilem*] Strigilibus defricabant veteres, posteaquam uncti fuerant, et divites quidem a parasiis. *Scaliger.* Vide et N. Persa I. 3. 44. *Ampullam rubidam*] V. N. Persa. I. 3. 44.

78 *Parasitum inanem*] Jocosè de se, ut inani vase loquitur. *Lamb.*

80 *Uti decumam, &c.*] Decimam partem honorum Herculi consecrabant veteres: causam reddit Plutarch. Quæst. Rom. 'Polluere' autem sacrificiale verbum est, et reddituum libamenta Dis. 'Pollucibiliter cœ-

nare,' id est, Salialiter, opipare, et splendide: et 'polluctum,' hujusmodi cœna. Vide etiam N. Rud. v. 3. 63. et N. Mostell. I. 1. 23.

88 *Micotrogus*] Α μικκός, id est, μικρός, et πωροῦν, id est, rodere, quasi *Paucirodus*. Convenit autem hoc verbum parasiis; qui, ut mures, aliena rodunt. *Taubm.*

96 *Exta cocta*] V. N. Amph. III. 3. 13. Mil. III. 1. 118. Rud. II. 3. Quot *agnis fecerat*] Id est, sacrificarat. Virg. 'Cum faciam vitula.'

101 *Nec nu, nec nutuum*] *Mu* minimum quid notare, inquit Varro de L. L. I. VI. respexitque interim ad *nutui* primam syllabam; quasi ne illa quidem ipsi, ne dum totum *nutuum*. *Gunter.*

103 *Venditarium*] 'Lingua venditaria' ea est, non quæ vendit, sed quæ vendere cupit. Nam 'vendito' non est frequenter vendo, sed vendere cupio. Cic. Arusp. Resp. 'Atque ei sese, cui totus venerat, etiam vobis inspectantibus, venditaret,' id est, se ei vendere vellet. Talia multa sunt, quæ frequentativæ formæ censentur, cum sint desiderativa. Sic 'prendo' non est prendo frequenter, sed prendere cupio. 'Capto,' capere desidero: ita 'dormito': 'ostento,' ostendere me in aliqua re volo. 'Munito,' munire cupio, Cic. pro Rosc. Am. *Turneb.*

114 *Ex pictura*] V. N. Epid. III. 3. 29.

116 *Submerum*] Aliquantum merum, non admodum aqua dilutum. *Lamb.*

## ACTUS II.

SCENA I. 3 *Lubentia*] Vide notas Persa v. I. 8.

7 *Honestâ*] 'Honestare dicta factis' valet 'verba ad rem conferre.' Inhonestâ enim oratio est, cui fidem non facias. *Palm.*

13 *Cubitis depulsa*] 'Perungere' est perungere turbam, ἐπιχέουσα:

pro quo Horatius Sat. II. 6. dixit, 'facienda injuria tardis.' In Ep. Epicuri non absimile, *τρικύλιστος εἰμι ἀποθεῖσθαι*. Plautus melius, *cubitis depulsa de via*. Scalig.

16 *Lascivibundum*] F. *lixabundum*. Festus: 'Lixabundus, iter libere et proluxe faciens.' *Scriver*.

33 *Talhybii*] Talhybius et Eurybates, nuncii et præcones in exercitu Græcorum. *Taubm. Contemnanque*] Proprie dictum *contemnam*. Id verbum superbiam indicat ex alto despicientium alios. Ter. Eun. 'Hic ego illum contempsi præ me.' Itaque, Ulpiano auctore, a contemnendo 'contumelia;' quæ aut fit, cum contemptum alicujus facto ostendis; aut dicitur, cum verbis solis. Asin. 'Tu contumeliam alteri facies, tibi non dicatur?' *J. Gul.*

34 *Meditabor*] 'Meditari' pro exercere dictum Vegetio frequentissime, item Cicero, aliis, Virgil. Bucol. I. 'musam meditaris avena,' id est, exeres: vel cantas, *μελετᾶς*, ut Serv. exponit, et Latinum inde deducit. Etiam *μελετᾶν* quandoque *declamare* significat, apud Plutarch. in Cic. et lib. II. Epigram. etiam 'meditatio' eadem notione est. *Stewech.*

35 *Sed spacium*] Id est, spatium hoc nimis cito confici potest; nimisque breve est ad cursum Olympicum: vel spatium jam a me confectum et decursum est. *Lambin.* Spacium sive curriculum istud citius a me decursum est, quam me cursuræ porro longioris tædium aut satietas cepit. *Douz.*

40 *Nimis vellem*] Precatur foribus, quod putat esse summum flagitium, ab hero fingere: ut postea receptæ pœnas darent, quas solent fugitivi. *Lamb.*

50 *Quas tu vides colubras*] Insanum dicit esse parasitum puer, atque a Furiis et intemperiiis agitari: ideoque ex eo quærit, quas colubras videat; quod Furiæ non tædis modo ardentibus, sed colubris quoque ac

serpentibus insectari eos, quos agitabant, putabantur. *Muret.*

SCENA II. 10 *Men' rogas propudiose*] Sic recentiores. Antiquæ editiones, *Men' fastidis*. Mss. *Mihi infastidis*. Legendum, *Mein' fastidis*. Ut in Aulul. II. 2. 'Abiit neque me certiore fecit: fastidit mei.' *Scioppius*. Mss. Acad. *Men infastidis*.

14 *Tui honoris caussa*] Est formula exprimens, quod vulgo diceremus, tua caussa, ut tibi obsequerem, ut tibi indulgerem. Curc. IV. 3. 17. Pœn. III. 3. 26. *Gronov. Apportas*] V. N. Mostell. II. 2.

15 *Nimio impetior multo tanta*] Ed. Brix. et traduces, *tanto*: quod profero, et junctim efferenda omnia, *Nimio multo tanto plus*. In qua forma sunt aliquot gradus augmenti: Plus, tanto plus, multo tanto plus, nimio multo tanto plus. Non dissimile Bacchid. IV. 4. 'nimio minus multo parum.' Frequentius tamen hæc junguntur, 'nimio tanto plus;' ut in Bacchid. I. 2. Frequentissime 'multo tanto,' cum gradu comparativo. Apuleius Apol. 'pari quidem stultitia, sed multo tanto vanius et nequius excogitatum.' *Acidal.*

17 *Quid ego*] V. N. Amphitr. IV. 3. 6.

24 *Texturam improben*] Sic Mss. pr. Cam. ut ædiles in mercibus et opificibus examinandis multa publice improbant. Verbum enim hic est *improben*, (non nomen, ut acceperat non nemo fingens *improbis*), cui contrarium 'approbo.' *Pistoris et Gruter.* Facit huc illud Rud. II. 3. 'quamvis fastidiosus ædilis est; si quæ improbæ sunt merces, jactat omnes.' *Gronov. Operam aranearum perdam*] *Terentium* Nonius in Aranearum. *Scriver.*

28 *Nasiternam*] Nasiterna, genus vasis aquarii, ansati et patentis, quale est, quo equi post confecta spacia in circensibus perfundi ac recreari solent. (Pœnulo v. 5.) Ita dicta, quod tres nasos, hoc est, ansas haberet. Ita Vatinianis calicibus assignat 'nasos'

Mart. et Juven. 'Siccabis calicem nasorum quattuor.' *Scaliger. Sine suffragio*] Usurpatur, ubi quis in alieno negotio imperiosior. Cicero: 'Sed quæro quid hac re turpius; quam sine provocatione senator, sine mandatis legatus?' *Taubm. Sine suffragio populi ædilitatem hic gerit*] Proverbialis sermo est in eos, qui loco alieno et domi suæ multa imperando, et pro imperio agendo, quod jus non habent, usurpant, et per impudentiam atque audaciam sibi faciunt. *Gronov.*

30 *Pingelumum*] Scil. floribus. Sic in Appendice Virgilii: 'Ver pingit vario gemmantia prata colore.' Et Lucret. lib. II. 'Pinguntque rosarum floribus,' &c. id est, variant ac distinguunt. Unde ver, 'pictorem mundi' quidam vocavit eleganter.

41 *Commodum*] Alciatus 'jam,' Lambinus 'tantum quod,' interpretantur.

44 *Cercurum*] V. N. Mercat. I. 1. 56.

45 *Velo passo*] 'Passo,' id est, 'laxo et rugoso:' Nonius. Recte atque exacta disciplina Nonius, qui morem hunc habent, ut quotiescunque portubus insinuanda sunt navigia, 'pedem faciant' illico, laxentque velorum sinus: ne vento secundo impetum navis adjuvante syrtibus ac pulvinis illisa, vado adhærescant. *Douza.*

53 *Eburatos*] Sic Apul. 'ebore nitescentes lecti.' Ex eo enim fiebant tam cubiculares, quam tricliniæ. *Colvius.*

54 *Consutaque tapetia*] Al. *scelluta. Lege, belluta. Scriber. Consutaque*] 'Consuta tapetia' dixit hoc loco Plautus, quæ Græcis *ῥαπτὰ, κεντητὰ, ῥαπιδοποικιλτά. ῥαπιδοποιοί* Græcis, *ποικιλταί* qui *acu faciunt*, ut de Phrygibus dicit Plinius. Tertullianus Phrygum in pingendis vestibus artificium, et Babyloniorum in pingendis peristromatis ita separat, ut Phrygibus insu-

endi artem, Babylonii intexendi tribuat. Sane Babylonii stragulis vestibus, quas pingebant, diversos colores intexebant: sed ars tamen hæc eorum pingendi acu tota peragebatur; quare non minus 'insuere,' quam 'intexere' dici possent. Nota illa Martialis: 'Babylonica picta superbe Texta Semiramia quæ variantur acu.' Verum etsi utriusque acu uterentur, constat tamen diversum Phrygionum, et eorum qui Babylonica variabant, plumariorum artificium fuisse, et in diversis operibus artem eos exercuisse. *Salmas. Consutaque tapetia*] Mirum est in suendis tapetiis istis potuisse occupari magnos etiam viros, Scaligerum et Salmasium. Ecce tibi, qui in vet. ed. reperit *sella et tapetia*, et inde constituit *solla et tapetia*. Liber optimus, *peristromaton silla et tapetia*. Alter eodem modo, nisi quod *sella*; ut et Academicus. Quis hinc non videat faciendum, *peristromata, conchyliata tapetia?* Ut Pseudolo I. 2. 14. 'belluata, conchyliata tapetia:' ubi item castissimæ membranæ alteræ, *consiliat appetia*; alteræ, *consilia tappetia*. Et item frustra est Gruterus cum *consulis* suis. Qui autem *consiliata* fecerunt, tenebantur errore plusculorum doctorum virorum *consilium* nescio quid esse in tingenda purpura: a quo semper facile cavi, et poterant cavere illi, si Salmasium ad Tertulliani Pallum legissent. *Gronov.*

57 *Sambucinus*] Inter cœnandum, acroamata omnis generis adhibebantur. Nam aut symphonia personabat triclinium, aut instrumenta varia organaque concinebant, aut tragœdiæ aut comœdiæ mimique agebantur: incendebantur odores naribus gratissimi. Menæch. II. 3. 'Sternite lectos: incendite odores.' Hinc apud Virgil. *Æneid.* I. in convivio Didonis: 'Cithara crinitus Iopas Personat aurata.' Et Livius lib. XXI. 'Tunc psaltria sambucistriaque, et

convivalia Iudionum oblectamenta, addita epulis.' *Pius*.

58 *Alludiabo*] 'Alludiare' et 'alndere,' verbum aptæ significationis, et in qua haud facile aliud unum reperies, pro nutu, arridendo, tactu manuum vel pedum, aut quacunq̄ gesticulatione; sed etiam voce amatorum se ostendere, scortillo aut puellæ se venditare. Pæn. v. 4. 64. Terent. Eunuch. 'Forte habui scortum, cœpit ad id alludere.' *Gronov.*

70 *Discessisses*] Decima scilicet adancta tibi ex hereditate, quam frustra cupidissime inhiaveram credulus: quam si ex sententia utriusque nostrum cernere contigisset, nã tu pulcre ac basilice decima ista, quam vovi, mactus ac pollectus discessisses. Lambinus poëtæ mentem vidit. *Douza.*

72 *Administrem*] Vide notas Cæc. iv. 1. 22.

73 *Provenisti futile*] Ut a facilis, facile, ita a futilis, 'futile' adverbium est. 'Provenisti futile' nihil hic aliud significat, quam, Nihil efecisti, frustra es. *Boxhorn.*

### ACTUS III.

SCENA I. 12 *Stega*] Vide notas Bacch. II. 3. 44.

19 *Multaverim*] Id est, ἐξηριθμησάμην. Veteres enim *multare*, id est, numerare dicebant: quanquam proprie est πλοσσηριάξεν in auctionibus, quod 'polliceri' dicunt Latini. *Scalig.* Non potest ferri 'miserias mulcare,' quamvis hoc loco *mulcaverint* præferant libri pro *multaverint*. Nihil frequentius in libris occurrit, quam permutatio harum litterarum invicem. Hinc sæpe scriptum invenitur 'multare' pro 'mulcare.' *Multare* est quod Græci dicunt πλοσσηριάξεν. *Salmas.* *Miserias multaverim*] Quæ fingunt docti viri de *multare* pro numerare et πλοσσηριάξεν, cupio magis credere, quam possum. Ab ἀμέλω *mulgeo* est. Inde *mulceo*, quia mulcendo,

fingendo, deducendo, ex umberibus lac elicitur. Hinc 'mulctare' et 'mulcare' pro *mulcitare*: utrumque proprie ac primum est mulcere nimis, ut doleat: dein distinxerunt, ut hoc esset tractim tangere verberibus: illud pœnæ causa ita mulcere, ut emulgeas partem sanguinis viscerum de patrefamilias; hoc est, bonorum: quæ ista quoque appellatione contineri ostendimus *Observat.* iv. 24. Hinc *mulcta*. Nec Sabinum aut Oscum est hoc, ut Varro et Festus tradunt; nisi illi primi hæc omnia ex Græco fonte hauserunt: neque a 'multus,' quod a μάλα μάλιστα descendere puto: sed *multa* et *multare* quidam maluerunt lenioris pronuntiationis ergo. Hic igitur, nisi finxit verbum vel duriter transtulit joci causa, (nam quodammodo plectuntur ærumnæ, cum superantur et domantur,) malim *mutaverim*, id est, alias post alias subierim ac toleraverim. *Gronov.*

28 *Eo condixi*] Ad Stephaninum amicam communem. 'Condicere' apud JC. est denunciare. Hinc 'condicere cœnam,' cum quis alteri denunciat, se cum eo cœnaturum: ut convivæ, non convivatoris sit. Cic. *Epist. Fam.* i. 9. absolute dixit, 'cum mihi condixisset, cœnavit apud me.' Suetonius Claudio c. 21. 'velut ad subitam condictamque cœnulam invitare se populum dixerat:' qualis nimirum amicis, qui seipsos invitant, apponitur: quam idem non illepidè 'sportulam' vocabat. *Torrent.* De 'symbola' V. N. *Epid.* i. 2. 12.

32 *Meam culpam*] Me accusato, nisi ego hunc diem totum in genio curando consumsero. Quasi dies videatur vexari cum eum potando, obsonando, scortando conterimus. *Lamb.*

37 *Atque id ne vos miremini*] Excusat Plautus, quod homines servulos potantes, amantes atque ad cœnam condicentes inducat in scenam: quod mirum nemini videri debere dicit, in palliata præsertim comædia, et quæ

Athenis gesta fingatur; qua in urbe servis talia patrare potestas semper fuit. Quam rem Stichus tamen, Romæ se scilicet, haud Athenis esse, serio demum cogitans, potius quam 'in dividuam veniat,' id est, Romanis legibus, quæ ista vetabant, fraudem faciat, unde periculum capitulo creet suo; igitur sibi constitutum esse prædicat, nusquam in publicum prodire; sed partem ædium posticam uti potius. *Douza.*

44 *Utroque*] Ad alteras ædes ab alteris commeatus continuatus est. V. N. Mil. II. 5. *Taubm.*

45 *Lacero diem*] Nimirum diu loquor, et verbosus diei molestiam creo: atque ita stulte garrindo eum excrucio. *Turneb. Secundum vos*] 'Secundum ire' sequi est. V. N. Mil. IV. 8.

SCENA II. 1 *Libros inspexi*] Περὶ γελοίων, de ridiculis.

2 *Regem*] Epignomum, qui me alit. V. N. Asin. extr.

3 *Nunc intervisi*] Lege, *Nunc interviso*, &c. Hoc enim agit Gelasimus, ut intervisat an a portu advenerit Epignomus. Nondum intervisit. *Boxhorn.*

7 *Mustela*] Utrumque animal, et 'mustela domestica,' et 'felis,' inter ea fuit, quæ occursu suo facerent auspicium: quod Græci vocabant ἐνδίδιον σύμβολον. Exemplum de mustela hic est: de 'felis' apud Terent. Atque hæc μαντικῆς doctrina proprie οἰκοσκοπικῆ dicebatur. *Casaub.*

8 *Cum strena*] Pall. ambo, sicut et edd. vett. habent *obsævarit*: quod hic locum suum tueri non potest, neque postremis editoribus placere debebat. *Obsævare* est malum omen offerre. Hic autem de bono agitur. Alii aliter atque aliter mutant. Non dubito quin pro *obsævarit*, quæ librariorum festinantium scriptura est, Plautus scripserit *obcænavit*, id est, comedit. Eo verbo et usus est Noster in fragmento, quod exstat apud

Varronem de L. L. I. VI. 'de lumbo obcænavis.' Hoc ergo vult. Mustela eum murem strenue, aut avide comedit, devoravit. His oculis meis id vidi. *Obcævare*, ut 'obstudere,' 'obcedere,' et ejusmodi alia apud Plautum. *Boxhorn.* Probo unice conjecturam clariss. *Boxhornii*, *eum strenue obcænavit*, id est, comedit: nam cænare proprie est θοῦφν. Vult autem comestum fuisse a mustela murem, non obsonatum; quod aliud est. *Salmas.* *Cum strena obsævarit*] Id est, cum cibo scævam vel omen mihi fecit. Strenæ dicebantur, quæ mittebantur Calendis Januariis: æ autem maximam partem erant cibaria. Vide Libanium in Ἐνδράσει Καλανδῶν. Inde et infra v. 2. 'Domum redeundi principium placet. Bona scævam strenaque obviam accessit mihi.' Ea erat Stichus cum cado vini. *Gronov.*

9 *Vitam*] Id est, victum. V. N. Trin. II. 4.

10 *Augurium hæc facit*] Auspicium illi mustela fecerat: Epignomus auspicium fides et eventus erat, a quo victus reperiendus. Nam dum augurium suum commentatur secum, interim conspicit Epignomum, quem noscens adit statim et compellat. *Acidal.*

14 *Sustentatum*] 'Sustentare se' est portare se, et bene valere, καὶ ἐββῶσθαι. Ita Satyricus de eo, cui constabat valetudo: 'et pedibus me porto meis,' id est, bene valeo. Ita 'vectare se,' ut 'sustentare se,' est de optima corporis constitutione dictum Latinis. *Scalig.*

18 *Nunc quidem*] Schoppins legit, *Vocata est opera nunc quidem tam gratia est.* G. E. Promitte: ut tam pro 'tamen' sit positum. Ita Menæch. 'Bene vocas: tam gratia est:' ut recte ibi Gulielm. Certe Schoppio adstipulantur duo Mss. in quibus *tam gratiam est.* *Taubm.* *Tam gratia est*] Verum hoc: neque ideo tam hic censo positum pro 'tamen:' sed esse

curtum loquendi genus, et intelligi, 'quam si excepiisses.' Sensus similis apud Ovidium *Metam.* xi. 390. 'Plena est promissi gratia vestri.' Neque enim accipio cum Bersmanno: perfecta atque cumlata satis mihi est beneficii vestri gratia, promissum a vobis hospitium: sed, juxta magnam gratiam iniistis apud me promittendo auxilium adversus vastatorem lupum, ac si tulissetis: neque lato indigeo et ejus gratiam vobis facio. *Gronov.*

32 *Me in lecto*] Accumbebant reclinata supra parte corporis in cubitum sinistrum, infera in longum porrecta ac jacente: capite leviter erecto, dorso a pulvillis modice suffulto. Sed quomodo, inquis, omnes æqua parte ad mensam pertingebant? Hec modo. Primus decumbebat ad caput lecti: pedes porrigebantur pone dorsum secundi. Secundus vero occiput obvertebat ad umbilicum primi, pulvillo interjecto; pedes jacebant ad tergum tertii: et sic deinceps tertius; sic quartus. De loco digniori: is, qui primus et ad caput lecti decumbebat, 'summus' dicebatur; qui ad pedes, 'imus'; qui inter istos, 'medius.' Hinc illa *Plauti*, 'Da puer ab summo,' &c. Et si tres convivæ in uno lecto; medius, dignissimus; proximus honore, summus. Si quattuor, medius erat proximus a summo. Si duo tantum, dignissimus summus fuit. *Lips.* Servi non in lecto, sed in subsellio juxta lectum sedentes vesci solebant. *Gruter.* Vide notas infra v. 4. 21.

33 *Imi subsellii*] *Asconius* in *Verrem*: 'Subsellia sunt tribunorum, trinivirorum, quæstorum, et hujusmodi minora exercentium; qui non in sellis carnalibus, nec tribunalibus, sed in subselliis considebant.' *Varro* l. iv. 'Ut subsipere, quod non plane sapit; quod non plane erat sella, subsellium dictum.' Hinc ergo 'imi subsellii virum' dixit *Plautus*. V. N. *Capt.* iii. l. 11.

35 *Ambracia*] Urbs est Epiri, seu Thesprotiæ potius. *Taubm.*

41 *Perii hercle vero plane, nihil obnoxie*] Nec distinctio nec lectio sollicitanda in hoc versu, quem sic producit ut hic scriptus est, *Agellius* vii. 17. ubi dicit *Plautum* hæc duo inter se tanquam contraria opponere, 'plane' et 'obnoxie.' *Obnoxius* qui ab alio pendet et quasi ei subjectus. Qui sui arbitrii et tutelæ est, res plane agit ut vult, et solide. Qui alteri obnoxius est, obnoxie, et minus integre, dum eum a quo pendet respectat. Sic 'obnoxie perire' dicitur, qui non plane nec funditus perit, sed aliquam spem salutis habet; ut illi qui non condemnati sunt a iudice sui periculi, ut Latini dicunt, sed ab illo ad quem appellatio datur. *Judices* supremi condemnant rem plane non obnoxie. At illi nnde appellatio est, obnoxie, non plane possunt condemnare. *Salmas.* *Nihil obnoxie*] Docte δ πάνυ, ut semper: sed et satis erudite *Acidalius* exposuit, quid sit 'obnoxie perire,' nempe clementer, atque ita, ut ei, per quem sic peris, obnoxius sis, atque aliquam gratiam debeas. Ut *Epid.* v. 2. 'arete colliga; nihil vero obnoxiose,' quasi mihi parcas. Quamquam hoc sit potius timide, trepidanter, cum respectu aliquo et metu, ut agunt homines prætrepidi atque obnoxii. Et sic 'nihil obnoxie' esset, nihil dubie. Videtur tamen illud *obnoxie* cum τῶν perire jungi non debere: nec id serium dicendi genus magis esse quam 'potare pro Ilio,' et 'pilæ factores' et 'medicinam facere,' qui recreat cibo, et similia. *Obnoxius* est obnoxam, vel quam quis nocuit, vel quam ob quamcumque causam expectat, humilis, demissus, aliis subjectus. Hinc hic loquitur, quasi et 'obnoxia loca' dicerentur, quasi humilia, servientia: et eam vocem hic applicando nihil aliud respicit quam τὸ plane. Planum enim est et æquale,

non confragosum, non declive, cum de loco dicitur. Itaque si referas ad τὸ *perii* est omnino; si ad sequens, quasi esset in plano loco. Asinaria III. 3. quum dixisset, 'colloca crumnam in collo plane,' paullo post subicit servus, 'Nam istuc proclive est, quod jubes me plane collocare.' *Gronor.*

46 *Auspicavi*] Eam, ut anspicium mihi faceret, sumsi in re mea, quæ ad caput et salutem pertinet. *Lamb.*

## ACTUS IV.

SCENA I. 4 *Satis abs te*] Vide notas Mostellariæ I. 3. 67.

5 *Creditur*] Scilicet a me: quasi dicat: Creditor fio tibi sine prædiliis: neque satisfactionem ullam desidero, quam rem ipsam, qua te et amicum mihi, et benevolentem esse, satis compertum habeo. *Douza.*

10 *Gratum inire verbis*] Est comiter offerre, quod certo scias non accepturum amicum, sive eo non indigeat, sive alia causa prohibeatur. *Gronor.*

16 *Ut cuique homini res*] Imo adulescentes adversa fortuna fugat, non amicos, quibus nullum pretium in amicitia placet, præter ipsam. Paupertas sola amicos retinet et ostendit in vero suo vultu. *Taubm.*

18 *Jam redeo*] Errat hic *Lambin.* Verba domo egredientis sunt, sed ad familiares pronunciata, quibus se mox rediturum affirmat. Nam forte fortuna incidit in Pamphilip. non destinato. *Acidal.*

24 *Longissumè*] Dudum veni.

26 *Clementer*] Non nimis propere.

27 *Oneremus*] Festiviter et concinne. Etenim ad exonerationem, quæ præcesserat, allusum. Quam metaphoræ formam etiam Mil. III. 1. amplexus est, 'Onera te hilaritudine.' *Douza.* *Vicissatim*] Id est, per vices. *Nonius.*

29 *Deos salutatum*] 'Salutare De-

os,' pro Deos adorare. Vide *Turneb. xxv. 1.*

30 *Festinat*] Id est, apparat, molitur, tumultuatur, ut solet in apparando. *Casin. IV. 1. 5. infra v. 3. 4. Gronor.*

33 *Quasi ego sum*] V. N. *Epid. III. 3. 7.*

38 *Præsens hic*] Scilicet, quia nos in re præsentem sumus, in quorum personis apologus iste examussum convenit. *Taubm.*

46 *Is ipse, quasi tu*] Is ipse adulescens, quasi tu senex, dixit illa superiora. *Lamb.*

49 *Videlicet*] *Bryardus* legit, *qui hoc dixerit*; hoc sensu: Inique et sordide nimis facere senem, qui supapte sponte munificenti ulterius porro sumptibus onerare pergat: est enim proprie 'polliceri' apud *JCTos*, quum ultro offerimus, et 'pollicitatio' solius offerentis promissio. Unde recte est in *Casina III. 2.* 'Operam uxoris polliceor foras, quasi catellæ.' Placet autem, ut cum interrogatione potius rescribatur, *qui eum cibum poposcerit?* Tò *qui*, adverb. ut fiat scilicet. *Douz.*

51 *Videlicet fuisse illum*] Ms. uterque, *Videlicet non fuisse.* Forte, *Videlicet imò fuisse.* Corrigit enim, quod dixerat *Pamphilippus*: et hanc particulam non semper inchoare orationem supra notavimus. *Gronor.*

57 *Indipisci cibo*] Cum puellis etiam alimoniam obtinere.

62 *Pilum*] Malim legi, *Pyelum*, id est, balneum seu labrum. *J. Pollux x. 16.* 'Πύελος, vas amplum, in quo veteres lavabant.' *Lamb.* Probo conjecturam *Lambini* legentis, *ibò lavatum in pyelum*, hoc est, *πυέλως*. Nihil verius. *Salmas.*

64 *Fabre*] Id est, artificiose. *Lamb.*

66 *Accendet senem*] Illo, 'accendere' putat *Pamphilippus Antiphoni*, tanquam seni decrepito, amicum juvenulam nulli usui esse, nisi ut eum complexu suo foveat et calefaciat; quod *Davidi regi* factum ex sacra

historia didicimus. *Accendere* igitur non erit hic libidinem alicui concitare, sed vero corpus senile et egelidum fovere ac concalfacere. *Schopp.*

70 *Ne quid adveniens perderem*] Oratio abrupta, Gelasimo præter expectationem conspecto. Plena esset: Non invitavi ad cœnam Gelasimum, ne quid statim adveniens perderem, meis sumptibus cœna parasitum apparata. *Boxhorn.* *Ne quid adveniens*] Male hic interrogationem facit Acidalins: sed nec abrupta est oratio, quasi Gelasimo præter expectationem conspecto. Responsio est integra, et minime obscura, ad interrogationem: Cur non vocasti? Ne quid ipso in reditu perderem. Non poterat enim ignorare, qui rogabat, et malum hoc omen in principio esse; et quod in parasitum impenditur, perdi. Itaque nihil plenius requirit oratio. *Gronov.*

71 *Lupum in sermone*] *Sermo* pro familiari colloquio: eadem est vis verbi 'fabula:': unde 'fabulari:': quod et elegans et veteribus est pervulgatum, hodie vix notum in eo significato. Hinc Terent. *Adeph.* iv. 1. 'Lupus in fabula:': quod Plautus, 'in sermone.' Donatus et alii minus recte accipiunt. *Gifan.*

SCENA II. 1 *Sed ita quod occipi*] Nihil causæ est, cur iis adstipulemur, qui huic scenæ principium deesse volunt. Haud dubie respexit Gelasimus ad illa ultima scenæ ultimæ act. III. 'Certum est amicos convocare, ut consulam, Qua lege me nunc esurire oporteat.' Hoc ergo vult hoc loco: Quod jam ante narrare vobis occæpi, convocavi amicos, ut consulerem, qua lege me nunc esurire oporteret. Interea autem dum abfui a vobis, cum amicis convocatis deliberaui et decrevi, ut egomet me hodie fame jugularem. Nihil planius. *Boxhorn.*

8 *Sustentavi sedulo*] Vide notas supra III. 2. 14.

13 *Quin tu, stans*] Distingue, *Quin tu? stans obstrusero aliquid.* Quin tu me invitasti, etiamsi non superfiat locus ad sedendum. Stans etiam strenue possum aliquid obstrudere. *Boxhorn.*

18 *Utrum tu censes*] Scilicet me domi cœnare an foris. *Boxhorn.*

19 *Renunciari*] Scilicet te non iturum.

31 *Per hanc tibi cœnam*] Si nulla tibi alia cœna parata est, quam ea quæ domi nostræ parabitur, incœnatus hodie dormies. *Lamb.*

33 *Lapide*] De insolentia Atheniensium juvenum, vide notas *Amphitr.* I. 1. 1. et *Trinum.* II. 2.

36 *Opera utere, posce.* *Ep. edepol*] *Elegant.* Qui beneficium alicui offerebant, atque uti eum amicitia jubebant, his fere verbis id faciebant: 'Tua opera est: utere, posce.' *Aul.* II. 1. Jam ergo parasitus, quod eum deceret, Epignomum poscere suam operam, et uti ea in edendo jubet; qui ipsi tam amicus sit, quam quisquam possit. *Palmer.*

39 *Inter cuneos*] Id est, vel in arcuissimo potero accumbere loco, qualis est inter cuneos, quibus aliquid duobus simul inditis et adactis, magis adstringitur, vel durissimum lignum finditur et discluditur: tum enim inter duos sic adactos patet tantum tenuissima rima. *Turneb.*

41 *Ep. Exorubo aliquo*] Recte. Epignonus enim erat convivator: et hic ab hospitibus suis aliquo modo se pollicetur impetratorum, ut arctius cubare velint, Gelasimo recepto: ac simul enim venire jubet. Minime tamen serio, sed magis ludificandi hominis esuriosi. *Acidal.*

42 *Meliorum genium*] Est tanto victu, cibatu electili, vino suavi, cuticulam curabis. Genio enim tribui dicitur, quicquid gulæ et ventri datur. *Gronov.*

50 *Catagelasimum*] Nolo te e ridiculo et urbano risum movente, fieri



deridiculum et derisum esse. *Lamb.*

51 *Abisti*] *Abiisti* ἀβῆστί τοῦ obiisti, positum suspicor. 'Abitionem' enim pro morte δυσφημίας vitandæ, veteres usurpasse, notum ex Festo: ut semetipsum interroget parasitus, quasi ambigens, utrumne inter vivos an mortuos potius numerari porro debeat occisissimus. *Douza.*

53 *Prothymia*] Vid. Pseud. v. 1.

54 *Ipsos parasitarier*] A divitibus ut a parasitis, captari ac lactari. *Lamb.*

56 *Potione vincea*] Lepide, ita me Deus amat, laqueum vocat 'potionem vinceam': ac potionem quidem, quod cum potum guttur soleat transmittere ipsi inditum, inditur et induitur ei laqueus, quasi transmissuro: 'vinceam' autem a vinciendo venuste deflexit, et ad potionem 'vineam' vel 'vinaceam' interim eleganter allusit, quod laqueo collum vinciatur. *Vincea*, (vel ut alii, *vinea*) continens est Festo. *Turneb.*

#### ACTUS V.

SCENA II. 1 *Solvete*] Vide notas Bacchid. II. 1. 1.

16 *Ibi voster cœnat*] Nam convivium erat apud ipsum, Epignomum nempe, cuius servus iste Stichus. Ita mox putidissime vulgatur, 'Ibid. hoc est, noster:' quod corrigendum, *Itidem herus es noster*. Apud Epignomum herum ipsius, erant in convivio Sagarini herus Pamphilippus, cum uxore et Antiphone. Contra liber locus erat datus servis apud Pamphilip. ubi interea vicem heri Sagarinum sibi et æque dominum convivii fore, Stichus ludibundus ait. *Acidalius*. *Et Antipho*] Sic volunt dictum pro Antiphone: quemadmodum 'Tranium' pro Tranione in Mostellaria. Quasi copula et hic conjungeret necessario τὰ ἡξορε et *Antipho*, ac non 'voster et Antipho.' Ita enim prorsus accipiendum quasi dictum esset: Ibi cœnat Antipho et

vester herus cum uxore. *Gronov.*

18 *Quis somniavit*] Turnebus hanc sententiam facit, *Quis somniavit aurum*: id est, quis furatus est aurum? *Somniator*, inquit, idem qui 'dormitator.' Addit deinde exemplum Trinummo, ubi 'dormitator' nocturnum furem significet, quæ omnia sane illo viro indigna sunt. Nam si ea sententia spectaretur, reponendum fuit, *quis summanavit aurum*? 'Summanare' enim, subducere et furari est. Sed mihi simplicissimum quod est, probatur: SA. *Quis obsonavit?* ST. *Aurum*: quid id, &c. Stichus, Cœna, inquit, dicta est, et vinum mihi dono datum: tum Sagarinus, *Quis ergo, inquit, obsonavit?* Nam de cado dixerat solum Stichus; de esca nihil. *Palmer.*

21 *Volo eluamus*] Quicquid peculii est, profundamus. *Lamb.*

24 *Bona scæva strenaque*] *Scæva* quid sit, diximus Pseud. IV. 7. 39. 'Strenam vocamus,' inquit Festus, 'quæ datur die religioso, omnis boni gratia, a numero quo significatur, alterum tertiumque venturum similis commodi, veluti trenam, præposita s littera; ut in loco et lite solebant antiqui.'

SCENA III. 8 *Ceterum ego curando id allegavi*] Ceteroqui ego aliquem privatum misi, qui id curat et coqueret. *Lamb.*

SCENA IV. 4 *Convenit*] Verbum assentientis est, pro placet, fiat. *Casin.* II. 3. 54. *Gronov.*

6 *Hinc quidem Hodie pollectura præter nos jactura*] Sic Mss. *jactura*. Inquit, non jam, ut fecit Camerarius: cui scilicet magnum pondus addiderunt, nihil aliud, quam quia sic sententia aperta est, ita se malle professi. Ex Guthrieo adscribunt 'pollecturam' esse partem Herculanam, quam Budæus male de ferali cœna interpretetur. Gruteri est 'jacturam' respicere ad illorum iter maritimum: ubi scilicet abjiciebatur in altum omne id, quod gravaret naves præsen-

taneo vectorum damno. Fuerunt etiam, qui sub vocabulo 'jactura' talorum jactum imaginarentur. Quæ omnia facile aversere. Scribendum *Hac*, pro *hinc*. *Polluctura* nihil est aliud quam epulum vel convivium: quia enim qui decimam pollucere Herculi, cœnam popularem dabant; isto in Rudente ex. 'pollucti nihil est,' dicit pro eo quod est, nihil apparati ad cœnam: et hic 'polluctura,' convivium. Jacturæ autem est, ubi significant largitiones et liberalitates in publicum gratiam plebis promerendi ergo: quo in genere omnia erant proprie dicta 'pollucta.' Dei Herculis nomen prætexebant, ceterum homines colebant. De his jacturis vide de Pec. Vet. iv. 4. Sic igitur 'jacturam' dixit pro sua cuiusque portione de illo, quod in commune conferebatur ac præbebatur. Jam intelligis rem plane, nihil obnoxie: 'Hac quidem hodie Polluctura præter nos jactura dabitur nemini:' id est: Hac cœna vel epulo præter nos, pars dabitur nemini. *Gronov.*

7 *Monotrophe*] *Stichus Sagarinum* appellat 'monotrophum,' quod solus sit, nec contubernalem habeat ancillam, nec vicariam: qui enim talis est, ipse sibi minister esse cogitur, solusque vescitur. *Turneb. Monotrophe* accipio, ut sit adverbium, hoc sensu: Nos simus ipsi nobis ministri; ut ii, qui soli vivunt, ministroque carent. *G. Longol.*

12 *Batiolis bibant*] Forte, *Gatiolis*. Vide *Nonium* in illa voce. Idem *Nonius* ex *Planti Colace* 'batiolarum aurearum' meminit in hac voce. *Scriptor. Saniolo*] V. N. Bacch. 11. 2. 23.

13 *Pro opibus*] *Comicus* in servi persona dicit, eorum imitatione qui pro suis opibus et facultatibus non deesse se reipub. prædicant, sed se munera facere dicunt, et de patrimonio fungendis muneribus impendere. *Mænia* enim pro muneribus dixit antique. *Turneb.*

15 *Atque adeo ut tu scire possis, factum*] Pro *facto*, quod habent libri, non videtur legendum *pacto*. Nullum enim pactum heic intervenit. Sed optionem dat conseruo suo hic *Stichus*, utrum velit. Proba est ergo distinctio quæ in aliquot editionibus invenitur, *Atque adeo ut tu scire possis factum, ego hoc tecum divido*. *Salmas.*

18 *Imperium te inhibere*] *Fontinalis*, *Deus fontium*; unde *Fontinalia*, vocata 'sacra.' 'Imperium' autem 'inhibere *Fontinali*' est in aqua imperium habere. Sententia est: Utrum aquæ an vino præesse mavis? *Festus*: 'Fontinalia, fontium sacra: unde et Romæ Fontinalis porta.' *Tertullianus*: 'Fontinalis, Dea fontium.' *Turn.* V. N. Bacch. 111. 3. 44.

20 *Ludere*] V. N. Mil. 11. 2. 9. *Strategum*] Vide notas *Pers.* v. 1. 18.

21 *In subsellio*] In humiliore sede, *Cynicorum* more. Notum est veteres et Romanos et Græcos, non sedisse ad mensam, sed accubuisse. Quem morem etiamnum plerisque oriens usurpat. Aliter fuit vetustissimis illis et heroicis temporibus: nam et *Homerus* heroas suos et procos *Penelopes* sedentes facit in convivio; et *Catullus* in *Nuptiis Pelei*. *Servi* item, et sordidi interdum *Cynici* philosophi ad mensam non accumbabant: quo respexit hic *Plautus*: imo et liberi ad fulcra lectorum pedesque parentum 'sedentes' vescebantur: quasi luxuriæ ritus illi ætati ordinive non decorus. *Vulgatus* tamen mos erat, accumbere in lectis: et hic fere talis. In cœnaculo mensa collocabatur rotunda, humilis: inferiorum quidem hominum tripes, et ex simplici ligno; lautiorum citrea aut acerna, aut lamina argentea intacta: quam pes eburnus fabrefactus, puta in modum pardi aut leonis, sustinebat. Circum mensam tres ut plurimum lecti erant; ex quo 'triclina' nomen: vel duo etiam,

quod Plautus 'biclinium' vocat. Ii porro lecti instruebantur anlæis, purpura aut alia veste stragula, pro copia aut inopia convivoris. Id sub horam cenæ fiebat, quæ erat ut plurimum diei nona. Sed priusquam accumberent, togas mutabant vestibus, quas a re 'cœnatoria' dixerunt. Tum etiam soleas pedibus demebant, ne lectum conspurcarent. Occupabant autem terni aut plerumque quaterni unum lectum. Si plures, sordidum habebatur. Ita fiebat, ut ex una communi mensa vix supra 12. vescerentur. *Lips.* Jam de modo accumbendi, diximus supra III. 2. 32.

22 *Mugis dulcius*] Vide N. Menæch. Prolog.

25 *Cantio est Græca*] Id est, *Aut quinque bibe, aut tres, aut non quattuor. Non quattuor* autem, id est, quinque. Hanc cantionem Eustath. in *Odyss.* I. explicat, et Athenæus lib. X. sed aliter videntur, quam Plautus intelligere. Hic enim ad numerum cyathorum vini refert; ille ad aquæ et vini temperationem. Vide notata ad *Hor. Od.* III. 19. Quidam legunt non ἢ μὴ τέτταρα, sed καὶ ἡμιτέτταρα, id est, *et semiquattuor*, id est, duo. Atque ita volunt significare, Stichum velle tibi decem cyathos, quot litteris constet nomen amicæ suæ STEPHANUM. V. N. Persa v. I. *Lambin.*

26 *Tibi propino decema*] Ita Mss. sec. et omn. vett. edd. at Mss. pr. *decemam a fonte*, quod valet, aquæ decima parte, auctore Turnebo. At vero Douza, Hanc, inquit, lectionem pro corrupta ducit Lipsius, ac restituendam hoc modo, *Tibi propino decem, affunde tu tibi inde, si sapiis.* Nihil melius occurrit quam Lipsii conjectura, eamque unice probò: *Tibi propino decem: affunde tibi tute inde si sapiis.* Dixerat Stichus cantionem esse Græcam, ἢ πέντε πίν', ἢ τρίς πίν', ἢ μὴ τέτταρα. Respondet Sagarinus, Ego vero tibi propino decem, quod

duplum est, cum illa cantio quinque tantum bibenda pocula ad summum præcipiat. *Salmas.*

30 *Lepide hoc actum*] Sagaristio biberat, et propinarat Sticho, ea lege, ut ipse sibi e fonte, id est, e cado, affunderet. Nunc tradit cantharum evacuatam, et ait, 'Lepide hoc actum est; tibi propino cantharum: tu vinum habes, quo iterum impleas. Stichum autem vinum in sua potestate habuisse, apparet ex versu, infra, 'Si peccasis, multam hic retinebo illico:' id est, multabo te vino, quod penes me. *Pistor.*

31 *Pulpamenti*] Pulpamentum obsonium est lautum e pulpa, id est, parte carnosiore animalis: verbi gratia, quæ pars est posterior in lepore. 'Lepus' enim (ut scribit Donatus) 'ex parte sui posteriore pulpamentum præbet.' Hinc illud Livii Andronici dictum, a Terent. Eun. III. I. usurpatum: 'Lepus tute es: et pulpamentum quæris:' verbis tectum, re impudentissimum: quale illud apud Catull. 'Ipse olera olla legit.' *Muretus.*

32 *Cupedia*] Festus: 'Cupes et Cupedia antiqui lautiores cibos nominabant.' Cic. Tusc. III. 'Ambitio, mulierositas, pervicacia, liguritis, vinolentia, cupedia,' &c. Isidorus: 'Cupes, fastidiosus est et cupidus.' Glosar. 'Cupediis, κνιπός.' Et revera κνιπός est, quem 'fastidiosum' vocamus; qui non multa, ut voratores, sed electilia edit: neque facile invenit, quod ad palatum faciat. *Sculiger.*

35 *Non hoc impendit publicum*] *Lambinus:* hoc poculum, quod te bibere volo, nullum vectigal pensitabit. *Acidalius legit, non impedit hoc publicum:* quia in publico convivium agitur, in propatulo tibi cinem bibere juberi, eoque ipso nihil debere impediri. *Gruterus:* in eo non sunt sitæ fortunæ publicæ. Accessit postremus, qui alia suis adferunt, aliena a Planti mente scribere præfatus. Quæ ista?

*Hoc publicum*, inquit, est, Hæc res publica: et sententia omnis: Hujus reipublicæ onus tibi non imminet aut incumbit. Ego autem eodem ordine hæc habeo, quo priora, dixisse autem Plantum puto, *Non hoc*, quod sumti facimus, quodque tu in poculo sumes, 'impendet,' erogabit, 'publicum: non respublica gravabitur hac impensa; non ærario aut rebus populi decedet hic sumtus, ut sine metu peculatus capere possis. Quod sequitur, 'Haud tuum istuc est te vereri;' non decet neque personam neque ordinem tuum, qui tibicen es, genus merobibum et multibibum, verecundari ad sumenda pocula. Gronov. Sic optimi auctores voce 'publicum' utuntur, pro opibus seu patrimonio populi. Liv. l. x. 'Quorum bonis multatis ex eo, quod in publicum redactum est, ænea in capitolio limina posuerint.' Idem lib. xxvi. 'Ædes Vestæ vix defensa est tredecim maxime servorum opera, qui in publicum redempti ac manumissi sunt.' Idem lib. XLII. 'Pars agri Campani, quam privati sine discrimine et passim possiderent recuperata in publicum erat.' Gronov.

38 *Nolo ego nos pro summo*] Hic sensus est hujus loci: Nolo ego nos quasi ultimum, et non amplius postea bibituros, bibere. Sic enim nulli releverimus, et quamvis desubito cadus verti potest, immanibus istis poculis, quæ tanquam extrema hauriuntur. *Salmas.*

43 *Uter demutassit*] Id est, uter nostrum ab hac lege discesserit, pro multa poculum ei auferetur. *Lamb.* Excogitatum erat ludi genus post cœnam, quo non magistri imperio ad bibendum cogeantur, ne nimium ebrietati indulgeretur: sed ut ea coerceretur, nemo, nisi aliqua in re peccarat, calicem dncebat: ut bibere, pœnæ et dedecoris esset, non invitationis aut magisterii. *Turneb.*

48 *Potare et unum*] Forte, *potared*,

*unum scortum ducere.* *Scriver.*

49 *Uni animi sumus*] F. *unanimis sumi.* *Scriver.*

52 *Nolo obcædes*] Nolo hic quicquam tragicum et cruentum, quodque cædes imitetur: malo ludum catellorum, qui inter se lascive lusiunt. *Turneb.*

SCENA V. 10 *Vapulatur peculium*] Id est, minuitur et dissipatur his nequitiis. Forte subest ambiguitas in dictione 'peculium,' et æs servile et verpam salacem pariter significante: sed quid si *Vapula peculium* rescribamus? ad exemplum, inquam, proverbii veteris, 'Vapula Papiria.' *Douza.*

19 *Cantionem cinædicam*] 'Cantionem cinædicam' vocat proterviolem libidiniosioremq; pruritumque excitantem. *Turneb.*

20 *Usque ex unguiculis*] Ut usque ab extremis partibus corporis toti flagremus. *Lamb. Inde huc*] Infunde. Cur hæc scena in plures discerpta sit, olim causam comminisci nullam potui: nunc judicio factum arbitror: ut scilicet actio, inter istas potantium, saltantium, lascivientium molitiones, luculentior et amplior esset, et fabula alias non longa, sic longior fieret. *Taubm.*

SCENA VI. 4 *Prostibili*] Meretrix, quæ et 'quæstuararia,' *πρακτικη*, honestioris loci erat, quam 'prostibulum:' cum illa tantum nocte (hinc 'noctes' passim, pro concubitu et furto Venereo) sui copiam faceret; hoc vero etiam die se publice et ubi vis prostituebat. *Fronto. Prostibili est autem*] *Possibile est tandem.* V. C. *Scriver.*

5 *Furi datur*] Quod datur clam et propere. *Gruter.*

7 *Nunc jam aliquid suaviter*] *Nunc jam liquido suaviter Redde.* *Scriver.*

SCENA VII. 1 *Qui Ionicus aut*] Hic 'cinædici' nomen non esse infamis nefandique probi, a Nonio est annotatum; sed in saltatore poni: ut et

mox 'cinædus contra Staticulis stare nobis non magis potis est, quam fungus imbri:' tamen et enervem fractumque et velut exossem tripudiatorem, eo nomine intelligi crediderim: cum in Aul. III. 2. scribatur, 'Ita fustibus sum mollior miser magis, quam nullus cinædus.' 'Ionicum' quoque 'saltatorem' fere molliculum et effæminatam, delicatiusque se moventem, interpreter: ut apud Hor. Od. III. 6. 'Motus doceri gaudet Ionicos Matrara virgo;' tum, quod Ionum mores et saltationes petulantiores erant; tum, quod (si id e propinqua repeti insula placet, nec in Asiam navigari) Sicili saltationem quandam, ut reor, blandam et voluptariam in honorem Dianæ celebrabant, 'Ionicam' vocatam. Pollux Onom. IV. 14. τὸ δὲ Ἴωνικὸν Ἀρτέμιδι ἀρχοῦντο Σικελιώται μάλιστα. Cum autem, ut a Plutarcho scriptum est in Symposiacis, tres sint saltationis partes, φορὰ, σχῆμα, et δεξις, motus, gestus, et demonstratio; 'Staticulos' ad quietem, quæ in gestu et statu est et in demonstratione, pertinere crediderim, nec (ut opinor)

injuria; 'vorsus' ad motum. Est enim 'versus et orbis saltatorius,' species quædam motus, cujus multa genera tripudiatores frequentant: sed idem etiam sæpe se versant, in orbemque rotant. *Turneb.*

3 *Tata*] Ἐκφώνησις ἀρχαϊκῆ. *Charis.* *Pax*] V. N. Mil. III. 1. 213.

5 *Fungo imber*] Jocus servilis; tanquam videlicet imber fungo nocere nequeat, munito primum capitis grandi cooperulo, deinde oriente ad radices arborum, ab imbre immunium. *Taubm.* Non video quid mutandum sit in hoc versu. Fungi ex imbribus nascuntur, siccitate non proveniunt. Res satis clara est. *Salmas.*

7 *Ite ad nos*] Facetissima et certissima est correctio, atque ite ad vos comessatum. Plandere jubet spectatores Stichus, et ire comessatum; non tamen in hoc summi convivium, sed ad semetipsos. Solent quidem spectatores et alibi vocari, sed per jocum et oblique, nunquam serio et nuncupatum: tum vero semper eluditur illa vocatio rejectione in aliud tempus; Pseudolo, Rudente. *Acidal.*

## TRINUMMUS.

PROLOG. *Luxuria et Inopia*] Trinummo διπρόσωπον fecit Plautus Prologum, quem sane quæcas ἠθικὸν appellare, accommodatis ad adolescentis nequitiam personis Luxuriæ atque Inopiæ. Quemadmodum in Rudente 'Arcturi;' in Aul. 'Laris familiaris.' *Scaliger.*

3 *Adest*] *Lego Ades*, vel certe, *Adesto*: nam ad se eam verbis et gestu trahit, ut in domum Lesbionici intradat. *J. Gulielm.*

14 *Quoniam*] Id est, postquam. Non enim ratio datur, cur adolescens

rem perdidit: sed illa perdita, postquam nil superfuit, ei filiam suam Luxuria dicitur junxisse. *Infra* I. 2. 112. *Acidal.*

15 *Mcam gnatam, quicum*] *Quicum* et *quocum* utrumque indeclinabile, tam plurali quam singulari numero, ablativi loco positum; omnibusque adeo generibus ἀδιαφορῶς accommodari potest: illi autem peccant largiter, qui pro *quicum* usurpare *quibuscum*, vel etiam *quicscum*, in pluralibus dativis ansi. *Douza.* Vide *Observ.* II. 6. *Gronov.*

19 *Philemo*] Menander et Philemo Thesaurum scripserunt; quam Plautus vertit, et 'Trinumnum' inscripsit. *Vertit barbare*] Id est, Latine: nam 'Barbari' dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Græcis, ut ait Festus.

## ACTUS I.

SCENA I. 2 *Immune*] Nonius quidem, *Immune*, 'sine officio, sine munere,' interpretatur: quasi 'officioso' contrarium. Festus contra, pro 'improbo' dictum sumere videtur. Sed neque Noniana explicatio satis Plautino argumento respondens; ni forte quis τὸ *officio* pro beneficio ab illo positum arguetur. Ut ut est, in obscuro esse non potest, quidnam castigator iste sibi velit: cujus ego hanc esse sententiam opinor: Amicum ob meritam noxiam concastigare, immune quidem facinus videri, id est, non haberi pro munere, sive beneficio: ceterum ex re et usu magis, quam ex sententia peccantis esse; ejus dico, qui ab amico severe ac serio increpitus, officii sui intempestive commonetur, fitque melior præceptis objurgatoris sui. *Immune facinus* ergo nihil aliud fuerit, quam ingratum benefactum, sive officium; parumque adeo ex lubricitate ejus, cujus res agitur, et ad quem castigatio illa peculiariter pertinet. *Douza*. Veteribus grammaticis 'munera' dicti amici, qui in unum consensum mutuis animis conspirabant. Lucil. apud Non. 'Munifices muneraque amicis nostris videamur viri.' *Sc. Gentil. In ætate*] Id est, interdum; vetere et eleganti genere dicendi. Turn. xv. 11. et xxvi. 16. utitur et infra act. 11. sc. 4.

5 *Inventus ni me invitet*] Invitus quidem eum castigabo: sed fides, quam amico debeo, suadet cogitque ut id faciam. *Lamb.*

12 *Nimioque hic pluris*] Pars homi-

num multo mavult gratiam inire a paucioribus, potentibus scilicet et divitibus; quam pluribus, id est, rei publ. prodesse. *Lamb.*

SCENA II. 1 *Larem corona*] Callicles absentis amici Charmidæ domum, quam emerat a Lesbionico filio, immigrans mandat uxori, ut domesticum Deum, qui custos ædium habebatur, exornet corona: quæ quidem in Latio e spicis et aristis, in Græcia e platano fiebat: eumque ut preceatur, istam fortunet habitationem. Quod ex formula, quam præfabantur, ominis causa sumptum, 'Quod bonum, Faustum, felix, fortunatumque sit.' Lares ejusmodi floreis sertis redimitos, Tibullus II. 1. 'ornatos Deos' vocat. *Taubm.*

5 *Senecta ætate*] Ita 'senectum corpus' dixit Sallust. Hist. I. IV. et 'senecta membra,' Lucr. lib. III. V. N. Amph. IV. 2.

22 *Faxo haud tantillum*] Verba mihi non dederis, neque me deceperis, si uxorem tradideris, mea accepta. *Lamb.*

23 *Neque enim tu credo*] Hoc Gruterus ex una, ut ait, Parisina admisit, quum ceteræ et Mss. *Namque enim tu*. Camerarius et Lambinus, *Numquam tu*. Sed retinenda erat vetus lectio. *Namque enim*, ut sæpe alibi, 'Quia enim.' Deinde compendium est loquendi, in quo reticetur, quid facere nolis aut velis, exposita solum ratione, cur id facere velis aut nolis: quod alibi prolatis exemplis enarravimus. Perinde est igitur ac si dicat: Nolo commutare: nam si fecero, tum, opinor, me necopinantem circumvenieris, priore transmissa. *Gronov. Imprudenti obrepseris*] Inscientem fefelleris.

32 ME. *Quid igitur rogitas*] Captatus jocus in pronuntiatione τὸῦ *Mene?* quod Callicles non dubitantis affectu profert, ipsene, an alius sit objurgandus: sed admirantis. *Acidal.*

34 *Si in te ægrotant artes*] *Artes* hoc loco ea sunt quæ Græcis ἐπιτελεύματα, id est, instituta, quæ studiose sectantur. Ita Ter. Andr. 1. 1. 'artes' appellat fidem et taciturnitatem: quod Donatus laudat, cum antiqui 'artes' et vitia et virtutes vocarint. Ita Horat. Od. III. 3. 'artes' vocat justitiam et constantiam. Sed et Aristoteles Nicom. II. τῶν τεχνῶν nomine virtutes amplectitur. *Muret.*

47 *Jovi coronam*] V. N. Menæch. v. 5. 38.

59 *Me. Scio: et, si alia*] *Scio*, inquit Megaronides, officium memisse ut te objurgem, si quid peccasti: nec recuso a te objurgari: sed æquum postulas, si ego alia de causa, quam ut tua tibi delicta indicem, processi. *Pistor.*

64 *Vulturium*] *Vultur*, seu vulturinus, avis est rapax. Senem igitur ob avaritiam, atque inexplebilem naturam ac sordes, commune senectutis malum, vulturinum vocat. Cicero Pison. 'Appellatus est hic vulturinus illius provinciae (si Diis placet) imperator.' *Ibid.* 'Scaurus vulturinus reipub.' *Taubman.*

65 *Hostesne an cives*] *Hostes* e Varrone 'peregrinos' interpretor: ut Rudente II. 4. et Curcul. I. 1.

68 *Quin dicant, &c.*] Quasi dicat: Ut mihi ne male dicant homines, prohibere non possum; neque enim id in manu et potestate mea est: hoc vero possum, ut ne merito meo dicant: itaque ait, 'Est atque non est,' &c. *Muret.* Var. Lect. xv. 12.

88 *Ubi nunc tute habitas*] Ita hoc sine interrogatione legendum: nam cohæret cum illis, 'Emistin' de adolescente has ædes?' scil. ubi nunc tute habitas. Qui enim tam amicus nescierit ubi Callicles habitet, qui hac occasione in castigationem illius prosiluit? *Taubman.*

95 *Qui exædificaret*] *Tralatio*: qua et Cicero utitur ad Attic. pro con-

summaret et perficeret. *Taubm.*

99 *Inconciliastin' eum*] 'Inconciliare' est dissipare, separare, divellere; quandoque, vendere; antiquis quoque decipere. *Alciat.* V. N. Mostell. III. 1.

108 *Sumes*] Inde petes, tanquam depositum quoddam. *Lamb.*

109 *Arbiter*] V. N. Milit. II. 2.

120 *Si quid eo fuerit, certo*] Ita Præn. 'Quin mea quoque iste habebit, si quid me fuat.' Cicero: 'si quid humanitus ei acciderit,' id est, si mortuus fuerit. Veteres abstinebant mentione 'mortis,' ne cogerentur δυσφημείν et male ominari. Itaque 'abitionem' pro morte dicebant; ut Græci ὄχεσθαι: et cum aliquem vitæ cessisse indicarent, non id proprio nomine dicebant, sed tantum hoc, 'vixit.' Ita 'abiit,' pro periit: item 'fuit.' Tertullianus: 'Si de aliquo jam pridem defuncto tanquam vivo quis requirat, præ manu occurrit dicere Abiit jam; et, Reverti debet.' Ita Phædrus: 'Abiturus illuc, quo priores abierunt.' Quæ ratio similis, cum dicebant πλειώνας, ἀντὶ τῶν τεθνηκότων. Ostendit item 'sepnlereti' appellatio, τὸ πολυάνδριον. Ita 'mortuus' meliori scæva et omine dicebant μακαρίτας. *Scalig.*

122 *Dignam conditionem*] Matrimonium splendore familiæ suæ dignum.

126 *Illius*] Patris.

128 *Ille*] Lesbonicus filius.

131 *Inscribit*] Veteri more venalia prædia proscribentur, id proposito divulgatoque libello venum ire, venumque exponi significabantur. Ita hic Plautus; ita Cic. Off. III. 'Claudius ædes, quas in Cælio monte habebat, proscripsit, insulam vendidit.' Quin et hoc idem in locandis ædibus servatum deprehendi, ut pendente de ædibus tabula proscriberetur faciendæ locatio. Terent. Heautont. 'Inscripsi illico ædes mercede.' Cic. ad Att. I. XVI. 'Iste locare incipit, non proscripta neque edicta die.' *Briss.*

132 *Inhiavit*] Inhiandi verbum absolute est appetere cupide, et tanquam ore aperto captare. V. N. Anul. II. 2. et Menæchm. III. 1.

144 *Usuræ*] Id est, usui.

145 *Illi*] Charmidi.

149 *Hascine me propter*] Conjicio, *Hascine mi propter res maledicta famas ferunt*. Scriver. *Maledicta differunt*] Est recentiorum. Nam Mss. et vett. edd. *Hascine me propter res maledictas famas ferunt*. Sic et Academicus. Unde faciendum potius, *maledicæ famæ ferunt*; vel *maledicis famis ferunt*, diximus, Observ. IV. 3. Gronov.

153 *Communicesque hanc*] Non est mutandum: nam 'communicare' aliquid cum aliquo dicitur, non solum qui suam rem communem facit, sed etiam qui alterius rem ut communem suscipit; ut notavimus Observ. IV. 3. Gronov.

156 *Habet*] Id est, habitat.

157 *Posticulum hoc recepit*] Id est, posteriorem domus partem 'exceptam fecit,' Nonius: vel (ut Agell. XVII. 6.) 'cum ædes vendidit, particulam quandam, quæ post eas ædes erat, non vendidit, sed retinuit.' 'Recipere' antiquum verbum juris est. Cicero de Orat. I. II. 'Dicet, te, cum ædes venderes, ne in rutis quidem et cæsis solum tibi paternum recepisse:' quibus locis 'recipere' pro expicere usurpatur. *Budæus*. V. N. Asinar. I. I. 72.

160 *Juxtaque*] V. N. Anul. IV. 7.

165 *Urbani assidui*] *Assidui*, pro locupletibus, et facile munus facientibus: sic vocati ab 'assibus duendis,' id est, ære dando. Nisi si quis forte *scurras*, id est, urbanos assiduos cives istos, ita dietos deputet, ab 'assidendo:' ut ad conciliabula, vel potius desidiabula referamus, in quibus hoc hominum genus assidue garriendo, famigerando absentes, bonas horas pessime collocare, totamque adeo ætatem suam, sic quasi peregrinantes disperdere consuevere. *Douza*.

V. N. Epid. I. 13. *Urbani assidui cives*] *Assidui* non hic, ut in *dnodcim Tabulis*, pro homine locuplete, de quo Gellius XVI. 10. sed junctim 'urbani assidui,' qui perpetuo urbis solum terunt, non majorem partem rusticantur, ut honestissimi quique Romanorum. Vide de Pecun. Vet. IV. 9. Gronov.

166 *Una ibidem traho*] Innuit sese jure iisdem accensendum esse, quos modo exagitaverat *scurras*: aut saltem ab eorum moribus non adeo longe abesse; quod tam faciles eorum stultiloquentiæ aures dedisset. Item infra act. II. sc. 4. ubi *Lesbonicus* cum servo rationem putat, quibus in rebus XL. minas sumpsisset, respondet, 'ibidem una traho:' quibus significat, se ibidem esse, et in eo, quantum scortis datum esset, supplicando, etiam occupari. Tractum videri possit a *vetulis pompæ* alicui longæ immixtis, unaque cum aliis reptantibus. *Taubman*.

167 *Acceptor*] Id est, approbator. *Lambin*.

168 *Qui omnia se simulant, &c.*] Vix puto quicquam de curiosis *ἐνεργέστερον* potuisse dici. Simul et illud notandum, quod ait de Junonis cum Jove colloquio, in eo ad Theocriti versum de curiositate mulierum videri *Plautum* alluisse: *πάντα γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἑρην*. Quo significare voluit, eas tanto teneri cognoscendarum rerum alienarum desiderio, ut non humana tantum negotia omnia, sed et divina mysteria accurate investigent. Nam illud quidem conjugium Junonis et Jovis, etiam Deos latuit, ut vult *Homerus*. *Cantel*.

180 *Usque a stirpe auctoritas*] *Plautus* hic 'auctoritatem' appellat sententiam, quam quis primus est commentus, tametsi deinde per traduces in quam plurimos emanaverit. *Alciat*. *Usque ab stirpe auctoritas*] Hoc est, primus auctor. Cic. de Divinat. I. 'Principio Assyrii, ut ab ultimis auc-



toritatem repetam, observaverunt.' *Ab stirpe*, ut apud Ciceronem 'ab stirpe interire,' apud Gellium 'ab stirpe convellere.' *Gronov.*

182 *Famigeratori res sit cum*] Usitatum loquendi genus, in litibus et iudiciis maxime, 'res mihi cum eo est.' De quibus hic *Plautus* cum ageret, occasionem sumpsit lepidissimi joci, 'res enim malo ei sit:' pro quo usitate dicimus, 'malum habeat.' *J. Gul. Famigeratori res sit*] *Mss. Famigerator ire sit. Lege, Famigerator ille sit. Scriber.*

## ACTUS II.

SCENA I. 1 *In cogitando*] V. N. Stich. 1. 1.

3 *Exercitor animus hinc est*] Scitum est, qui Græce *παιδοτριβης* dicitur, *magistrum, exercitorem* appellari. Exercitores, Græcis *progymnastæ* erant: quos *Plinius* in *Paneg.* et *Seneca Epist.* xv. 'Græculos magistros' appellat. *Turneb.*

11 *Postulat se*] V. N. *Anl. act. v. Plagas*] *Retia.*

12 *Eos cupit, &c.*] Scil. cupidus homines. Significat cordatus adolescens, Amorem ea cupidus et sectatoribus suis suadere atque consulere, quæ nihil minus, quam ex re ipsorum et usu esse experiendo inveniantur. *Lambinus* hic longissime errat. *Douza.*

13 *Cuppes*] *Ganeo, cupediarum-que amans. Brod. x. 16.*

14 *Elegans*] *Nihil video, nisi elegans* heic in vitio positum; nec aliter vetustissimi usurpabant. *Agellius* II. 2. 'Elegans homo non dicebatur cum laude: sed id fere verbum ad ætatem *M. Catonis*, vitii non laudis fuit,' &c. ita paullo post 'comis,' et alibi 'benignus.' *Meurs.*

16 *Saviis sagittariis*] *Eleganter dixit 'savia sagittata.'* Alias 'armata oscula' vocantur, quum armis illis, quæ gestare sola per legem Cor-

neliam licet, res geritur: ut contra, 'inermata oscula' sunt, cum in unum omnia vota amantium non conjunguntur. *Palmer.*

17 *Si audes*] *Blandimento autem hoc temperabatur imperativum Du,* auctore *Donato.* V. N. *Anl. II. 1. 48.*

18 *Ibi ille cuculus*] *Arbitror hoc spectare ad frequentem iterationem responsi illius amatorii, 'Ocelle mi, fiat:' quod amatori non minus sæpe repetendum, quam cuculo suum 'cucui.' 'Ibi ille cuculus,' scilicet auditur.* V. N. *Asin. v. 2. Pistoris.*

19 *Pendentem*] *Cura suspensum et incertum. Lambin. Ferit*] Scil. munere, id est, multat. *Ter. Phorm. 1. 1. 'Geta ferietur alio munere.' Lambinus.*

21 *Quod facit sumpti*] *Ita hæc corrigo atque explico: Quod facit sumpti, datur: nox ducitur: familia tota, Vestispic. &c.* Si, inquit, amatori suavium dedit scortum, illico res foras labitur, liquitur; ibi ille pendet de scalis, cæditur. Si alia verborum delinimenta addit, non munus solum, etiam quicquid sumptus facit, amatoris dispendium est. At nox si ducitur, tum vero exhauritur amator. *Palmer.*

22 *Vestispicæ*] *Nonius, 'Vestispici, id est, vestium custodes servi: quod frequenti diligentia vestes inspiciant.'* *Varro:* 'Tu domi videbis,' id est, curabis. *Plautus:* 'Intus para, cura, vide.' 'Vestispici servi' aliter Latinis dicebantur 'a veste,' item in vet. inscript. 'ad vestem:' uti; 'servus a pedibus,' et 'ad pedes.' *Popma. Sandaligerula*] *Ancillæ quæ dominæ 'sandalia,' id est, crepidas et calceamenta sexus istius altiora gerunt. Victor. 'Sandalia' calceamenta fœminarum divitum sunt, et quidem (ut probat Pollux) elegantissima; interdum etiam aurea: quæ et sua habebant repositoria, σαδαλοθήκας appellata. Hinc*

et servos sandaligerulos habebant. *Turneb.*

26 *Nihil te utor*] Formula est abdicandi et ablegandi aliquem, cuius opera non indigeas. Sic et repudii formula, 'conditione tua pon utor.' Tibull. 'Forma nihil magicis utitur auxiliis,' i. e. non indiget. *Gronov.*

31 *Præcipitavit*] Id est, præceps cecidit. V. N. Mil. II. 6. *Saxo saliat*] Scil. Tarpeio. Ita dicebant sine alia additione. Lucretius: 'Scelerisque luella Carcer, et horribilis de saxo jactu' deorsum.' Tacitus lib. II. 'L. Pituaninus saxo dejectus est.' *Lips.* Nihil tamen prohibet quin alludat ad Leucadiam petram et salum Sapphicum. Virgil. *Ecl.* VIII. 'Præceps ærii specula de montis in undas Deferar.' Propert. II. 17. 'Nunc jacere e duro corpus juvat, impia, saxo.' *Passerat.*

32 *Tuas res tibi habe*] V. N. Amphit. III. 2.

SCENA II. 9 *Hulca gens*] Avida, et quasi hianti ore prædam captans. *Douza.*

13 *Quin prius*] Legendum, *Quam prius*, pro priusquam. Quia non mortuus sum, priusquam ad hoc corruptum seculum vitam produxi. Propert. 'Quam prius adjunctos sedula lavit equos.' Atticum, ἢ πρὶν, pro πρὶνῆ. Aristoph. ἢ πρὶν γε τὸν μωρῶ- τὸν ὑμῶν ἔρχεαι; Ita 'quam potius' veteres dicebant, pro potius quam. 'Plures' autem Græca notatione pro 'mortuis' dicebant; quippe plures numero sunt mortui quam vivi. *Scal.*

15 *Hisce ego de artibus gratiam facio*] Facile possum pati, ut ne his artibus te excolas, &c. Antiqua et in circulis tum usitata loquendi forma: qua usus et Sallustius: 'Qui mihi atque animo meo nullius unquam delicti gratiam fecissem.' *Taubman.*

16 *Moribus vicito antiquis*] Omnes fere scriptores mores suorum tem-

porum improbantes, antiqua tempora et mores laudant: ita *Capteiv.* I. 2. 'antiquis adolescens moribus:' ubi not. vide vers. 20.

19 *Consident*] Pro considere facient: ut 'desidere' in Apuleio. Vide N. Sticho II. 2.

22 *Pro imperio tuo, meum*] Reponi malim, *pro imperio, tuum. Meum an. &c.* *Tuum*, id est, quod ad imperium attinet, tibi me obnoxium, cetera liberum censui: vel, pro iugenio liber sum, pro imperio tuus. *Lipsius.*

27 *Si animus hominem*] Si in hac pugna libido hominem subegit, actum de illo est: et libidini, non rationi factus est servus. *Taubman.* *Si animus hominem perpulit*] Recte interpretantur, si libido hominem subegit. Sed hoc non est *perpulit*, ut vulgo habetur, neque *perpulit*, ut Mss. sed omnino *perculit*, ut voluit Lambinus. Vide quæ diximus ad Liv. III. 30. *Gronov.*

32 *Ætati tegumentum*] Hæc ego semper habui instar tegumenti et clypei, quibus ætatem tegerem et munirem. Vide notas Mostell. I. 2. *Lambin.*

33 *Damni conciliabulum*] Ubi damnum mihi possit conciliari.

34 *Ne noctu, &c.*] Vide notas Amphitr. I. I. 1.

39 *Quem non pœnitet*] Interpretantur, qui non invitus probus est; vel, qui constanter probus est. At hæc interpretatio neque generi loquendi neque vicinæ orationi convenit. Vidit aliquid Thomas Gataccerus *Advers.* c. 29. ulterius nempe quiddam insinuare comicum formula illa: nimirum, ut ille, qui quantumvis probus fuerit, nunquam se nimis probum vel fuisse vel esse reputet. Hoc sane decebat velle Plautum, et hoc voluit, opinor: non pronunciat tamen, ut nunc verba significant. Dicimus aliquem 'pœnitere quam sit,' vel 'quantum fiat,' qui non est con-

tentus eo quod est, vel quantum fit. *Non pœnitere*, qui satis eo contentus est. Sic Terentius in *Heaut.* ‘At enim te, quantum hic operis fiat, pœnitet.’ Sic enim scribendum facile assentire Guideto ob auctoritatem codicis Bembini, qui τὸ *dices* ignorat, et verba sic ordinat. Idem *Ennucho* v. 7. ‘An pœnitebat, flagitii te auctore quod fecisset adolescens?’ id est, parum videbatur flagitii? satis videbatur flagitii? non satis erat? Noster *Pseud.* i. 3. ‘An pœnitet te, quanto hic fuerit usui?’ *Trucul.* ii. 6. ‘Pœnitetne te, quot ancillæ sunt jam?’ *Milite* iii. 2. ‘Nihil me pœnitet jam, quanto sumtui fuerim tibi:’ quod recte explicat *Lambinus*; Non parvo sumptui jam videor tibi fuisse. Doctissimus *Gataccerus* hoc ἐρωτηματικῶς legendum censuerit *Advers.* c. 30. Haud ego: nam cum dixisset senex obsonatum se ire, ut hospitem acciperet lepidis victibus, hic intercedens, At ego, inquit, satis jam tibi damnosus fui. Si voluisset ἐρωτηματικῶς loqui, fecisset? ‘Numquid te pœnitet jam quanto?’ vel, ‘Eho, an te pœnitet, jam quanto.’ *Bacchid.* v. 2. ‘Satis, satis jam vestri est convivii: me nihil pœnitet, ut sim acceptus.’ *Cicero* de *Off.* l. i. ‘tamdiu autem velle debetis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit:’ id est, inquit *Gataccerus*, dum non satis adhuc profecisse te, quantumcumque profeceris, autumabis. Hæc non est sententia *Ciceronis*, sed, dum satis hoc præceptore te proficere senties. *Lib.* i. ad *Att.* ep. ult. ‘Vel quod a senatu, quanti fiam, me minime pœnitet.’ *Lib.* xii. ep. 27. ‘Quod me ipse per literas consolatus sum, non pœnitet me, quantum profecerim.’ *Livius* lib. iv. ‘Nullum annum esse, quo non acie dimicetur, et tanquam pœniteat laboris, novum bellum parari:’ hoc est, tanquam satis laboris non sit. Ergo ‘quem non pœnitet, quam probus sit et frugi bonæ,’ est,

qui satis sibi videtur probus et frugi bonæ. At hæc sententia prorsus est contraria illi quæ sequitur: ‘Qui ipse sibi satis placet, nec probus est, nec frugi bonæ.’ Hoc versu improbat *φιλανθρίαν*, priore probat. Imo si quid video, nec priore probavit; sed invitis omnibus libris expungenda est particula negandi. Scripsit enim *Plautus*: ‘Is probus est, quem pœnitet, quam probus sit et frugi bonæ.’ Hoc est, qui, utcumque probus sit, nondum sibi satis placet, non satisfacit sibi, sed studet usque et laborat, ut se probiorem etiam præstet. Hoc et duo alii, qui sequuntur, versus sanciant. *Gronov.*

41 *Benefacta benefactis*] *Benefacta* benefactis cumulado, ne quid vitii in animo inaascatur. *Lambin.* *Ne perfluant*] V. N. *Mostell.* i. 2.

43 *Autumavi*] *Dixi.* Vide *Agell.* xv. 3.

44 *Veniam jam dare gestio*] *Gestio* permittere ut dicas. *Turneb.*

50 *Publicisne, &c.*] *Publicisne* an maritimis negotiis sese implicuit? *Lambin.*

51 *Venales habuit*] Qui ‘vænales habent’ vænalicii sunt et mangones; quos *Plinius* junctim ‘vænalicios mangones’ appellat. *Seneca*: ‘mercator urbibus prodest, medicus ægris, mango vænalibus.’ *Glossæ*: ‘Vænalicus, σωματέμπορος.’ *Salmas.*

52 *Per conitatem*] V. N. scena præced. vs. 14.

54 *Prædicatum ferme familiariter*] ‘Prædicatum familiariter’ eo dicit; quia turpem decoctionem æqualis sui valde comiter et veremnda circumlocutione protulerat; ut apparet familiarissimum illi esse. *Acidal.*

61 *Illi cuidam*] *Lesbonico.*

63 *Dejuvare*] *Vetus* ed. *desinare*: fortasse melius. *Glossarium*: ‘*Desinator, ἀβοθήηρος*:’ qui scilicet desinit, destitutus ope. *Scalig.* V. N. *Epid.* i. 1.

65 *Deum virtute*] Ita loquebantur.

Solebant enim res prosperas Diis et virtuti acceptas referre: contra, sua omnia minora facere, et Deorum erga se beneficentiam amplificare: ne sibi ea attribuerent viderentur, et in Deos ingrati esse: neu eorum invidiam in se commoverent. Etsi nonnunquam etiam hominum virtutem tacitam non prætermittabant; Milite III. 1. et alibi. Sallustius: 'virtute ac Diis volentibus magni et opulenti estis.' *Turneb.*

73 *Is est immunis*] Quisnam ex illa Isidori definitione interpretandum non videt? referentis lib. Orig. XVI. 'Amœna loca Verrinus Flaccus dicta ait, quod sine munere sint, nec quicquam in sine officii; quasi amonia, id est, sine fructu, unde nullus fructus exsolvitur.' Inde etiam nihil præstantes 'immunes' vocantur. *Douza.*

75 *Et aliis qui comitati*] Habemus, unde comes et liberales simus in benevolentes.

81 *Age dum, eloquere*] Ant. Muret. Var. Lect. xv. 13. totum hunc locum et legit aliter et transponit: quem vide, ut et Acidalium.

82 *Sapientiæ, &c.*] Quod ait Lysiteles ad excusandum sodalem, 'Sapientiæ esse condimentum ætatem;' et 'sapientiam ætati cibum,' hanc sententiam habet: Quidam cibi sunt, qui recentes quidem non sunt esui: sed reponi solent in longam usionem, et muria aut aceto aut sale aliisque modis condiri. Mitescunt autem ac concoquantur tempore, et ad vescendum utiles fiunt. Sic sapientiam ait in juvenibus immaturam esse: procedente ætate condiri ac mitigari, quasque maturescere. *Muret.*

85 *Eone multa quæ nevolt*] Utrobique ne pro non usurpans, venuste dixit Plantus: ut act. v. sc. 2. 'nisi nevis.' Ait igitur: Ob id non multa, quæ non vult, eveniunt. *Turneb.*

86 *Multa est opera, &c.*] Opus est ei multa opera et cura fingendi ac

laborandi, qui rationem vitæ recte degendæ sibi fingere cogitat.

102 *Isthac judico*] Id est, in illam partem censeo.

105 *Concilies, poscas*] 'Conciliandi' vox ambigua: nam et de nuptiis legitimis, et de lenocinio dicitur. Honestè Ovid, 'Non me nupsisti conciliante sene.' Apul. in Apol. 'invitam eam conciliare.' Inhoneste Suet. Jul. 'Existimatur Servilia suam filiam Tertiam Cæsari conciliasse.' Ovid. 'Quo veniunt alii conciliante viri.' *Turneb.*

109 *Lepidus vivis*] Id est, lepidus es, præbesque te erga me, filium tuum, patrem commodum. Catullus, 'At tu insula malsa ac molesta vivis.' Ita Amph. Prol. 'Virtute dixit vos victores vivere,' id est, esse. *Douza.*

SCENA III. 6 *Factius nihilo facit*] Sic Mss. non *sectius*, non *sequius*, non *satius*, sed raptant invicem, quia de significato vocabuli altum taceatur: et sic defunguntur, vocem esse plane ficticiam a faciendo. Hoc neminem opinor fugiebat. *Factius* igitur est magis factum, ut alibi 'confossioem' dicit pro magis confosso, hac fabula 'occlusioem stultiloquentiam:' ut Cicero civitatem 'conficientissimam litterarum:' Petronius, 'excussissima palma pulsare.' Planus foret, *factius nihil facit*, id est, nihil magis reddit curatum et explicatum, nihil magis expedit, quam si concederet liberis, nec semper eorum voluptati repugnaret. Et sic scripsisse Plautum crediderim. Etsi potest et explicari alterum. Qui semper adversatus liberorum voluntati, nugas agit, facit redditque 'factum magis nihilo,' id est, magis nihilum quam nihil. *Gronov.*

SCENA IV. 5 *Exutum*] Emendo, *exunctum*. Magnum luxus instrumentum cottidianæ veterum unctiones, lavationes: unde decoctorum verba 'eludere,' 'exungere,' pro patrimonium luxu lancinare. Rud. II. 7. 'Elu-

as tu, an exungare : ciccum non interdum.' Exungere ergo, unguentis absumere est : et ea vox myropolas ejus argenti, cujus rationem serio insistit Lesbonicus, bonam partem abstulisse significat. *J. Gul. Elotum*] Inde *heluo*, ab *elucendo*, qui aspiratur, ut auiditas magis exprobreitur : fit enim vox incitator, ut ait Festus. Nam et in balneis luxu lavandi rem profiigabant. *Turneb.*

10 *Ibidem una traho*] V. N. supra, I. 2. 166.

12 *Si sumas, potest*] Vide ad *Rudent.* IV. 8. 9.

17 *Argentum, &c.*] *Argentum ὄχεται*, dictum ea forma, qua Paulus J. C. dixit, 'pecuniam proficisci;' vel Ulpianus, 'pecunias ire,' 'redire,' &c. itemque Cic. in *Verr.* 'Pecuniam, qua via iverat, eadem semita revertisse,' &c. *Scip. Gentil.*

21 *In porta est locus*] Foris et sub dio habitandum ei est : vel, ut alii, mendicabit in porta trigemina : de qua in *Captevis* I. 1. 22. *Lamb.* *In porta est locus*] *Lucrifit* pronomen *ei*, ut in illo, 'Urbem quam statuo vestra est,' subauditur 'ea.' In *Amph.* 'Naucrateum quem convenire volui, in navi non erat,' reticetur 'is.' Adde ad *Livium* XXIII. 15. Recte ergo *Gruterus* sine ulla causa corrigit *patri.* *Gronov.*

22 *Nisi forte in ventrem filio correpperit*] Nam cum filius pro domo pecunias recepisset, quas in ventrem congesserat, si senex revertens ad ædes suas ire voluisset, in ventrem filii necesse habebat ire : etenim ille ædes devoraverat. *Alciatus.*

23 *Mille drachmarum*] Fit *drachma*, sicut 'mina,' et 'Aleumena,' interposita inter consonantes littera *i* seu *u*. Quæ fuerint autem 'drachmæ Olympicæ,' quæramus. Constat vero aliis in locis aliud drachmarum pretium fuisse, secundum quas et æstimatio talenti varia fuit. Fortasse verum 'Philippicum,' ut in *Truculen-*

to. *Camer.* 'Redditæ' positum est, quasi dictum esset, 'mille drachmæ : ' ut spectarit illud, quod intelligitur ; non, quibus verbis dicatur. *Lamb.*

25 *Quas dependi*] *Cicero* Fam. I. 8. 'Dependendum tibi est, quod mihi pro illo spondidisti.' Ad *Att.* XIV. 16. 'Puto si quid in homine pudoris est, præstaturum eum, ne pro se quodammodo dependatur.' Ad *Brutum* ep. 18. 'Reipublicæ quod spondideris, quemadmodum solvas, nisi is dependi facile patitur, pro quo spondideris?' Quod autem sequitur, 'sponsione,' dicitur quasi esset, ex sponsione, vel sponsione facta : non enim 'sponsiones,' quum una tantummodo esset, et pro uno, mille drachmarum. 'Quas mille drachmas exactus es,' ut apud *Cæcilium*, 'ego illud nihilominus exigor portorium.' *Q. Metellus Numidicus* apud *A. Gellium* xv. 14. 'sese maximas pecunias exactas esse : ' quæ jam olim huc recte applicuit *Turnebus*. Sed errat, quum simile putat *Cælii* Fam. Ep. VIII. 11. 'ne quod furore *Paulli* ademtus esset boni, sua culpa videretur amisisse.' Legendum enim omnino *adeptus*. Vide ibi *Manutium.* *Gronov.*

26 *Quas exactus es*] Recte *A. Gellius* xv. 14. 'Id nobis videbatur,' inquit, 'Græca figura dictum.' Græci enim dicunt, *εἰσπραχτό με ἀργύριον*, id significat, *exegit me pecuniam.* *Gronov.*

29 *Nam nunc eum*] Ex hoc responso apparet, Lesbonicum longe aliter accepisse dictum *Stasimi*, ac si servus suus dixisset, 'Ut quidem ille' (scilicet adolescens, pro quo spondideras) 'perierit.' *Donza.*

37 *Mutuum mecum fuit*] Id est, a me mutuo amatur. *Lamb.* Sed ego potius ad illud 'bene vult,' Lesbonicum respexisse opinor. *Taubm.*

51 *Cum vestris, &c.*] *Vestri* ordinis hominibus, qui estis factiosi, id est, divites ac potentes, nos inopes tennesque pares esse non possumus. *Taubm.*

55 *Ferentarium esse amicum*] Plautus jocose 'amicum ferentarium' vocat, qui repente opem fert et auxilium egenti amico. *J. Gul.* In ferentario amico, eum, qui subsidio futurus sit, significare videtur Plautus, et qui sit auxilium laturus, ut mihi mirum videatur, quod Varro interpretetur 'inavem.' Duxisse videtur interpretationem a levi armatura illorum equitum, quos dicit esse ferentarios vocatos: cum Plautus ad vocabulum potius aluserit: ut et alio loco scribit, 'nulla est mihi salus dataria;' a dando. *Turneb.*

56 *Abin' hinc dierecte*] Vide notas *Capt.* III. 4. 103.

66 *Opes*] Veteres 'oves' appellabant *opes*: hinc 'opicerda,' 'opilio': deinde quia in multitudine pecorum, maxime ovium, divitias collocabant, ex eo 'opes' dictæ etiam divitiæ. Similiter Græcis *πολύμηλος* ad verbum est *opulentus*. *Meurs.* V. N. *Cistell.* II. 1.

67 *Ædem*] *Scil.* sacram aliquam: in his enim epulabantur. *Turneb.*

69 *Popularem quam vocant*] 'Cæna popularis' est epulum, quod populo datur. Nam, verbi gratia, in triumphis epulum populo interdum dabatur, et dabantur prandia: ut in *Jul. Cæsare* indicat *Tranquillus*. Sed et cum decimam *Herculi* solvebant, polucto accipiebant populum. *Turneb.* A clientibus olim in æde sacra convivium patronis apparari solitum, quod 'cænam popularem' vocarunt. *Faber.*

76 *De vita mea*] Id est, de victu: ut apud *Terent.* 'Cui opera vita erat:' id est, qui ex opera sua vivebat. *Donatus*: *Vita* et mores significat, et animam, et alimentum, et spatium vivendi. Ita *βίος* Græcis tum vitam, tum illud ipsum declarat, quo vitam tuemur. *Beza.*

77 *Verecundari neminem*] Sic privatis ad me litteris magnus *Scaliger*: spectanda, inquit, persona est, nem-

pe parasitus. In senatu dicitur: 'Nulla verecundia debet nos demovere a sententia dicenda, ubi de rebus divinis et humanis agitur.' Divinæ et humanæ res parasiti est esca; et 'mensa' senatus. Quo quid *lepidius* dici potest? Aliter accipias, perit omnis lepor. *Taubm.*

82 *Hoc longe*] *Lego, hoc ungue.* *Παροιμιάδης* enim sermo est: 'Transversum unguem alicui non cedere.' Nec movet me illud *Mostell.* 'Tr. non hoc longe *Delphium*.' Nam et illic emendandum censeo, *hoc ungue*: etsi alterum etiam illud commode et tanquam a demonstrante, accipi posse scio. *Lipsius.* Sed vide ad *Cistell.* II. 3. 39.

83 *Cæna hac annona est sine sacris hereditas*] *Lego, Cæna hæc an non est s. s. h. ἐρωτηματικῶς.* 'Hereditas,' inquit, 'sine sacris' est, cum heres non adsciscitur in sacra et gentem. Cum ea hereditate ludens, servus cænam comparat: ut item *Captevis.* *Lipsius.* Probo omnino conjecturam eorum qui legerunt, *Cæna hæc an non est sine sacris hereditas?* Nam annona non potest explicari, nec hic locum habere. *Salmas.* *Cæna hac annona*] Ego vero non probo ullam hic conjecturam, sed retineo mordicus scripturam veterem cum explicatione *Mureti.* 'Hac annona' est, ut nunc est annona, hujus temporis annona. Sic *Livius*, 'horum magnificentia operum,' quæ nunc fiunt; 'hæc licentia,' quæ nunc grassatur. Vide ad lib. XXIV. c. 40. *Cæna gratuita*, ut nunc annona cara est, res tam rara est, quam hereditas sine onerosis et sumptuosis sacris. *Captivis* IV. 1. 'Sine sacris hereditatem sum aptus efferatissimam.' *Gronov.*

89 *Deos decet opulentia*] *Camerarianus opulentia.* Ergo recte fecerunt, *Deos decet opulentia*, quod cum recepisset *Pareus*, a *Grutero* increpitus rursus mutavit. At est illud *Plauti* et in *Bacclid.* III. 4. 23. 'Antequam

illa unquam meis opulentis Ramenta fiat ignavior: sic infra IV. 3. 'Veteres parsimoniam: sic 'famæ,' 'gloriam,' 'memoriam,' 'misericordiam.' Sic alibi: 'Secundas res decent superbiam.' Gronov.

90 *Nos homunculi salillum animæ*] Sumus vasculum salis, id est, sumus corpuscula animata: nam corpora nostra sunt tanquam animarum vascula. 'Salillum animæ' dixit, fortasse translatione sermonis facti a mensis pauperum, quæ sunt perquam tennes et sine apparatu: eis enim sal pro obsonio est. Horat. Od. II. 16. 'Vivitur parvo bene, cui paternum Splendet in mensa tenui salinum,' &c. Licet etiam dicere, Plantum eo spectasse, animam corpori nostro esse pro sale: quemadmodum enim carnes pecudum si diu servantur sine sale, putrescunt; ita et corpora, efflata anima, putore corrumpuntur. Lambin.

95 *Ut nomen eluet*] Opinor servum hoc velle: Credo profecto te illuc (ad Acherontem) divitias tuas perlaturam: ubi demum (cum mortuus nimirum eris) sis 'ut nomen eluet,' id est, Philto: ut ibi demum benignitatem tuam exerceas, et revera Philto sis hominibus: nam ut nunc quidem es, in tantis divitiis satis parvus es: unde nominis tui *ετυμον* apud Orcum demum fortassis verum esse ostendes. Pistor. *Ita sis ut nomen*] Admitto interpretationem Pistorii: sed ut ei satis conveniant verba, scribo, *Ubi mortuus sis, uti sis, ut nomen eluet.* Gronov.

96 *Hic*] In nostra familia. Lamb.

99 *Habeon' pactam*] Est formula, qua utebantur in respondendis futuris uxoribus. Puellæ, quum ambirentur, dicebantur 'speratæ,' quas ducere decretum est, post celebrata sponsalia dicuntur 'pactæ.' Pæn. v. 3. 38. Unde et 'pactam' dicebant pro sponsa. Gronov.

111 *Nostramne vis nutricem*] Sic au-

tem vocat agrum, cujus proventu tanquam nutrice alebantur. Apposite. Ita Artemidorus I. 81. ait, Bonum esse opifici somnare de coitu cum matre: *καὶ γὰρ τὴν τέχνην μητέρα καλεῖν ἕθος ἔστι,* &c. Val. Max. VII. 6. 'Siciliamque et Sardiniam, benignissimas urbis nostræ nutrices, gradus et stabilimenta bellorum.' Gruter.

124 *Acheruntis ostium*] Veteres, cum animas omnes ad inferos descendere putarent, multis locis esse ostium Orci credebant; ut qua spiracula erant, quæ odoris fœditate animam extorquebant, &c. Sed et in locis pestilentibus orci Ostium esse dicebant: ut hoc loco. Festus, 'Manalem lapidem,' seu potius 'manal' sive 'manale,' eleganter 'ostium manium' vocat. Scaliger.

125 *Tum vinum, &c.*] 'Vinum pendens' ipsas nvas significat, et vindemiam nondum collectam. Cui opponunt plerique e Jctis 'vinum doliare,' quod Cicero 'vinum de dolio,' et 'vinum de enpa.' Sed enim 'vinum doliare,' quod novum est, minorisque ob id pretii, opponitur potius 'vino diffusio,' quod maturitatem habet et suavitatem. Turneb. *Vinum priusquam coactum est*] P. Scriverius ad Martialis Xenia legit *coctum est*, quod cupide recepit Pareus. Sed male. Vide Observ. IV. 3. Gronovius.

126 *Consuadet*] Servus abduxerat senem: ait herus, Est quidem apprime scelestus noster ille servus: tamen eum tam mihi arbitror fidelem, ut nihil suasurus sit, quod contra meam rem. Gruter.

136 *Ad incitus reductus*] V. N. Pænulo IV. 2. 86.

138 *Fulgurita*] Quasque ideo, non sine sumptu collocare, coërcere, coinquere necesse erat, id est, ea parte ramos excindere, qua de cælo tactæ essent. Guther.

143 *Solstitiali morbo*] Apud Plantum quæsitum est, quis sit 'morbus

solstitialis.' Alii pro comitali intellexerunt: alii pro repentino et subitaneo: ut etiam alibi (Pseud. 1. 1.) 'herba solstitialis,' quæ nata statim moritur. Turnebus pro solstitiali morbo ardentissimas febres intellexit, quasi illæ sub solstitio maxime vagentur. Sed etsi demus Turnebo, similes febres canicularibus diebus grassari; attamen solstitium a canicula multorum dierum intervallo remotum est. Quare puto ego 'solstitialium morbum' quemcumque pravam et letalem vocari: quasi innere velit ille servus, neminem ibi potuisse sextum mensem vivere, sed statim unumquemque tempore solstitiali interire consuevisse. Etenim solstitium periculosum atque morbosum esse, unus ante omnes docuit Hippocrates libro de aëre, aquis, et locis. Post quem Arist. Sect. Problem. 1. idem confirmat. *Mercurialis*.

144 *Sed Campans genus*] Nonius legit *Campans*, id est, Campanum genus, quos molles et libidinosos fuisse constat. *Lambin*.

148 *Fortunatorum insulas*] Pingit has insulas Muretus Var. Lect. v. 1. Horat. Epod. xvi.

173 *Tam expectatus filius*] Abest quidem *Tam* Mss. Pall. sed retinent editiones primigeniæ, inquit Gruterus. Bene, bene: retineamus igitur et nos, subjicit Pareus. Imo male, male: et eat in maximam malam crucem. Nam et versum corrumpit, qui expuncto eo probus est trimetros, et genus loquendi antiquum, toties qua Plauto, qua aliis frequentatum vitiat. *Gronov*.

182 *Dic Callicli*] Indecore adolescens cupit ad se venire senem. Imo eam sententiam non esse puto: nam alia fuit fortasse additurus, ni servus interrupisset, in hanc mentem: *Dic Callicli*, ut, sen quemodo me datem sorori quærere conveniat, atque ut ipse de eadem videat: quod quidem diserte subjungit. Quia imo nihil

defuerit: et, 'ut ne conveniat,' valere potest, 'quomodo me deceat:' nam sic et Merc. extr. 'Itidem ut tempus anni, ætatem aliam aliud factum convenit.' *Acidal*.

191 *Gestam probe*] Hæc vera lectio. Ait: Edepol, etsi rem male hactenus gesserimus, tamen in eo saltem probe gesta est, quod filia herilis in tam lautam familiam collocatur. Modo hoc etiam obtineri possit, ut ager salvus nobis maneat. Hoc enim vult servus, non, ut explicat *Lambin*. quasi gloriatur de agro servato: de quo adhuc dubitat. Ead. forma sc. seq. 'tanton' in re perditâ Quam in re salva factus est frugalior?' *Pistor*.

198 *Latrocinatum*] V. N. Mil. 1. 1.

### ACTUS III.

SCENA I. 1 *Nostrum herilem filium*] Vel hic præscribi debet nomen 'Stasimi,' et legi sine interrogatione: ut intelligamus, respondere Stasimum: Dixi, Nostrum h. f. Lesb. s. s. de spondisse: vel legendum, *vestrum herilem filium*, &c. vel hoc totum accipiendum *τεχνικῶς*, hoc pacto: Dixistine ita? Nostrum h. f. &c. Hæcine sunt tua verba, quæ mecum locutus es? Nostrum h. filium. *Lambinus*.

19 *Ita ut nomen cluet*] Hoc declarat ipse Bacchid. 111. 2. 'Homini amico, qui amicus est, ita uti nomen possidet,' id est, cujus facta respondent nomini, et qui (ut Flaccus ait) 'Id curat esse, quod audit:' nempe amicus non tantum consiliarius, verum maxime ferentarius: hoc est, re ipsa, non logis juvans; ubi re opus est. *Douza*.

SCENA II. 12 *Nullum beneficium*] Præcedentia et sequentia validissime convincunt, hæc ita distinguenda. *Lysiteles* enim *Lesbonico* consulit: et hic 'rumori servire' nunc se dicit, ne in crimen apud populum veniat:



quod disertius infra exponit: 'LE. Nolo ego mihi te tam prospic.' vs. 62. sic nempe 'rumori servit,' cum hanc infamiam cavet. Quanquam et aliter servire dici possit itidem rumori, qui post metuit; et præcavet aliam famigationem: 'Mea opera hinc proterritum te,' &c. vs. 77. sed tamen in Lesbon. hæc cautio hic magis convenit. *Acidal.*

13 *Neque a me officium*] Mss. Cam. *neque in se officium.* Lego, *neque meum se officium migrat.* Ut Cicero de Divin. I. 'credo, ne communia jura migrare videatur.' Agellius: 'casita nidum migravit.' *Schopp.*

18 *Ut vindex fieret*] Lambinus et Douza legunt, *ut vibex fieres?* quum in Mss. Camerario teste, restet *vindex;* et retinet Petrus Valla, recteque 'vindicem' exponit 'ultorem.' Nempe, qui ulciscitur, decus aufert: unde 'vindicare,' auferre; 'vindicta,' ablatio; 'vindex,' qui aufert: ut ex Vett. Glossis constat. Hæc firmantur eo, quod paulo post sequitur: 'Si istuc, ut conare, facis indicium tuum, incendes genus:' ubi 'incendere' est, non celebrius reddere, ut Scalig. putabat, (plane enim sententia repugnat,) sed, quasi incendio perdere et absumere. *Vossius.* *Ut vindex fieres*] Neque *vibex* Lambini admitto, neque conciliare stomacho meo possum, ut 'vindicem honori posterorum' eum credam Latine dici, qui posteris decus aufert, quacunque cerussa oblinant. Nimirum non interrogatio est, neque conjungendus hic versus cum præcedenti, sed cum sequenti, hoc modo: *Atqui honori posterorum tuorum ut vindex fieres, Tibi pater avosque.* Id est, ut vindicares traderesque posteris tuis honorem et decus, non tibi primo ea acquirenda erant, quod est difficilium, sed ad eam rem planam tibi viam fecerant majores. Vide *Observ. IV. 3. Gronov.*

22 *Qui te corrigere possis*] *Colligere*

*Scal. Scriber.*

29 *Vel exsignavero*] *Vulgatum omnino retinendum censeo. Vel exsignavero* valet exquisite in charta consignatum ordine recensero, ut rem confregerim. *Exsignare* proprie e commentario describere et in ordinem redigere: unde in genere pro accurata recensione accipitur. *Livius lib. I.* 'Eique sacra omnia exscripta exsignataque tradidit.' 'Exsignata,' nempe ex commentario. *Pistor. Vel exsignavero*] *Lege, dixisti scio ex ignaturo.* Ut 'exconsule,' 'exquæstore.' 'Gnarurnis' dicitur et 'ignarurnis' *Arnob.* 'Vel exin a puero.' *Scriber.*

37 *Tute pone te*] *V. N. Aulul. IV. 4. 10.*

39 *Imperitum tuum ingenium*] *Nec peritum nec impeditum* sufficiens esse, quum recte sese habeat antiqua scriptura, docuimus *Observ. IV. 3. Gronov.*

47 *Hospitium*] *Locum liberum, ubi facias nequam.* De hospite Cupidine, consulendus *Anacreon. Propert. III. 24.* 'Hospitium tota nocte paravit Amor.' *Passerat.*

49 *Si istuc, ut conare, facis indicium*] *Sic vett. libri. Vulgo transposuerunt auctore Acidalio et Pistorio, si istuc, ut facis indicium, conare;* et explicationem afferunt alienissimam. Sed scribendum, *ut conere, faxis. Istuc,* quod dixerat vs. 21. 'Cape sis virtutem animo;' et quæ sequuntur. 'Tuum incendes genus,' clarum et insigne facies. Vide *Observ. IV. 3. Gronov.*

51 *Cati*] *Putabat Alciatus catus,* extrito *p,* usurpasse *Plantum* hoc loco, pro *captus,* metri causa: quod minime verum putem; quum non aliter *catum* hic dixerit *Plantus,* quam in *Epidico,* 'consilium catum,' aut *Ennius,* 'cata dicta:' quod *Varro* interpretatur 'acuta.' Unde et 'Cn-tonis' nomen factum. *Vossius.*

53 *Facile est inventu*] *Hoc Lesbo-*

nici responsum ad parcemiam trahendum: 'Altera manu fert aquam, altera ignem.' Quamvis enim hoc dicere videatur comicus, ignem etiam ab inimicis utendum sumi solere, ad frigus defendendam; aliud tamen dissimulanter innuit: nimirum, si quis rei iratus suæ, cum Venere ista Tibulliana, messes privatas combustum ire velit, ei porro homini ustrinæ ejusmodi concinnandæ materiam nullo unquam tempore defuturam; etiamsi mutuo illa vel ab inimicissimis sit petenda. A quibus quid mirum, si ardor ille Vulcanius impetratu facillimus, quem hoc genus manu promptum gestitat assidue, ob causam, quam exposui? non item de aqua; qui incendium restinguas. Et hæc germana est paradoxæ hujus sententiæ declaratio, quicquid dicant interpretes. *Douza*.

58 *Nunquam erit alienis*] Lesbonicus de dote et agro decernit, nec amplius vult sibi contra dici: tum alter stomachabundus proclamat, et validissima objectione adversarium premit. Qua in re quidem languet ac jacet vulgatum *tanto*; tandem vero veget, et vegetat orationem. Ceterum Lesbonicus dictum ambigui sensus est, et Lambiniana explicatio rei non satis apta. Aptior fuerit, si 'gravem' interpreteris argentiuseule gratum et acceptum, 'levem' contra ingratum et minus carum, &c. Apertissima, eademque veriss. sententia: Nunquam alienis molestus et odiosus erit, qui suis se tolerabilem præbet. Id in rem præsentem ita convenit, ut non possit aliud magis. Nam nolle se sorori iniquum esse ait aut exosum facere: et hoc qui studeat in suos, cum idem facile cavere in alienos. *Acidal*.

61 *Tua qui toleres mania*] Unde tua mania, ut alii legunt, et sumptus quotidianos tolerare ac sustinere possis? *Lamb*.

63 *Differant*] 'Differre famam' est

malis sermonibus differre. Vide notas *Epid.* i. 2. 15.

68 *Emolumentum*] 'Emolumentum' non tantum significat quæstum, aliquidve quod conducatur; sed etiam, quod operosum est, ac magnum studium requirit. Hoc patet exemplis Varronis et Cæsaris: et hoc a nullo grammatico explicatum. *Victor*.

81 *Hic agit magis ex argumento*] 'Agere ex argumento' proprie dicitur histrio, qui omnem habitum, gestum, motum, vocem attemperat materiæ et narrationi ex argumento spectatoribus cognitæ. *Gronov*.

82 *Multum ad omnia*] Diu est cum legendum hoc loco putavi, *Etiam ob stultitiam tuam te tueris? multabo minu*. *Salmas*.

88 *Abiturus*] Forte, *abituris*, ab 'abitorio.' *Gronov*.

94 *Fulmentas*] *Fulmenta* sunt *καρτύματα*, quod et 'solnm' Latinis. *Suppacta κεκασσυμένα*: et *suppingere* est *ἄλως ἐγκροῖεν* in calceos. *Εἰσι* enim hic clavi non nominantur, manifestum tamen id est ex illo Bacchid. ii. 3. ubi notat luxum veterum divitum, qui clavis argenteis vel aureis in hanc rem usi. *Casaub*. *Non sisti potest*] Id est, actum est, perimus. Neque enim ceperunt interpretes. Vide ad Livium iv. 12. *Gronov*.

95 *Caculam*] Glossæ Vett. 'Cacula, *δοῦλος στρατιώτου*.' Nonnullis et 'calones' dicuntur, qui militibus ligna suppeditabant: ut 'lixæ,' qui aquam, quam veteres 'lixam' dixerent; vel 'calones,' quia ligneas clavas pro tutela dominorum gerebant: nam *ligna κάλα* vocarunt. *Scalig*.

96 *In saginam*] Vide notas *Mos-tell.* i. 1. 62.

SCENA III. 17 *Ducenti abscesserit*] Recte quidem hæc mutila esse Lambinus vidit; sed ipsius interpretatio locum hic nullum habet. Nam Lysiteles eam sibi jam sine dote omni desponderat; nec audire de dote quicquam volebat. Legendum puto,

huic ducenti interea abscesserit: id est, dos abscedet interea Lysiteli puellam ducenti: nam dixerat ante Megaronides, Si virgini dotem dederis ex pecunia, quam tibi pater ejus clam concredidit, dicent omnes, 'Datam tibi dotem,' &c. Subjungit, 'Nunc si operiri vis adventum Charmidis, Perlongum est; huic ducenti interea abscesserit.' Vides itaque ad dotem referri debere. Proinde ac si dicat: Si operiri voles tantisper, dum veniat Charmides, hic interea illam indotatam duxerit. Vel legendum, hinc *ducenda interea abscesserit*. Interea dum tu adventum patris præstolaris, illa, quam ducere vult, hinc ex ædibus tuis in domum mariti abibit. Gifan. mavult, *ducendi materia abscesserit*: sed certe alienum est. Schopp.

20 *Ut adeam Lesbonicum, edoceam*, &c.] Vera est lectio, *adeas*: nam consilium Megaronidæ est, non ut ipse, sed Callicles adeat et edoceat adolescentem, ipsi enim cum illo nihil rei. Et huic ita suasise, patet ex ejus responso. *Acidal*.

29 *Roges*] Malim legi, *roget*; ut ad Lesbonicum referatur, cujus erat dotare sororem. Habebat enim adhuc agrum, sub cujus pignore pecuniam mutuo sumere poterat. Atque ita convenit id, quod Megaronidi subjicit, 'Potin' est ab amico,' &c. *Pistor*.

36 *Quantum potest*] Id est, quam primum fieri potest. *Lamb*.

39 *Quæ non visitata sit*] Quæ non sæpe in his locis conspecta sit. V. N. *Epid*. et *Pseud*. II. 4.

40 *Falsidicum, confidentem*] Etsi durius hæc cohærere videbantur; tamen scripturam vett. libb. nolimus temere mutare, præsertim has tot syllabas numeris exigentibus. *Camer*. Non debebant vett. edd. hæc mutare in *falsidicum, confidentemque*, contra lib. consensum. Repetendum est ἀπὸ τοῦ κοινῶ, scilicet *facere*. Ignota facies scit

facere, aut facit, hominem falsidicum et confidentem. *Boxhorn*.

50 *Tenes jara?* CA. *Propemodum*] Haud aliter edd. vett. attamen *Pall*. ambo *propemodo*, inquit *Gruterus*. Et recte. Nam hoc exstat et *Pseud*. I. 3. 'Sed scin' quid nos volumus? BA. Pol ego *propemodo*.' Et est comparatum, qualia 'exadvorsum,' 'examussim,' 'impræsentiarum,' et similia. Invenimus quoque in scriptis *Livii* exemplaribus. *Gronov*.

82 *Quid illum putas, &c.*] Ita distinguendum, hoc sensu: Cum sit tam prope vespera, vix est quod dubites, quin pro ea qua est natura atque ingenio, jam diu vino sit depositus. Simile *Apuleianum* *Apol*. c. 1. 'Quid sit diei vides: dico *Crassum* jamdudum ebrium stertere,' &c. Ceterum hinc notamus, litteras peregre latas, portitoribus commissas: ntpote qui eas deinde curarent omnibus noti. *Terent*. *Phorm*. I. 2. 'Sed epistolam ab eo allatam esse audivi modo, Et ad portitores esse delatam: hanc petam.' *Gruter*.

86 *Conduco de foro*] V. N. *Pæn*. III. 2.

89 *Ad officium meum*] Ad effodiendum thesaurum. *Taubm*.

90 *Actum reddam*] Ita versum expleo: *actum reddam, nugas sum nisi*. Nisi tibi hoc effectum lepide dedero, nugas ero. Testatur autem *Charis*. et *Prisc*. veteres dixisse, 'hic, hæc, et hoc nugas.' *Glossæ*: 'Nugas, σαπρὸς, ἀσελγής.' Item, 'Σαπρὸς, nugatorius, nugas, factus.' Sic *Varro*: 'Quod si *Actæon* occupasset, et ipse prius suos canes comedisset, non nugas saltatoribus in theatro fieret.' *Schopp*. Antiqui s et x permutabant; ut 'nugas' pro 'nugax,' 'adassint' pro 'adaxint,' &c. quemadmodum x et c propter affinitatem; ut 'secus' pro 'sexus,' *Rudente*. *Popma*. Forte scribendum, *nugaces sunt nisi*; illi nimirum, quibuscum mihi res erit. *Boxhorn*.

## ACTUS IV.

SCENA I. 1 *Salsipotentis, &c.*] Literarum ductum secuti, non dubitamus rescribere hæc verba ad hunc modum: *Salsipotentis et multipotentis Jovis fratri Tænario Neptuno.* 'Tænarius' dictus est Neptunus, a 'Tænario' Laconicæ promontorio, in quo erat sacra Neptuno ædes: cuius quare hic meminerit Charmides, ratio peti potest ex cognomine, quo in Tænaro colebatur: de quo Suidas, *Ταίναρος, ἀκρωτήριον Λακωνικῆς· ἔνθα καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν Ἀσφαλλίου.* *Petitus.* *Nerei Neptuni*] Mendosa sine dubio sunt in hoc versu, *Nerei Neptuni.* Puto scribendum, *Nereine Neptuni*, id est, Nereine Neptuni uxore. Alia est, Nereine Martis uxor. 'Nereine' vocatur Thetis poetis. In tertio versu lego ex vestigiis antiquæ scripturæ, *Quos penes mei potestas, bonis meis quid foret, et meæ vitæ.* Quos, id est, Neptunum Jovis fratrem, et Nereinen ipsius uxorem. Imo ad fluctus, de quibus proxime sequitur, id referendum, *et fluctibus salsis.* Salmasius. Forte etiam, *bonis meis quid foret et mea vita.* Gronov.

4 *Urbisque mænia reducem*] Ita coniecit Camerarius, cum esset in Mss. *urbis cumam*, inquit Gruterus. Editiones præscæ utrumque vocabulum præterierunt. At suspicor scribendum, *in patriam urbem incolorem reducem faciunt.* Cum invenissent librarii *urbicolmen*, quibusdam ductibus obliteratis fecerunt, quod illic exstat. Gronov.

16 *Turbines venti*] Junxit speciem cum genere. V. N. Truc. v. 1.

18 *Ruere*] Ἐνεργητικῶς. Virgil. Georg. II. 'et ruit atram Ad cælum nubem:' item 'ruit omnia late.'

19 *Apage me*] Sic habent Mss. et omnes edd. Neque *me in te* mutandum est cum Acidalio. *Apage*, inquit, *me a te, Neptune; mei meo-*

*rumque cura tibi nulla in posterum sit.* Satis multas mihi divitias comparavi. A mari dehinc abstinebo. Nulla mihi dehinc res tecum erit. *Boxhorn.*

SCENA II. 2 *Tribus nummis*] Id est, minime. Lucian. *δύ ὀβολῶν ἀποκλήπτειν, duobus obolis vendere.*

4 *Quas ego neque oculis, &c.*] Valet 'usurpare,' crebro aliquid agere aut dicere: et sæpissime a Cic. 'usurpare' pro appellare positum video, quod hodie satis tritum non est. Noster vero dicit, 'usurpare oculis,' 'usurpare sensibus,' pro videre, sentire; quæ multo minus sunt nota. *Gifan.*

9 *Fungino genere est*] 'Fungi' nihil sunt aliud fere, quam caput. Respexit ad causiam seu petasum, quem capite gestabat. *Lumbin.*

14 *Eo conductor melius*] Si ea, quæ doctus sum, expolivero, tanto melius conductor mea opera rem nugariorum confecerit. *Lamb.*

16 *A chorago*] V. N. Curcul. IV. 1.

18 *Ut me esse ipsum*] Ait se fore illum ipsum, pro quo sit exornatus; verum, non fictum. *Taubm.*

21 *Noscitat*] Noscere conatur, explorat. V. N. Amphit. II. 2. et Sticho II. 1.

27 *Agitandum est vigilias*] Pro 'agitandæ sunt vigilias.' Sic loquebantur interdum antiqui, ut Varro de R. R. II. 7. 'prodigendum equuleos:' et alibi, 'tempora animadvertendum et loca idonea providendum.' Gronov.

28 *Foribus tutelam gerit*] Alloquitur 'ostiarium,' qui, ut ait Ovid. 'egressus introitusque videt.' Erant autem janitores sive ostiarii isti in catenis: idque prisco instituto, quod ex Ovid. Fast. claret. *Wouwer.*

30 *Census cum juratori recte*] *Legō, Census sum, juratori recte rationem dedi.* Per 'juratorem' autem intellige, apud quem peregrini in portibus et nomina, et patriam, et negotia profiteri cogebantur. Ita dic-

tus est, quod et ipse juramento fidem suam reipub. obstringeret, qui alios sub juramento censeret. Nec aliud hic quærendum. *Boxhorn.* Placuit conjectura *Boxhornii*, legentis *Census sum, juratori recte rationem dedi.* Alioquin ferri etiam potest quod habent scripti codices, *Census cum juratori recte rationem dedi.* Vox *conjurator* plane mendosa est. *Salmas.* *Census cum juratori*] ‘Juratorem’ esse ipsissimum censorem, magistratum populi Romani, et legendum, *Census cum juratori*, id est, quum censum edidi vel professus sum apud censorem, per intellectum verbi substantivi, docuimus *Observ. iv. 4. Gronov.*

36 *Hic homines ubi*] *Mss.* ambo, *hosce homines*, non de nihilo, inquit *Gruterus*. Itaque hoc recepimus. Nihil enim frequentius hoc genere loquendi apud *Plantum*. Vide ad *Senec. de Benef. iv. 32. Gronov.*

45 *Opus face est et viatico*] Legendum, *Opus facta est, et viatico*, vel, *Opus face est, et viatico*. Quod enim *sycophanta* diceret, tantum operis esse in nomine suo, ut, si ante lucem occipiat ire, concubia nocte venturus sit; respondet *Charmides*, face et viatico ad nomen ejus opus esse, ut scilicet in tam longo itinere et victus suppetat, et in tenebris lumen. *Lipsius.*

59 *Cur. Hæret hæc res*] Tacite se eum, vel ad spectatores hæc mussitat *Charmides*. Ita *Amph.* ‘Vir ego tuus sim? ne me appella falsa falso nomine. So. Hæret hæc res: si quidem hic jam mulier factus est ex viro.’ *Taubm.*

68 *Istuc feri solet*] Præponunt hic *Mss.* aliam personam, teste *Grutero*. Sed censet *Pist.* relinquenda esse *Trinummo*, ut se excuset quod nomen oblitus sit. *Taubm.*

70 *C est principium*] *C* est capitalis littera nominis. ‘Reminiscen-  
tiam’ vocant hanc figuram; cum per

ambages similes deducimur in memoriam rei, quæ nobis exciderat. *Scaliger.*

77 *Sy. Ad hoc exemplum est, Char. &c.*] Ita ingeniosissime restituit *Palmerius*. Quærit *Charmides*, ad quod exemplum sit nomen; si forte ita tandem ad verum perveniri posset. Respondet *Char* esse initium. *Taubman.*

83 *In Cecropia*] Nil mutandum est. Nomen insulæ et insula, ut ficta sunt, et ejusmodi alia passim apud *Plantum*. *Boxhorn.*

90 *Cunila gallinacea*] *Κονίλη* Græce *origanum*; unde Latinis *Cunila* et *Conila*. Unde *conila bubula*, ἢ *βουκονίλη*, vel *βούτης ὀρίγανος*, quod boves a scabie sanos præstaret. Sic *ὄνιτις ὀρίγανος*, *cunila asinaria*, ab eadem fortasse causa, quod asinorum scabiem emendaret. Alia fuit ‘*conila gallinacea*,’ id est, *origanum gallinaceum*. *Plinius*: ‘est alia *cunila gallinacea* appellata nostris, Græcis *origanum heracleoticum*.’ Forte quod galli *gallinacei* semen ejus appetant. *Salmas.*

96 *Pax! perisse illico*] Paulo prius scribo, *Tax, id est nom. &c.* hic, si quid crediderim tibi, *tax perisse illico*. *Ludis* *sycophanta* ex instituto suo, dicitque nomen sibi quotidianum esse, *Tax*: id est, tanquam hominem tagacem, et qui non bene utatur manu sinistra, se traduci a populo: inde est, quod respondet *Charmides* audito nomine, dixisse eum, furto illico perituum, si quid ejus fidei concrederet. Nam ut ‘*pax*’ a ‘*pago*,’ ita etiam ‘*tax*’ a ‘*tago*’ deducebant. Atque ut ‘*tangere*’ pro furari usurpabant, ita ‘*tax*’ et ‘*pro tactim* et ‘*pro furtim*. Hic posteriore notione extulit; priori, in *Persa ii. 3.* ‘*tax tax tergo meo erit.*’ Jam, quod paulo post *Charmides* iterum eum hoc modo compellat, nihil obstat, si ibi scribamus, *heus, Pax, te, &c.* Nam utebantur hac dictione, cum aliquem

compellarent, aut sermonem ejus interpellarent. Terent. Heant. II. 3. 'Cl. Pax. Syre m.' &c. *Meurs.* Pax non videtur huic loco convenire. Hac enim particula utebantur, cum finem facere vellent. Ut apud Terent. 'Unus in diem dum argentum eripio, pax nihil amplius.' *Tax*, quod alii hic reponunt, magis convenit sycophantæ tagaci. Nævius tamen in Agitatoria 'tax pax' eodem sensu posuit, quo apud Terentium 'pax,' in his versibus: 'Age Ne te mihi advorsari dicas hunc unum diem De meo ego illos sinam esse, tax pax postea Currentes ego illos vendam, nisi tu viceris.' *Salmas.*

100 *Horiola*] Quæ navis modica piscatorum. V. Rnd. IV. 2.

102 *Sy. Alii Dii*] Ejuratis aliis lectionibus, quæ excogitari cunque possint, omnibus, ita rescribendum, quanta possum adseveratione contendo, *Alii Dii isse ad villam.* Ecquid enim lepidius fingi potest a nugatore isto, quam ut de Jove interrogatus, cum non vidisse responsurus esset, ita diceret, absente ipso Deos alios de ejus abitu sibi retulisse? *Acidal.*

123 *In mensa*] Apud trepezitam, in foro. *Lamb.*

125 *Mirum quin*] V. N. Mostell. II. 2.

129 *Auro huic quidem*] Sic omnes omnino habent edd. et Mss. Cam. Ait enim; Ut in aliis rebus omnibus sis Charmides, at non eris etiam isti auro. *Grut.*

135 *Recharmida*] Festive Plantus alludens ad Græci nominis (χαρμῆ, lætitia) significationem, Charmidem auri mentione interposita delectatum, et Charmidem professum, jubet se 'recharmidare,' hoc est, conceptam lætitiā et assumptum nomen deponere. *Durantius.* Simpliciter interpretor: Tu qui Charmidem te fecisti, rursus te recharmida, Charmidem te esse nega. Nihil agis; nihil obtinebis nomine isto falso et tibi non

competente. *Bozhorn.*

140 *Scriptum quidem*] Quasi dicat: Non ipsum aurum mihi dedit, sed tantum auri summam in tabellis notatam. *Lambin.*

147 *Enimvero sero quoniam*] Jocus hic est, sed ejus sententia mihi quidem obscura est, fortassis et aliis; nam causa, cur vapularet Charmides, in adventu solo nulla est: itaque inclino legere, *enimvero sero quoniam.* Nam ad histrionum pœnas alludi manifestum est. Ii vero, si quid deliquerant in actione, vapulabant. In Cistellariæ epilogo: 'Ornamenta ponent: postidea loci Qui deliquit, vapulabit; qui non deliquit, bibit.' In culpis autem fuisse, si quis serius quam oporteret, proscenium ingrederetur, non dubium est. Hinc sycophanta Charmidi minatur, qui fabula jam magnam partem acta peregre domum venit, daturum eum pœnas, quod sero venerit. *J. Gulielm.*

150 *Etsi floccifacio*] Gratulaturus seni videbatur, cum inciperet, 'salvus quand. advenis:' at *παρὰ προσδοκίαν* subjicit, 'Dii te perdant.' Quoniam incolumis hic venisti, pœnas, inquit: etsi mea causa perire potueras etiam prius; nec ego floccum interdum, si id factum. Hæc germana est sententia, joco lepidiss. constans. Tantum pro si te factum *etsi*, trajectis litteris. *Lambinus* plane frustra est. *Acidal.*

160 *Concenturiat*] 'Concenturiare' est colligere: dictum a centuriis, quæ ad suffragia conveniebant: titur et *Pseud.* I. 5. Ita Terent. Phorm. I. 4. 'Ego in subsidiis hic ero Succenturiatus, si quid deficiēs.' Id est, ero successor in locum deficientis, ad supplementum centuriæ. A re militari. *Lamb.*

162 *Nunquam edepol*] Quemadmodum tintinnabulum temere, et sine motu alieno, tinnire non solet; ita hic sycophanta non temere, sed ab alio subornatus, ad cædes meas cum

litteris venit. *Lambin.*

SCENA III. 4 *Ne bubuli in te cottabi crebri*] Græci in conviviis solebant e poculo reliquias vini arte quadam in terram elidere, ut sonum redderent, vel (ut Cicero de eodem Tusc. 1.) *resonaret*: idque *κοτταβίζειν*, *facere cottabum*, vocabant. Quo respiciens Plautus, ‘cottabos bubulos’ facete vocat vel plagarum crepitus, qui eduntur, cum servi corio bubulo cæduntur; vel lora ipsa, quibus cæduntur. *Lipsius.*

6 *Thermopolio*] Vide notas Curcul. II. 3. 14.

7 *Condalium*] ‘Condulus,’ vel ‘condalus’ et ‘condalium,’ anuli genus Festo est, quem servos digitis gessisse Cælius auctor est. Ἀπὸ τῶν κονδύλων, a digitorum articulis, duco. Plautus quoque fabulam Menandri *Δακτύλιον* cum verteret, ‘Condalinum’ eam nominavit. *Salmas.*

8 *Huic, quisquis est, Gurgulio*] *st exercitor*] Putem hoc ab athleticis sumpsum, quibus gymnastæ sui et magistris exercitores. Quia igitur in brevitate illa proscenii curriebat servulus et recurtebat, sed lento et mimico cursu, senex ludit, et, Hunc hominem, inquit, tardus aliquis Gurgulio ad cursum exercuit: ita currit, nec procurrit. Non alia allusione aut sententia, supra dictum: ‘magister exercitor animus hic est.’ *Lipsius.*

13 *Theruchus, &c.*] Nomina servulorum a Plauto conficta; quorum *εἶσμα* investigare, esset otio suo abuti. *Taubm.*

16 *Quorum eorum unus, &c.*] Ita versute docti sunt et exercitati in furto artifices, ut unus eorum surripuerit cursori, dum curreret, soleam caleamenti. ‘Solum’ et infimum pedis calcaneum et calcei soleam significat. Lucr. I. I. ‘Nullius loca trita solo,’ &c. Martialis IX. 75. ‘Et mordere luto putre vetusque solum.’ *Scaliger.* V. N. Bacchid. II. 3.

17 *Graphicum*] Vide notas Epid.

III. 3. 25.

19 *Cape vorsoriam*] Fito *παλίνδρομος*, ‘Da vela retrorsum,’ ut loquitur Placcus. Turneb. XX. 4. ‘Vorsoria’ est funis quo velum vertitur. *Taubmannus.*

31 *Obnoxiosi*] ‘Obnoxiosus’ multum est obnoxius: ibique perverti jura omnia servus queritur: et præter alia, leges a moribus jam in suam potestatem perductas; cum ipsi contra legibus obnoxii esse debeant magis, quam hodie sint parentes liberis suis, qui itidem parentibus esse potius debeant. Ita duplex est incusatio, illæc directa in mores; hæc obliqua in liberos: quæ occultior, fellit hactenus: sed quo occultior, eo acrior est, et ex transverso vehementius mordet. Utrumque contra naturam est; leges moribus, parentes liberis obnoxios esse. Quem sensum invidit usurpatio vocis ejus, aut potius reliqua loquendi forma duplex: semel enim de jure, ut vocant, accipitur; iterum de facto: et prius in mores, alterum in parentes dictum. Vide Stich. II. 2. 41. *Acidal.* Nihil mutandum. Tangit enim morem tum nimis communem et pervulgatum, patrum liberis suis præter æquum indulgentium. *Salmas.*

32 *Eæ misera, &c.*] Quod leges ligneis vel æreis incisæ tabulis ad parietem in foro affigantur, ut ab omnibus cognosci possint, id servulus urbane trahit in aliam partem, quasi legibus fiat injuria, aut quasi per leges supplicio afficiantur innocentes. Ita jocatur et Capt. IV. 3. ‘de pernīs indemnatis.’ *Aut. Augustin.*

37 *Qua sacrum*] *Qua, qua.* V. N. Mil. IV. 3.

39 *Nonne hoc, &c.*] Nonne hoc publica animadversione coerceri debet? *Lamb.*

41 *Male fidem servando*] *Lamb.* hoc ad magistratus refert, minus apposite: loquitur enim de debitoribus non solventibus; et stomachatur sibi fi-

dem in talento reddendo non servatam. Et ita, ait, malos debitores fidem non servando, facere, ut etiam iis, qui servaturi essent, tanto difficilius credatur. *Pistor.*

55 *Dicto audiens est*] Ita legendum, uti et mox, *si bonus est, et sin secus est; non es.* Neque enim hoc de Stasimo, sed de quovis indefinite capiendum: quod vel illud, convincit: 'St. Quid id ad me attinet, &c.' Ad verb. igitur *emi* non 'te,' sed 'aliquem' subintelligendum. *Acidal.*

56 *Nisi quidem es obnoxius*] Cum hac exceptione quidem, nisi servo tuo, ob alia ejus recte facta, multum debeas. *Lamb.* Vide notas Stich. III. 2. 4.

83 *Hac ætate*] Nonius legit, *hoc ætate*: unde suspicor scriptum, *hoc ætatis*; id est, ætate tam præcipiti atque effæta: ut 'hoc noctis,' pro nocte tam sera sive intempesta. *Douza.*

85 *Res quom animam agebat*] Cum res familiaris peribat. *Ridicule* ἄψυχον facit ἔμψυχον. *Taubm.*

SCENA IV. 22 *Ob rem*] Non de se, aut suis laboribus servus loquitur, sed de Calliclis; ut apparet ult. versu: ubi sententiam veram aperiam emendatione, *Ab re lab.* Non enim hic convenit de re facienda. Alii sunt labores, quos enim cepisse judicat *ab re*, id est, frustra, et non ex merito ipsius. Inmerito enim calumniis exagitatum et oneratum infamia innuit, quam ille fide sua sibi pepererat; ut ex superioribus clarum. Et huc etiam verborum defectorum sensus respexit: *Quanquam lab.* *Acidal.*

#### ACTUS V.

SCENA 1. 1 *Hic homo*] Scipsum intelligit δεικτικῶς. *Camer.*

7 *Ei rei fundus*] Id est, auctor, *Festus, Turneb.* Ant. I. XII. Angustinus ad Festum, Agellius XVI. 8. Sigonius I. 4. De Antiq. Jurc Ita-

liæ, ubi de industria hoc egit, *Hotoman.* *Observat.* II. 5.

SCENA II. 3 *Exædificavisset*] Ejeicisset me filius ædibus, si absque te foret. *Dictum* 'exædificare ex ædibus,' ut 'expectatore ex animo,' ὀψὲ χοεβεῖν ὄνον. *Lamb.*

6 *Proprium*] Id est, perpetuum: nec timet ut ab se repetatur. *Donatus data* repeti potuisse ait; et distinguit a *deditis.* *Instit. Dona,* nisi et fierent propria, sic sane revocabilia fuerint, non perpetua. Ita *Lucr.* lib. IV. 'amore proprium' pro stabili et perpetuo dixit. Et *Virgil. Æneid.* I. de uxore perpetua: 'propriamque dicabo.' Idemque de stabilibus numeribus: 'propria hæc si dona faisent,' *Hotom.* *Prosumperit*] Ita legitur in *Mss. Pall.* Veteres edd. habent *proprium erit.* Inepte. Contrarium enim velle comicum, ex sequenti versiculo apparet. Neque rectius est, quod inde fecit *Camerarins,* *proprium sumpserit.* *Prosumere* autem, quod pro porro sumere hic positum alii arbitrantur, Latinum non est. Ego ductum scriptæ lectionis, *prosumscrit,* proxime sequutus, legendum opinor, *prorsum perit.* Distinguit inter dnum generum beneficia. Quædam, inquit, propria facta accipientis, plane perent danti; quædam utenda data repetendi copia et potestas danti est, quando velit: scita plane et egregia sententia. *Boxhorn.* Probo omnino conjecturam *Boxhornii* legentis, *Nam beneficium homini proprium quod datur, prorsum perit; Quod datum est utendum, id repetendi copia est quando velis.* Quod cui proprium datur, perire et ei alienari qui dedit certum est. Atque ita proprium a mutuo distinguitur. Hoc enim quod utendum datum est, ut fit in mutuo, non perit datori, sed ejus repetendi copia est quando is velit. *Salmus.* *Proprium quod datur prosumscrit*] Ego vero omnino improbo hanc conjecturam. Nam quis sa-



nus dixit, beneficio quod datur, prorsum perire? Ne quidem semper, etsi in ingratum ceciderit, ut Cicero in libris de Officiis et Seneca recte disputant. 'Malo si quid beneficias, id beneficium interit,' inquit noster Pœnulus. III. 3. non ergo si bono. Potest autem quisquam explicare illa duo genera beneficiorum, quorum alterum fit accipientis, alterum utendum datur? Imo posterior versus de nullo significat beneficio. *Prosumere* autem, qui negat Latinum esse, neget etiam 'prosubigit' esse Latinum, quia id unus habet Virgilius, aut 'prædelassat,' quia unus Ovidius. Imo est idem quod insumere, sumere, impendere, erogare. 'Beneficium quod homini proprium datur,' ut in eo non sit potestas postea ei qui dedit, prosumperit, alienarit, transcripserit forsitan is qui dedit, ut repetere nequeat: at quod non est datum beneficio, sed tantummodo datum utendum est, ut tu mihi rem tuam credidisti, id repetendi copia est, quando velis: ut nunc tibi. Ad Liviam: 'Vita data est utenda: data est sine fœnore nobis Mutua.' *Gronov.*

9 *Fortem*] V. N. Mil. IV. 3. 13.

21 *Neu qui*] Id est, aliquo modo: et recte ita, quod vox *patrium* convincit: non *quis*, quod tamen in Mss. et edd. nemo enim alienus thesaurum repetere poterat. *Acidul.*

29 *Salutis dignus*] Ita Nonius: aitque metaplasmum casum esse: at rectius J. Gul. Hellenismum: ἄξιος χάριτος, τιμῆς, ὑγιείας. Ita Virgilius, 'indignus avorum.' Ovid. de Arte I. III. 'Curia consilii quæ nunc dignissima tanti.' Suet. Othone: 'et prædicaret, solum successionis imperii dignum.' *Taubm.*

30 *Tunica pallio propior*] Proverbium, quo significatur, ex amicis nos

aliis atque aliis magis esse devinctos, neque parem omnium habendam rationem. Pallium extrema vestis apud Græcos, ut toga apud Rom. et tunicam tegebat: ideoque corpori propior tunica quam pallium. *Pius.* Græci etiam simili loquendi ratione utuntur. Theocr. in Idyllio XVI. 18. ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνήμα, *remotior est tibia quam genu.* Cic. etiam hac usus est Fam. XVI. 23. γόνυ κνήμης, *genu tibia propius est.* Subanditur enim ἔγγυον. Quod integrum recitat Aristoteles Moral. I. IX. γόνυ κνήμης ἔγγυον. *Gronov.*  
33 *Sponden'*] V. N. Antul. II. 2.

34 *Mille auri Philippum dotis*] V. N. Persa III. 1.

35 *Placenda*] Mira locutio, *placendus* a 'placeo:' quasi etiam dici posset, 'standus,' 'sedendus,' 'surgendus,' a 'sto,' 'sedeo,' 'surgō,' &c. de quo Prisc. lib. VIIII.

53 *Satine salve*] Ita Ter. Eunuch. V. 6. 'Quid est? quid trepidas? satissime salve?' ubi Donatus 'salve' interpretatur 'integre, recte, commode,' citatur hunc Plant. locum; et alium Sallustii: utitur eo crebro Livius. Ita Apul. Apol. I. I. 'Puer ubi sit, et quam salve agat, interrogat.' Dicebant etiam, 'Rectene omnia?' Peregre enim redeuntibus, vel aliunde advenientibus, familiaris erat hæc interrogatio. Ita verbum discedentis erat, 'Nunquid vis?' Terent. Eun. II. 3. 'Dum hæc dicit, abiit hora. Rogo, numquid velit. Recte, inquit, abeo.' Ubi Donatus: 'hoc est, significo me abire,' &c. *Taubm.*

61 *Miseria una uni quidem homini*, &c.] Vult Callicles satis dare supplicii Lesbianum ducenda uxore. Et nota, in pœnam quasi luxuriosis juvenibus datas olim uxores; fierique præcipit prudens educationis magister Plutarchus. *Lambinus.*

## TRUCULENTUS.

ARGUMENTUM. 3 *Bolo*] V. N. Prolog. Pæn. item Rud. II. 3.

6 *Parsimoniam*] ‘Parsimonia’ posita, pro bonis ipsis comparatis.

8 *Propensa*] Id est, multa et ponderosa.

PROLOG. 3 *Athenas quo sine architectis, &c.*] Vera hujus loci scriptura ut adstruatur, observandum est, Plantum non contulisse totas Athenas in perparvam illam loci partem, quam postulabat; neque enim poterat tam parvo ambitu representari urbs, quæ Roma ipsa non erat minor. Sed Athenarum regionem illam deformabat hæc Plauti scena, in qua res istæ, quæ hoc dramate representantur, gestæ dicebantur. Hinc fit, ut Plautus, qui Athenas se eo loci, quem postulaverat, conferre dicit, ne quis imprudens totas illum et solidas conferre putet, addit per *ἐπανόρθωσιν*, regionem illam populi Atheniensium, in qua res gesta. Sed frandi fuit huic regioni, quod Græcum illius nomen Latinis literis est scriptum. Quod ita rescribendum esse conjectura nostra est: *Athenas quo sive ἄκρους Πλωθεῖς conferat*. Πλωθεῖς sunt Atheniensium δῆμος Ægeidis tribus. Grammatici, Πλωθειὰ, δῆμος τῆς Αἰγυῖδος, ὅθεν ὁ δημότης Πλωθεύς. Hoc in scenam suam se contulisse dicit Plautus, eosque ἄκρους, id est, scenam suam representantem Plotheensium regionem, eamque non totam, sed extremam illius partem, in qua habitare fingitur Phronesium meretrix. Conjecturam nostram firmat versus 10. quem ita ex Mss. legendum conjecimus: *Athenas arcto, ita ut hoc est proscenium*. Quibus verbis significat, se non totas et solidas Athenas contulisse; sed arctasse, et partem aliquam, hoc est,

regionem deformasse sua scena, qua sibi ad hanc docendam comædiam opus erat. *Petitus*. Vitiosa prorsum est scriptura quæ in libris vetustis reperitur *arcuspætis* vel *arcuspletis*, nihilque ex ea boni fieri potest, cum sit verissima vulgata lectio. Sic enim citatur a Prisciano in libris de metris comicis, et ab aliis. Hujus sensus etiam planus et apertus. Athenas se Romam conferre ait sine architectis, et postulat ad hoc sibi dari partem parvam de Romanis ædificiis. Nam ‘mœnia’ hic sunt ædificia, non muri. Quia Attica est fabula, et Attici theatri, quæ per Plautum Romana facta est, Athenas sic dicit se Romam transtulisse sine architectis. Ita etiam legit Apuleius Florid. lib. IV. *Salmas*.

19 *Cum pulvisculo*] V. N. Bacchid. IV. 4. 29. Nihil quicquam reliqui facere.

21 *Is cum anima*] Leg. *Is cum anima ad eum habentiam* *ἐξω everrerit*. Omnibus fabulis Græcas voces ponere amat Plautus: nulla magis, quam hac ipsa. Sed et illud *ἐξω everrerit*, bis terve hac comædia: quare, ut solet, in argumento quoque ponitur. ‘Habentiam’ pro possessionibus Claudius dixit quoque apud Nonium: ‘Animus eorum habentia inflatur.’ Palmer. Mss. *his cum anima ad eum habenti*: deinde pr. *erceteritur*: sec. *erteteritur*. Gruter. *Is cum anima ad eum*] Lege, *Istum animam adeo jam agentem quidem everterit*. Scriver.

## ACTUS I.

SCENA I. 4 *Summa summarum*] Id est, penes quam summa rerum amantum potestas est. ‘Summa summa-

rum' est, cum in rationibus multa nomina et capita in unam summam rediguntur, ac si multis summis factis, omnia tandem in unum consummantur: nam ut capita in summam, sic summæ in summam summarum rediguntur. *Turneb.*

8 *Quot sui pericla amanda*] A Meursio adoptavit Gronterus. Vett. edd. *quot sunt perclamanda*. Mss. *quot sui perclamanda*. Conieciabam olim, *quot senia perdomanda*, id est, tædia devoranda. *Gronov.*

10 *Primum dum, &c.*] Jam diu observarunt alii, Plantum amasse Græcas voces ponere hac comædia, ut illa ipsa testis est. Id factum a comico hoc loco, quæ ita sanatæ sunt a nobis: *Primum duni meros: annuit, is primus bolu'st, Abeam: tris noctes duco: interea loci, &c.* Illud *duni meros* est *δύει μ' ἔπος*: hoc vero *abeam* est idem quod *habeam*; nec insolens est excidisse aspirationis notam. Sensus autem est: Ubi primum penetrat sese intra pectus meum amor, annuit scortum, (is primus bolus est, quo cupidum amantem inescat; nam statim ac amator se illam amare significat, ea illi sui copiam facit, quasi amore victa, quo majorem sibi ab imprudente conciliet :) sese habeam: (vox ista usurpata nostro non semel hoc sensu; ita apud Terent. Andr. 'quis heri habuit Chrysidem?') Ego vero imprudens et incantus amator tris, id est, aliquot noctes duco: interea meretrix, quæ me amoris sui reti impeditum videt, aliquid sibi dari orat et tentat. *Petitus*. Scribendum puto, *Primum domi res annua, is primus bolu'st*. Rem domi annuam appellat annum domus reditum, quem pro tribus noctibus dari queritur. Scenæ hujus vers. 8. non minus corrupta prodigiöse sunt ista, *quotque pericla vianda*. Pro quibus in libris legitur, *quot sui perclamanda*. Legendum, *quot hui perclamanda! Di vostram fidem, hui*. Id est, quot voces

*Dolph, et Var. Clas.*

doloris ac gemitus indices proferendæ sunt. *Salmas.* *Primum dum miros annua*] Sic alter codicum Camerarii: alter, *Primum dum miror annuus*. Hinc duæ mihi nascebantur conjecturæ: altera, *Primum dum penus annuus*; ut in Pseudolo: 'Nisi penus annuus hodie convenit.' Altera, *Primum dum merces annua: is primus bolu'st*. Solebant enim conducere annuas metricum operas. *Asinar.* i. 3. 'quid me æquum censes pro illa tibi dare, annui hunc perpetuum ne cum quinquam alio siet?' Et *III.* 3. 'Opto annum hunc perpetuum mihi hujus operas:' et *IV.* 1. 'Philenium ut secum esset noctes et dies Hunc annum totum.' *Bacchid.* v. 1. 'eam sibi hunc annum conductam.' Fragmentum Plauti apud Nonium: 'Ne a quoquam alio acciperes mercedem annuam, Nisi ab sese, nec cum quinquam linares caput.' Et hoc magis placet; nisi malis, *Primum ædium merces annua*. *Lucianus Dial. Dorionis et Myrt.* *καὶ τὸ ἐνοίκιον κατέβαλεν ὑπὲρ ἡμῶν.* *Gronov.*

14 *Rele qui jaculum parat*] Vide notas *Asinar.* i. 1. 87.

15 *Pessum*] *V. N. Aul.* iv. 1. et *Mostell.* in fine.

16 *Sin jecit rete*] Sic Mss. quod tamen incommodum est, quia jam præcessit, *abiit rete pessum*. Et frustra explicant, si rete pisces cepit: neque enim illorum verborum hæc potest esse sententia. Alii, *Sin icit rete*. Malim, *tum adducit sinum, Qui jecit recte; pisces ne effugiant, cunct.* *Gronov.*

20 *Benignus*] Id est, prodigus. *Horat.* Sat. i. 2. 'Quippe benignus erat.' Vide *Comment. Lamb.* ad *Horat.* Od. i. 17. et infra i. 2.

21 *Humum vorat*] Vide notas *Cure.* act. iii. 61.

22 *Mere*] *V. N. Mostell.* iv. 2.

23 *Se penetravit*] Amat hoc verbo auctor active uti, cum vulgo verbum 'penetrare' neutraliter usurpetur.

*Plaut.*

6 Y

Amph. 1. 1. 94. Men. v. 2. 64. Trin. 11. 2. 1. 14. et 33. Gronov.

26 *Ab re atque animo*] Quia bona sua perdit, dum eam placare studet, et anima cruciatur, quam diu puella irata est. Lamb.

27 *Sin alter alteri potior*] Editio Taubmani habet, *Sin alter alteri potius est*. Sed omnino scribendum, *Sin alter alteri potius est, idem perit*. Quod referendum ad id, quod præcedit, *Si iratum est scortum forte amatori suo, Bis perit amator*. Deinde subjungit, *Sin alter alteri potius est*. 'Sin alter alteri,' hoc est, si ambo irati potius sunt, et mutua offensione alter in alterum commoti. Sed omnino vera est lectio codicis mei Ms. *Sin alter alteri potior est*. Id est, si alter alterum amat. Salmas.

32 *Aut aurum*] Hæ sunt προφάσεις et causæ, quas profert puella, quare nunquam desinat poscere. Lambin.

37 *Damna, una industria*] Est a Camerario: quum vulgo deesset τὸ una: invenisset autem in Ms. altero clammina industria; in altero, dammina industria. Quasi sit: quum eadem, qua celamus illos industria, rem fidemque, et nosmet perditum imus. Cogitabam, *Atque hæc celamus nos, clam mira industria Dum rem fidemque: vel, clam summa industria Dum rem*. Gronovius.

42 *Postpartoribus*] Vulgatam scripturam putarim ita exponi posse: Ne ea, quæ ante nos parta sunt, demus iis, qui post nos parant, atque acquirunt, hoc est, scortis et lenonibus, qui nostro damno se locupletant, et ea, quæ nobis a parentibus quæsitæ sunt, sibi acquirunt. Conqueritur hoc senex Mercatore: 'Lancinari valide suam rem illius augerier.' Nempè illius postpartoris, qui a sene quæsitæ sibi denuo a filio acquirebat. Pistor. Recta est lectio quæ in libris et editis etiam habetur: *Ut ne ante parta demus postpartoribus*. Per postpartores palam est ab eo intelligi

lenones et meretrices, qui ante parta et paterna bona filiorum familias, ipsi post sibi pariunt et acquirunt. Salm. *Unde anteparta*] Quid juvat vulgatam ante Camerarium explicari posse? quasi qui a vetustissima scriptura recesserunt, semper supposuissent, quod non possit explicari? Imo plerumque reddiderunt faciliora, quum illius minus planam sententiam non assequerentur. Deinde possuntne rationem edere, quare 'postpartores' sint potius lenones et meretrices, ad quos vitio veniunt, quam heredes ad quos lege? Ambo quidem scripti, *Unde anteparata*. Sed hanc particulam non ceperunt: ideo placuit *Ut ne*: ideo rejecerunt Turnebi explicationem. Sed τὸ 'unde' sæpe Latinis est idem quod 'a quo,' vel 'a quibus.' Vide Observ. iv. 11. Sic hoc loco 'unde demus' est, a quibus moniti demus, a quorum studio in temperando ætati nostræ ad meliorem mentem revocati anteparta a majoribus bona demus illis, quibus jure post nos parta esse debent. Gronov.

44 *Et minus damnosorum hominum*] *Damnosi* hic accipi possunt, vel quibus multum insumitur, quales sunt meretrices lenonesque; vel prodigi, sumptusque nullius rationem habentes. Veteres autem *damnum* proprie τὸ ἀνέλωμα interpretabantur; ut docuit ad Varron. Scaliger. Addo ego: ut δαπάνη, *dapnum*, prius, deinde *damnum* factum est; ita δαπανᾶν *dapinare*. Capt. iv. 2. 'Eternum tibi dapinabo cibum.' Mutatur vero *a* in *i*; ut in ἀφάνναι, *apinæ*. Præterea 'damnosus' ea, qua dixi, notione in sequentibus istis (vs. 64.) intelligi debet: 'Eadem postquam alium reperit, qui plus daret, Damnosiorum: me exinde amovit loco.' Taubm.

49 *Ea nimia*] Inepte Lambinus, cum hoc velit: Scortorum et lenonum nimis quam magnus est numerus. Rationes quibus scorta et leuones

computantur, nimis magnæ sunt. Ita Trin. II. 4. 'Quid, quod ego defraudavi! LE. Hein ista ratio maxima est.' *Pistoris*.

50 *Ponderum*] Quibus utuntur argentarii.

51 *Quos*] Lenones et scorta.

52 *Referre*] Attinere, utiles esse. *Lamb.*

54 *Accipiat illico expensa*] Valet: si quid expensi tulit, mox ferat, neque tam diu desceat in argentariis, quasi censum agat et accipiat, et census tabulas censoris more conficiendas curet. *Turneb.* *Neque censeat*. Id est, non dispungat, exigat, examinet, quasi quædam non agnitus et deleturus, alia probaturus, sed, ut sunt, statim subscribat, omniaque agnoscat. Ut supra in Rud. IV. 8. 9. *Gronov.*

58 *Hic habet*] Id est, habitat.

64 *Dannosiores*] Vide supra vs. 44. et Epid. II. 3.

71 *Quid isti, &c.*] Id est, quid isti pessimæ puero supposito est opus? *Taubm.*

SCENA II. 1 *Adque serva has ædis*] Recepimus, quod totum est in Camer. secundo, seu Decurtato; nisi quod ibi, *adque servus ædis*: in altero, *adque adservus ædis*: et ita in Græteri notis corrigendum. Loquitur exiens ancilla ad aliam, quam domi relinquit, aut ad janitorem. Acad. *auscultato atque asservabis ædis*. Gron.

2 *Adventor*] V. N. infra act. II. sc. 7.

5 *Quin ei*] Pro ii.

6 *Congerones*] Nonius: 'Congerones, a congerendo.' Fulgentius: 'Congerones, qui aliena ad se congregant: unde apud Romanos Geronēs Brutiani dicti.' Idque verum esse duco: nam *Geronēs* sunt *χειρῶν, πρακτῆρες*, ut auctor Glossarii docet. *Scalig.*

7 *Consulta, &c.*] Inita jam eis sunt consilia.

9 *Dum illi agunt quod agunt*] Sen-

sus est: Dum basiator cum amica, quale etiam quale, agit in eum finem, ne animadvertat, quid ceteri agant, interim illi furantur. *Douza.* *Ceteri cleptæ*] V. N. Pseud. I. 1.

10 *Obludunt, qui custodem*] Mss. ambo, *obludeant*. Scribendum igitur, vel *alludiant*, quo alibi quoque utitur, vel ad eandem formam fictum *obludeant*. Gronov.

14 *Ibi est ibus, &c.*] Tum putant sibi de eo esse pugnandum, et ex eo virtutis famam consecuturos, si de nobis prædentur. *Lamb.*

21 *Di. Faxo, erunt*] Cum ancillula meretricio more benedicto contenta non esset, sed rem et benefactum posceret, Dinarchus, *Faciam*, inquit, bene: tu hoc modo respice. *J. Gul.*

24 *Atque is est, it ad nos*] Andaculi fecerant, *huc adeas, nisi molestum est*. Sed Ms. alter, *Atque insertus aduas lissi ituli fert*: alter, *atque is estis aduas lissi itul fert*. Unde scribendum videtur, *Atque is est: is ad nos visit*. Di. *Tu fer et contra*. Ut alibi, 'visere ad forum,' 'visere ad portum,' 'visere ad aliquem.' Gronov.

26 *Cæna detur*] V. N. Epid. II. 2.

32 *Mulier facta est ex viro*] Vide notas Amph. II. 2. 182.

33 *Novusne amator*] Al. *unusne amator?* *Legc, munisne amator*, id est, liberalis. *Scriver.*

35 *Rebus curas*] V. N. Rudent. I. 3.

39 *An tute bene rem publicam*] Mihi duplex sensus occurrit. Primo, ut *otiosus* capiatur ea significatione, qua Dinarchus ante usus erat, cum dixit, 'Vos me reddidistis otiosum.' Et nunc hoc vult: neque publica vectigalia neque amorem recte procedere, nisi is, qui operam dat, facultatibus spoliatur: quod fit, cum publica nimis care conducuntur: quæ quidem frequens querela fuit publicanorum. Et ita videtur intelligere Dinarchus in responso, 'Illa haud ego, h. p.' Aut *Respub.* capiatur in ge-

nere de statu reipub. totius : et tunc videtur dicere, quod Cicero pluribus expressit, pro Sestio, cum ait, 'Quid est propositum reipub. gubernatoribus, quod intueri, et quo cursum suum dirigere debent? id quod est præstantissimum maximeque optabile sanis et bonis ac beatis, cum dignitate otium. Hoc qui efficiunt, summi viri et conservatores civitatis appellantur.' Idem, inquit ancilla, in re amoris fit, ut amica amatorem 'otiosum' reddat: sed alio fine. Et in hoc est jocus. *Pistor.*

40 *Quin tu otiosus fias*] Handquam admittere possum serio dici, quod vult Pistorius, neque publica vectigalia neque amorem recte procedere, nisi is, qui operam iis dat, facultatibus spoliatur. Imo 'redempturisangebant patrimonia,' ut loquitur Livius, non spoliabantur facultatibus. Lusus in eo est, quod eodem vocabulo utens videtur contradicere Astaphium Dinarcho, sed non contradicit sensu. Dinarchus 'otiosum' dicit, qui rem, postquam fracta est, non habet curandam. At Astaphio 'otiosus,' qui non facit quæstum, qui non exercet negotium lucris causa, sed ex prædiis et visceribus patrimonii honeste vivit: quales erant plerique olim, qui tractabant rempublicam. Livius lib. XXI. ubi meminit legis, ne quis senator quive senatoris filius fuisset, maritimam navem, quæ plus quam trecentarum amphorarum esset, haberet: 'Id satis habitum ad fructus ex agris vectandos: quæstus omnis patribus indecorus est visus.' Menæch. III. 1. 'Nonne ad eam rem' (concionem) 'otiosos homines decuit deligi?' Itaque τὸ otiosus, quum referatur ad rem amoris, potest quidem sic accipi, ut vult Pistorius, non potest autem, quum ad rempublicam. Neque respublica hic sunt proprie vectigalia (eo demum trahit in se-

quentibus Dinarchus) sed quævis enratio, munus, administratio publicæ rei. Ubi rursus peccat Pistorius Ciceronis loco adhibito: nam ibi 'otium' pax est et tranquillitas. Placet autem Acidalii, *Habere posse te postulas.* Qui enim poterat aliter subijcere Dinarchus, *Ille, haud ego, habuit publicum,* ubi *illa* est Phronesium? *Gronov.*

41 *Habuit publicum*] Populi Rom. vectigalia erant e portubus, quæ 'portoria' dicebantur: a pascnis, quæ 'scripturæ:' (quia publicanus scribendo rationem cum pastore conficiebat: ob quod et ager 'scripturarius' dicitur:) ex arationibus, quæ 'decimæ.' Cic. pro Manil. 'Neque ex portu, ex decumis, neque ex scriptura vectigal conservari potest.' Id. Verr. IV. 'Qui sit iste Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius.' *Turneb.*

42 *Pecudem accepit*] Charisius citat, *pecudem cepit:* rectius, ut mihi videtur: siquidem hanc Ulpiani distinctionem accipimus. Aliud est *capere*, aliud *accipere.* *Capere* cum effectu accipitur: *accipere* est, si quis non sic accepit, ut habeat. Ideoque non videtur quis capere, quod est restitutus. *Douza.*

43 *Æraque*] 'Æra' vocabant multam pecuniariam, quam portitores aut scripturarii imponerent. *Lips.*

44 *Ubi non est, scripturam*] 'Scriptura' est illud, quod ideo datur, ut ager publicus alicui adscribatur. Sentit: Ubi non est pecunia, quam dent amicæ, accusat amicam. *Pist.*

46 *Aratiunculam*] Id est, agellum conductum, quem aram. Arationes erant agri publici, qui aratoribus colendi dabantur, et tanquam locabantur agri etiam, qui decumas populo Romano pendebant. Nec tamen aratores domini erant, quam reipublicæ quidam coloni. Sic 'arationes,' et 'aratores,' in Verr. Cicero semper ap-

pellat agros decumanos, et eos, qui agros illos colebant. *Turneb.*

47 *Non arvus*] Vatro: 'Ager arvus est, consitus, pascuus, florens.' Idem de Re Rust. interpretatur 'arvum,' quod aratum nec satum est. Alii 'arvum' interpretantur agrum sationalem. 'Ager pascuus' Cicero et Fab. 'Compascuus,' communis ad pascenda pecora. *Turneb.*

48 *Habituris*] Legendum est, ut edit. pleræque habent, *si arationes ambituris*. Neque tamen improbo scripturam veterum codicum, *si arationes habituris*: id est, habere cupis. Sic versu præcedenti dixit, 'volo habere aratiunculam.' Abiturire ad arationes ferri non potest, si quis sciat quid sit hic aratio. *Salmus.*

58 *Qui alterum incusat*] Similis sententia Pseud. iv. 2.

59 *Tu a nobis*] Tu, qui te sapientem profiteris, nihil habes a nobis; nos, quas nequam et malas esse arguis, abs te habemus. *Lamb.*

61 *Apud me haberem*] Ego huic versui subjiciendum illum puto, qui a Prisciano citatur ex hac comædia: *Bona perdidit, mala reperi, factus sum extimus a vobis*. 'Extimus' ab extra, hoc est, alienissimus, exclusissimus. *Dissald.*

62 *Dum vivit*] Similis locus Pseud. i. 3.

80 *Benignitas*] Id est, beneficia, et liberalitas. Livius: 'Prædæ erat largitor, et benignitatem per se gratiam comitate adjuvabat.' *Benignus* idem valet, quod largus, liberalis, munificus; et dicitur proprie de eo, qui bonis et dignis largitur: interdum etiam tamen, qui 'indignis.' *Lamb.*

81 *Qui cum genis belligerant*] Qui ventri suo bellum indixerunt: qui genios suos defraudant. *Lamb.*

84 *Euge, funde*] Quasi dicat: Vobis habeo gratiam, quorum beneficio redibo in gratiam cum Phronesio. *Lamb.*

90 *Næ, ut in æstu, mutuumur ira*] Corrupta sunt hæc verba, *mutuumur ira*. Nec juverit, *tumultuumur*. Omnino putaverim scribendum, *næ, ut in æstu, mutuumur mira*. Id est, miris modis mutuumur, tanquam in æstu, nos qui amamus. Nam modo amari credimus, et simul tranquillii sumus, modo turbamur si alia menti opinio inciderit. Eadem loquutio ut in illis, 'multa manu tendens.' Si *ira* retinetur, tum legendum fuerit, *Ni, ut in æstu, mutuumur ira*. Id est, ni credimus esse quod mentiantur, irascimur, et ut in æstu, mutuumur ira. Hanc veram puto hujus loci lectionem. *Salm.* *Ut in æstu mutuumur ira*] *Mutantur maria*. *Scriver.*

94 *Fuit*] Id est, parum abfuit, quin moreretur. *Fuisse*, pro mori. V. N. Capt. III. 3. *Scalig.*

105 *Te recipis tu?* As. *Jam hic ero: prope*] Turbavit non recte intellecta locutio, *profecta quo sum*: quod est, quo institui et incepi, ire: quod extat Aulul. act. i. sc. 2. vers. penult. et alibi. *Taubman.*

## ACTUS II.

SCENA I. 1 *Herclæ*] Lego, *Ha ha ha he, ecce quievit, q.* ut ex *he ecere, fecerint herclæ*. Hoc nisi aut tale quid faciemus, erit scilicet in Plauto monstrum *Hercules*, quantum ne Hercules domuit unquam, ut in comædia mulier per Herculeum dejeret. Negant enim Varro et Agellius, usquam apud idoneum scriptorem reperiri, aut *meherclæ* fœminam dicere; aut *mecastor*, virum. Et nefarium id ac piaculare adeo fuisse: quia fœminæ Heracleo sacrificio abstinerent; viri Eleusinis initiis. An id nos fugere, aut prins in cogitando Plantum potuisse; aut postea in discendo histriones, aut demum in audiendo spectatores arbitramur? *Palm.* *Sola sum*] V. N. Cas. II. 2.

3 *Dixit neniam de bonis*] 'Neniam

dixit, idem est, quod, supremam dixit; valedixit; abire jussit.' Glossarium: 'Neniã, ὕμνοι ἐπὶ τῶν νεκρῶν.' Ib. 'Neniã, ἐπιτάφιος ὠδῆ.' Scaliger. V. N. Asinar. iv. 1.

4 *Ob amoris prandium*] Id est, ob amorem. Lamb.

8 *Quod nos habuimus*] Scilicet, egestatem.

11 *Verterunt sese memoriã*] Nihil mutandum. Alluditur ad illud præcedens, *meminimus*: verterunt sese memoriã. Nos illum divitem meminimus, nunc illum meminimus pauperem; ille nos meminit pauperes, nunc meminit divites et fortunã ac conditionis lautioris. Stultus sit, qui illas vicissitudines admiretur. Si ipse eget, necesse est ut cogitet æquum esse, ut nos ejus liberalitate alamur. *Boxhorn*.

14 *Dentibus*] V. N. Mostellar. i. 1.

18 *Nunquam*] Nunquam debet meretrix audire amatorem causas afferentem, quare, si non largiatur, non debeat eum ejicere, et domum remittere, ut militem infrequentem. Ignominia, quibus boni honestique animi haud minus coerciti, quam pœnis, multiplices in militia Rom. fuere. Primum, hordeum pro tritico datum. Causa hujus rei, ut indigni viderentur communi militum cibo, sed rejicerentur potius, jungerenturque cum jumentis. Alterum, cum ære privantur; et stipendium non procedit: atque hi dicebantur, 'ære dimiti.' Ausonius in Centon. præfert, 'Procedere mihi inter frequentes stipendium jubebis; sin aliter, Ære dirutum facies.' Bene 'inter frequentes': nam qui 'infrequens' patiebatur hanc pœnam. 'Infrequens,' ait Festus, 'appellatur miles, qui abest, abfuitque a signis.' Cornif. ad Herenn. lib. iv. 'Præterco, quod militiae te infrequentem tradidisti,' &c. Tertium, cum extra vallum et castra jubentur tendere.

Causa fuit, quasi indigni essent, qui inter vere milites agerent, projecti et objecti hosti: idque interdum sine tentoriis. Quartum, discinctos et turpi habitu prostitui, nempe ut parum viros. Quintum, mutare militiam; quod est, ab honestiori genere in humilium transcribi. Sunt et alia quædam minora: ut stantes cibum potumque capere. *Lipsius*. *Oportet causam noscere*] 'Causas noscere' dicebantur in delectu magistratus populi Romani, quum audiebant eos, qui putabant se habere immunitatem et vacationem militiae. Vide de Pec. Vet. iv. 3. *Gronov*.

23 *Alium quæstum*] Quasi vero qui amant, quæstum rei familiaris faciunt. Hic autem versus corruptissime fragmentis infertur. *J. Gul*.

25 *Relictis*] V. N. Epid. iv. 2.

39 *Unus*] Unus, pro quidam. V. N. Pœn. v. 2.

SCENA II. 1 *Proterve*] Immoderate ac superbe: a 'proterendo.' Nam 'protervus' est, qui dum aliis obvius est, *proterit*, quod et tauri faciunt in appetitu coitus buclæ, in quam calent. *Passerat*.

4 *Non salveo*] Comicus hic minus Latine, ex persona rustici et ex decoro, locutus est: ut Terentius Eun. III. 1. 'emoriri risu:' ubi Donatus: 'disciplina est comicis, ut stultas sententias, ita etiam vitiosa verba, adscribere ridiculis imperitisque personis.' *Parrhas*.

7 *Tu quæ solita es*] Venusti joci sententiam restituo, *te qui solitus es comprimat*. Dixerat enim ancilla rustico inclamanti, 'comprime,' vocem videlicet aut iram: quod ille satis urbane convertens, Ego quidem, inquit, meam amicam comprimam; te alius, qui solet. Nam ita accepisse rusticum, clarum ex sequentibus: 'Imprudens per ridiculum ut rustico suadet stuprum!' *Lipsius*. V. N. Rud. iv. 4.

9 *Ut esse cepisti*] Locus haud du-



bie corruptus, quem sic puto emendandum: ut esse cœpisti, quid dem si una est altera? id est, quidvis dare paratus sum, si est una altera tibi similis, ut jam esse cœpisti. *Salmas. Ut esse cœpisti si dem*] Codices, alter *cepsidem sistun alterum*; alter, *fidem si est una altera*; ut prodidit Pareus. Lego, *Ut es, pignus dem, si est, una altera*. Gronov.

14 *Clurinum pœcus*] *Clurinum* probro, cum ita sit in vet. edd. et Arnobius usurparit: atque in Glossario legatur, '*Clura, πῆρκος*': et dubium non sit, quin veteres ita extulerint; ut 'cordus' pro condus; 'canimen' pro carmen; 'genimen,' germen; 'gnoma,' groma; 'præcidanea,' præcidaria; 'proletaneus,' proletarius; 'architector,' architectus. Ita autem Astaphium Stratilax appellat, deformitatem ei exprobrans: nam homines deformes 'simiæ' per convitium audiebant. *Meurs.* Glossæ Papiæ: '*Clura vel clurinum simia dicitur.*' Haud dubie, ut sæpe alibi, respexit hunc Plauti locum. *Boxhorn.*

15 *Sustentatum*] Omnino puto legendum, *Advēnisti huc te ostentatum cum exornatis oribus*, pro auribus; ut 'oricilla' pro auricilla: ex quo fecerunt, 'ossibus.' Scriptum quoque vitiose fuit, 'te ustentatum,' deinde 'istentatum.' Inde illæ librorum corruptelæ. Sed sensus postulat ita legi, ut scripsimus. Et paulo post scribendum, *An eo bella es tu quia accepisti armillas ac virias.* *Verius scriptum erat pro virias*: ex quo factum *venias*. *Salmas.*

16 *Insuaso*] *Festus*: 'Suasum, colos appellatur, qui fit ex stillicidilio fumo in vestimento albo. *Plautus*: 'Quia tibi suaso infec.' &c. Quidam autem legunt, *insuaso*: nec desunt, qui dicant, omnem colorem, qui fiat inficiendo, *suasum* vocari: quod quasi persuadetur in alium ex albo' (quid alio) 'transire.' Etiam ego censeo,

*insuaso* retinendum: cum *Glossarium*, '*Insuasum, εἶδος δοκαριοκαπνισμένων*' interpretetur; sive, ut *Scaliger* emendat, *εἶδος δοκαρίων κεκαπνισμένων*. Et sane hoc vult *Festus*, esse colorem similem illi, qui est in illis trabibus, quas diutinus fumus infecit. *Gruter.*

19 *Mancupium qui accipias, gesta tecum penos annuos*] Ita legi potest, quomodo locutum *Plautum* annotat *Priscianus*. Sic quidem et modulo versus et sententiæ lepori consuli videtur. Quid si tamen legamus, *Mancupium qui accipias, gesta tecum me, nos annulos?* ut illum servum, et se servam indicet: vel potius, *ahenos annulos*; ut fugitivum perstringat, qui retrahendus sit catenis: cum etiam 'ferrei annuli' servitorum essent, et 'æris' nomine veniit ferrum. *Turneb.*

20 *Lavinia hic*] *Locus obscurus*. Alii volunt, alludi ad *Laviniam* Latini filiam, quam *Æneas* Turno superato obtinuit, tanquam victoriæ præmium: quasi *Plautus* significet, in ædibus meretriciis esse *Lavinias*, quas cupide expetant amatores, quæque magno constant. Alii '*Lavinias mulieres*' fuisse putant, quæ mundum muliebrem aliis locarent, accepto in dies singulos pretio. Alii dicunt, significari, in ædibus meretriciis amatores bona sua profundere: quasi fiat allusio ad illud, quod diximus supra (*Trin. II. 4.*) de iis qui balneis elavant bonis. Omnino hic mihi 'hiscendi est nulla potestas,' ut verbis utar *Lucretianis. Lamb. Lavinia hic sunt*] *Locus desperatus*, ad quem nihil afferunt præter *lamias turres* et *pectines solis*. Primum τὸ *La. censeo* adhæsisse voci ex nomine rustici, *Stratilax*, quum id integrum expressum fuisset, et quædam circa literæ evanissent. Deinde lego, *veræne hic sunt, quas habes viriolas*. Erant enim, ut nunc quoque sunt, aliæ ex veris et pretiosis gemmis, aliæ mangonizatae et nullius pretii. *Gronov.*

22 *Hamaxari*] ‘*Hamaxari*’ est plaustrum trahere, auctore Turn. Malim exponi plastro jungere. Et hoc sensus requirit. Nam qui plastro trahitur a bobus, tantum molestiæ non percipit, quantum is, qui boves plastro jungere cogitur. Unde et ‘pernoctationis’ meminit, quod proprium eorum qui ruri huic ministerio præficiuntur. *Pistor. Patalem bovem*] Festus: ‘*Patalem* bovem Plautus appellat, cuius cornua diversa sunt, ac late patent.’ Græci quoque ab eadem mente ejusmodi boves vocarunt *πεταλεῖς*, sive *πετῆλοις*. Tales autem boves et plastris et aratris apti. *Scalig.*

29 *Musca nulla fœmina*] Propinqui et amici, qui gratiosi erant aut clari, deducere solebant candidatos, qui prensatum ibant, ut petitio et gratiam et auctoritatem majorem haberet. Igitur cum A. Sempronius Longus cum fratre Vargulam esset complexus, Vargula scurriliter lusit, jubens abigi muscas. ‘*Muscam nullam fœminæ,*’ pro nulla fœmina, dixit venuste Plautus ex vulgi sermone. *Turneb.*

35 *Purpurissatus*] V. N. Mostell. 1. 3. 104.

38 *Ulti*] Pro *ullius*. *Prisc.*

44 *Sanus si videare*] Id est, si putarem te sanum esse, dicerem, te contumeliam dicere; sed quia pro stulto te habeo, non curo. Planissimum. *Scaliger leg.* *Sanus si sis, vide ne dixis contumeliam.* Sed profecto hæc aquila, quæ inconnivis oculis solem fere intuetur, hic connixit. De Lambinominus mirum. Formula ista est, qua duram sententiam molliter effert: aut alioqui circumloquitur, quod lubet aperte proferre. Tantundem hic est, ac si dixisset, ‘*Non sanus es:*’ ita alibi, ‘*Si habeam dem;*’ pro nihil habeo quod dare queam. *Taubm.*

50 *Vetus est maceria*] *Leg.* *Non mirum est, vetusta maceria, lat.* ut sint ablativi absolute positi. Est autem

‘*maceria,*’ murus intermedius ex lapidibus sine calce et cæmento congestus. *Terentius:* ‘*Hanc in horto Maceriam jube dirui.*’ Ad quod *Donatus:* ‘*Maceria dicitur paries . . . nunc alicujus demacerata.*’ *Taubm.* *Lindenbrogius* testatur in Ms. esse non altus. *Lege, paries non altus de materato.* *Gronov.*

52 *Duarum rerum*] Omnis enim sermo duobus monosyllabis constat, est et non. *Alciatus.* *Turn. duarum rerum,* id est, divini et humani, quod verius. V. N. *Amph.* 11. 2. 40. *Taubman.*

55 *Muniendis*] *Lego, sum:* non enim il. Deinde illud *Molliendis* aio auctoribus libris falsi damnandum: nam optimus *Vatic. Moniendis:* duo alii, *Monendis:* ut certum habeam latere in hac scriptura verbum vetustius. Placeret cum *Scal. Molendis.* *Lucilius:* ‘*Hunc molere: illam autem ut frumentum vanuere cunnis.*’ *Lipsius.*

57 *Hem tu, o sexungula*] Hoc *Palmerii* maxime probo, nec potnit aptius in rapax illud genus: quomodo *Aul.* 111. 6. ‘*homines cum senis manibus*’ dixit; fures intelligens. *Taubm.* *Lego, Emptu, nexu, gula.* Et sententia aperta; sive ad ea referantur quæ sequuntur, sive ad ea quæ antecedunt. Significat enim, amatores bona sua perdere apud meretrices, emptionibus, obligationibus, et computationibus. *Scalig.*

59 *Neque istuc*] *Mihi legendum videtur, Namque istuc ni suggessi, tergo coget examen mali.* *Suadent id et sententia et vestigia Mss. si recte sequaris. Suggessi,* pro suggesserim. ‘*Hero,* inquit, ea, quæ hic geruntur, enarranda sunt. Nam nisi id faciam, de tergo meo et corio actum est. Multorum malorum plagarumque examen in tergo meum cogetur. *Buxhorn. Neque istuc in se gessit*] Qui *suggessi* substituunt, sententiamprehenderunt: genus loquendi probare non possunt, quod est seriorum

temporum. Scribe, *Namque istuc si cesset, tergo coget examen mali.* Si non fiat in tempore istud, in me cudetur faba. *Gronov.*

60 *Sinapi victitet]* V. N. Pseud. III. 2. Vide Adag.

SCENA III. 2 *Lavere]* *Lavare* legendum: et Plautus a Varrone leviter reprehenditur, qui contra analogiam locutus sit, et 'lavare' dixerit, cum debuisset 'lavari.' *Turneb.*

5 *Quis]* Id est, potes.

13 *Mora mora]* Oratio concisa, et sic explenda: Quæ mora tantum moræ tibi peperit, quantum est mille passuum. Posset et legi *moram*, vel *moras*. *Acidal.* Puto scripsisse Plautum, *Quæ tibi mille passuum peperit, more, moram.* *More*, id est, stulte. Ita sæpe alibi ludit comicus. *Boxhorn.*

15 *Quem præstolata est]* Ter. Eun. act. v. 5. 'Quem præstolare, Parmeno?' Ad quod Donatus; 'Nove, Quem dixit, non Cui præstolare.' Cicero in Catilin. 'Qui tibi ad forum præstolarentur.' Notavit item Euphrasius, vetus Ter. commentator: 'Præstolor est præsto sibi, appereo, id est, obsequor.' *Taubm.*

22 *Post factum plector]* Frustra Gruterus *flector* interpretatur, sententiam inuito. Plautus non potuit aliter dicere quam *plector*. Est enim hæc formula meritam pœnam post factum agnoscentis. Phædrus Fab. 'Tum de reliquis una: Merito plectimur.' Suetonius Vespasiano: 'Ut triumpho die fatigatus tarditate et tædio pompæ, non reticuerit, merito se plecti, qui triumphum tam inepte senex concupisset.' Alludit Cornelius Nepos in Attico: 'Neque tamen prins ille fortunam quam se ipse finxit, qui cavet, ne qua in re jure plecteretur.' Cui. Matius ad Ciceron. 'Plecteris ergo, inquit, quando factum nostrum improbare audes.' Cicero de Offic. I. II. 'Multa præterea commemorarem nefaria in socios, si hoc uno sol quic-

quam vidisset indignius. Jure igitur plectimur: nisi enim multorum impunita scelera tulissemus, nunquam ad unum tanta pervenisset licentia.' Hinc intelligendum illud Ovidii Met. IX. 788. 'Quod videt hæc lucem, quod nunc ego punior ipsa, Consilium monitumque tuum est.' Sic enim legendum ex codice Ciofani. Hoc est, quod nunc ego post factum plector, quod in gravi angore sibi ob conservatam filiam, id patior, quia tibi secundum quietem monita parui. Quemadmodum 'pœna' interdum est calamitas, dolor, ita 'puniri' aut 'plecti' est angere, dolere, male haberi. *Gronov.* *Ante partum]* Id est, patrium. V. N. supra I. 1.

27 *Ut nulla faxim]* Jocus *παρὰ προσδοκίαν*. Expectabat enim auditor, ut plane contrarium subjiceret. 'Cis dies paucos' autem, est intra breve tempus, propediem. *Turneb.*

30 *Obsorbent]* *Obsorbere* est totum sorbere. Tale est apud Terent. Eunuch. 'Patria obligurieras bona.' *Intra pessulos]* V. N. Curcul. I. 2.

SCENA IV. 1 *Janua est mordax]* Vide not. Mostell. III. 2. 162.

4 *Lemno adveniens]* V. N. Cistell. II. 1. 16.

12 *Cedo soleas]* V. N. infra II. 8. 1.

14 *Animo male]* V. N. Amphit. v. 1. 6.

15 *Aspersisti aquam]* V. N. Epid. IV. 3.

16 *Dene soleas]* Nam ante discubitum excalceari solebant, ne lectum conspurcarent. Martialis: 'Deposui soleas,' &c. Ita Horatius de Nasidieno inter cœnam surgente, 'Et soleas poscit.' *Taubm.*

18 *Bene ambulavisti]* Formula quærens de incolunitate peregre venientis, pendet ab altera, 'Bene ambula:' qua abeuntes dimittebant. In sequentibus, avara mulier sinistram ejus liberalitatem perstringit, et egestatem objicit tacite, cum a sua-

viis non esse pauperem ait. Ibi contra ille parsimoniam suaviorum in ipsa incusat; et ad ejus exemplum optat, olim rei item suæ se parsisse. *Acidal.*

32 *Quod tu hic*] Versus hos, qui extra legem, ita restituo: 'Quod tu hic absente me novi negotii Gesseris; cumque bene provenisti, gaudeo.' Illud *salva*, quod sententia non requirit, ejeci: non longe enim sequitur, (11. 6.) 'Cum tu recte provenisti, cumque es aucta liberis, Gratulor.' *Provenire bene, εὐτυχεῖν. Nequiter provenire, δυστυχεῖν. J. Guliel.* Non sunt hi versus extra legem, sed justissimi, nisi quod τὰ te novi anapestum faciunt. Itaque nihil mutandum. *Gronov.*

39 *Habebat anno*] Elegans dicendi genus, sed in libris fere corruptum: valet autem, anno præterito: cui opponitur 'horno:': ita *Amphit. Prol. Lips.*

41 *Redimiculum*] Eleganti et amœna inflexione sermonis dictum est: cum enim redimienlo innexi implexique teneantur crines mulierum, *redimiculum* pro quodam vinculo et nodo, quo velut alligatus teneretur 'miles *Babyl.*' id est, Græcus, qui Babylone stipendia meruerat, jucunda suavique translatione dixit. *Glossæ, καθεῖρη ἀνάδεσμος. Turneb.*

45 *Tollerem*] V. N. *Amph. 1. 3. 3.*

52 *Quæ modo*] Quis negabit legendum, quæ modo erga *ædes* habet, id est, e regione habitat. Nam 'habere' pro habitare, notum iis 'qui nondum ære lavantur.' *Lips. Mss. quem erga ædem sese habet. Lego, quæ me erga ædes ecce habet. Erga me, est, e regione ædium mearum. Gronov.*

61 *Pulcre potest*] Τελεῖα ὑποστειγμῆ disparanda ista: ut hic versus speciatim ad puerperium referatur, sequens generatim proferatur de omni quæstus genere et modo. *Acidal.*

62 *Ad suum quemque*] Similis sen-

tentia est *Asin. 1. 3. et infra act. v.*

68 *Assiduo*] Varro de L. L. lib. v. 'Frequentem operam dedistis, apud Plautum valet, assidnam: itaque qui adest, assiduus.' In eadem sententia Q. Cic. De Petit. Cons. 'Jam assiduitatis nullum est præceptum; verbumque ipsum docet, quæ res sit. Prodest quidem vehementer nunquam deesse,' &c. At Plautus etiam jocando extulit verum etymon, hoc loco. *Scaliger.*

81 *Fidentis*] Mili fidem habentis. *Lamb. Socia unanimantis*] *Unanimitus. Scriver.*

89 *Ex loco*] Ex loco, vel e loco est, quod Græci dicunt, ἀπόθεν: e loco mittam, ἀπόθεν πέμψω: unde ἀπόθεν καταβάλλειν, e loco solvere, hoc est, præsentem pecunia: significatio enim loci hrevitatem temporis notat. *Salmasius.*

SCENA V. 4 *Malæ*] Id est, vafræ et astutæ: quomodo 'malæ' et 'malitiæ' cum hic statim, tum alibi passim. *Acidal.*

7 *Vitæ*] Scilicet pueri: cuius opera 'matris' nomen, meo bono maximo, inveni. *Taubm.*

17 *Mulieri nimio*] Id est, Mulieri multo facilius est malefacere, quam benefacere: libri omnes, ut et *Mss. Camer.* ita constanter legunt. *Melius* hic est 'levius,' nec onus mutandum est in *opus*: nam et *Mil. 11. 1.* 'Procreare liberos, lepidum est onus.' *Grut.*

26 *Soleas mihi duce*] Vulgo *date*. At quis credat, puerperam nudis pedibus processisse? Certo cortius est, legendum, *soleas mihi deme*. Volebat accumbere: ideo soleas sibi demere jubet. Ita supra *Dinarchus*, cum in lectum se inscendere velle simulat: 'Jam rediit animus: deme soleas.' Contra, cum surgere volebant, poscebant soleas: quod *Phrones*, facit, *11. 8. Pistor.*

27 *Thus et bellaria*] Varro de Vita *Pop. Rom. 1. 11.* 'Mensæ antepone-

bantur cum culignis ac vino, in qua, quæ veniebant ad sætum amicæ gratulatum, Diis mactabant.' Tertull. de Anima: 'Dnm in partu Lucinæ ac Dianæ ejulator, dum per totam hebdomadem Junoni mensa proponitur; dum nltima die fata scribunda advocantur; quis non filii caput ob-signat pro gentica, pro avita, pro publica aut privata devotione?' *Guther.*

SCENA VI. 2 *Prædicare*] *Præcluere*. Scriverins.

4 *Et Homeroidæ*] *Homeroida* nomen militis gloriosi, ex aliqua comædia tunc notum. *Post illum* habent libri: unde est in editionibus *post illa*. Pnto legendum, una littera mutata, *Et Homeroidam, et post illum mille memorari potest*. 'Ομηρίδας est βαψώδος. Unde et pro glorioso sumitur Græcis qui longas texit βαψώδας de suis facinoribus. Hinc 'Ομηρίδειν Hesychie ψεύδεσθαι: *Homeroida* pro *Homerida* Plauto nomen militis gloriosi. *Salmas. Et Homeroidæ*] *De Homeridis* Strabo lib. xiiii. 'Αμφισβητοῦσι δὲ καὶ 'Ομήρου χιοι, μαρτύριον μὲν τοὺς 'Ομηρίδας καλουμένους, ἀπὸ δὲ τοῦ ἐκείνου γένους προχειρίζόμενοι ὧν καὶ Πίνδαρος μέμνηται. 'Οθεν περ καὶ 'Ομηρίδαι βαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδῶ. *Locus est in Nemeis oda 11. Ubi Scholiastes: 'Ομηρίδας ἔλεγον τὸ μὲν ἀρχαῖον, τοὺς ἀπὸ 'Ομήρου γένους' οἱ καὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ ἐκ διαδοχῆς ἤδον μετὰ δὲ ταῦτα καὶ βαψώδοι, οὐκ ἔτι γένος εἰς 'Ομήρου ἀνάγοντες ἐπιφανεῖς ἐγένοντο, οἱ περὶ Κύναιθον. οὗς φασὶ πολλὰ τῶν ἐπῶν ποιήσαντας ἐμβαλεῖν εἰς τὴν 'Ομήρου ποίησιν. Quare potest placere, Et *Homeridæ poetillæ*, hoc sensu: Et *Homeridæ* alicujus versificatoris militum vel heroum mille memorari potest, qui et convicti et condemnati de falsis pugnis sient. Et illi qui apud poetās pro heroibus et bellatoribus introducuntur, multi possunt recenseri, quibus illa laus falso attribuatnr. Potuit tamen finxisse *Ho-**

*meronidem*, ut 'glandionidam snillam, laridum pernonidem' in Menæchmis; et dixisse pro ipso Homero. Atque adeo ut nihil recedamus a veteri scriptura, *Et Homeroidæ et post illa*; erit, Mille militum Homeri et post illa anctorum in scriptis laudatorum memorari potest, quibus magno mendacio tanta fortitudo adscribitur. *Gronov. Mille memorari potest*] *Rarius loquendi genus*; pro mille memorari possunt. Tale illud *Pennuli* fine: 'Trecentos nummos *Philippos*, credo, corradi potest.' *Acid. Et Homeroidæ poetillæ*] *Et Homeroidarum post illa*. *Scriv.*

6 *Quoi plus credit*] *Ut historici et poetæ*: quibus plus credimus nos, qui audivimus, quam qui viderunt. *Lamb.*

7 *Non placet, cum*] *Non placet hoc mihi enim, qui audiunt aut legunt res ab historicis aut poetis scriptas, plus laudant, quam qui rebus gerendis interfuerunt*. *Lamb.*

10 *Scurræ*] *Homines urbani*. V. N. *Epid. i. 1. 13. Manipulaves*] *Id est, militares homines. Mussitant*] *Tacent*: non laudant. *Lamb.*

11 *Quorum lingua*] *Rhetores et dialogos*, id est, blandos populi rectores seu concionatores tangit. *Douz. Præstringit*] V. N. *Mil. i. 1. 4.*

13 *Virtus argutum*] *Disertam eloquentiam dicit virtute inveniri. Nam hic 'argutus' est disertus et eloquens, et illud significatur, quod a Platone scriptum et a Cicerone relatum; unumquemque in eo satis esse disertum, quod sciret, et quod recte facere posset. Probus ad Bocol. iv. Virgil. Argutum ab ἀργός dictum ait, id est, celer: quod arguti multum ac celeriter loquantur: unde et 'arguta hirundo.'* *Turneb.*

14 *Pro præfica*] *Festus: 'Præficæ dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dant ceteris modum plangentii, quasi in hoc ipsum præfectæ.'* *Nævius: 'Hæc qui-*

dem melicrle, opinor, præfica est, quæ sic mortuum collaudat.' Glos-  
sæ: 'Præfica, ἡ πρὸ τῆς κλίνης ἐν τῇ  
ἐκφορᾷ κοπτομένη' θρηνηδὸς ἐπ' ἐκφο-  
ρᾷ.' Scal.

20 *Quid adhuc*] Hunc versum e ves-  
tigii monstrosæ scripturæ Vatic. hoc  
loco inserui. Cum enim propinquaret  
jam miles, sedula ancilla dominam of-  
ficii monuit, ut callide et apposite si-  
mularet ægram puerperam. At illa  
quasi indignata admoneri, ut quæ sua  
sponte nimium esset mala et astuta,  
Tace, inquit, &c. Lips.

21 *Vin' adeam hominem*] Mss. *Vi-  
nadea aut hominem*. Scribe igitur, *Vin'  
adeam ad hominem?* quod etiam pro-  
bat Gruterus. Sic Curcul. II. 2. 'Ne-  
que enim ad me adire, neque me magni  
pendere visum est.' Et sæpe alibi.  
Terentius Andr. III. 3. 2. 'Aliquot ad  
me adiere, ex te auditum qui aiebant  
hodie filiam,' &c. Ita certe in nos-  
tris membranis. Gronov.

32 *Astitit*] V. N. Asin. II. 4.

34 *Nerinem*] Agell. XIII. 21. de  
hoc loco disputat.

35 *Cum tu recte*] V. N. supra II.  
4. 32.

36 *Magnum dedisti decus*] V. N.  
Cas. II. 3. 21.

37 *Qui me interfecisti*] Homerus II.  
A. Agamemnonis vulnerati dolorem  
cum parturientis ὠδῶν confert. Quos  
versus Græcæ mulieres non ab Ho-  
mero, sed ab Homera scriptos esse  
dicebant, teste Plutarcho. Ita Me-  
dea Euripidis apud Ennium: 'Ter  
sub armis malim vitamcernere, Quam  
semel modo parere.' Taubm.

46 *Mea sponte*] Per me, meis viri-  
bus. Lumb.

53 *Quine et*] V. N. Milit. III. 1.

55 *Ex parva Græcia tibi*] Sic Janus  
Palmerius Mellerus. Vett. edd. *ex  
pari gratia*. Mss. *exparigra tibi*. Scri-  
be, *Attuli eccam pallulam ex Phrygia  
tibi*. Nonius: 'Phrygiones. Hoc  
Virgilius probat in lib. IX. 'Vobis  
picta croco et splendenti murice ves-

tis.' Titinnius Barbato: 'Phrygio fui  
primo aeneque id opus scivi: reliqui  
acus aciasque hero atque heræ nos-  
træ.' Plautus Menæchmis: 'Pallam  
ad phrygionem fert, confecto pran-  
dio.' Ibidem: 'Quo ego redeam?  
P. Equidem ad phrygionem censeo,  
i, pallam refer.' Aristophanes in  
Avibus: *χλαῖναν γὰρ ἀπώλεσ' ὁ μύχθη-  
ρος φρυγίων ἐρίων*. Gronov. Vide no-  
tas Mercat. III. 1. 27.

57 *Auro contra*] V. N. Epid. III. 3.  
30.

58 *Ad id, purpuram ex Sara tibi at-  
tuli, et induvias Ponto*] *Ex Sara*, id  
est, ex Tyro. Tyrus enim 'Sarra'  
dicta est, a pisce *Sar*. Itaque Ser-  
vius ad illud Virg. II. Georg. 'Ut  
gemma bibat et Sarrano dormiat os-  
tro,' notat: per 'ostrum Tyrium'  
significari a Virg. purpuram Tyriam.  
Et 'Sarranæ tibis' dictæ sunt, vel  
Tyriæ vel Africanæ. Denique Pro-  
bus ait, Ennium dixisse, 'Pænos  
Sarra orinudos,' id est, Tyro. Scalig.

SCENA VII. 1 *Muli æris*] *Lego, Ite  
ite hac simul heri damnigeruli*. Atque  
sic et versui melius consulitur: et  
'heri damnigerulos' vocat, qui dama-  
na, id est, impensas heri ad meretri-  
cem deportarent, 'damnumque' pro-  
jactura sumptuque dicitur, quomodo  
fere Horatius utitur. Sic 'damno-  
sus,' qui multum sumtus in re aliqua  
facit. Suetonius Nerone c. 31. 'Non  
in alia re damnosior, quam in ædifi-  
cando.' Schopp. V. N. supra I. 1. 44.  
*Foras gerones*] V. N. supra I. 2. 6.

6 *Publicos*] Hos Ovidius Fast. v.  
'ædiles plebis' vocat. Ant. Augusti-  
nus.

11 *Herculaneam*] Nummus hic valet  
duas drachmas: cum enim ita scri-  
batur: *De mina una deminui Modo  
quinque nummos: mihi detraxi partem  
Herculaneam*: et grammatici Græci  
tradant, 'minam' centum esse drach-  
marum; partem autem Herculaneam  
constet decimam fuisse: 'Nummus'  
erit quinquagesima pars minæ, ut

drachma centesima: sic in nummo inerunt duæ drachmæ. Denarius tamen drachmam valet; cuius æstimatione et pretio inferior multo est nummus. Igitur hic 'nummus' est didrachmum, aliter quam vulgo loquentibus soleat usurpari: nam vulgo 'sestertius' est. *Turneb.* V. N. Mostell. iv. 2. 11.

17 *Servat mare: quod illi*] Comparat hic mari meretricem, ita tamen ut vel pejorem et voraciorem mari ipso meretricem velit. Quod mari des, inquit, devorat. At hoc saltem servat quod devoravit, et quum illi subest apparet. Apparet quidem ipsi mari quod devoravit, quum illi subest, non autem apparet ei qui in mare aliquid jactavit. At meretrici quod dederis, neque datori neque acceptrici apparet. Si quid autem mari dederis, et in mare jeceris, non ipsi datori apparet, sed ipsi mari tamen quod accepit apparet, quamvis non eo abundantius fiat. Sed illud servat ac retinet. At meretrix statim consumit quod accepit, atque ita nec datori nec acceptrici apparet. Hic est sensus hujus loci Plantini. Verba deinde ipsa facile est constituere ex vestigiis scripturæ veteris, hoc modo: *At hoc saltem servat injectum, illi sub æstu apparet.* Servat mare quod in mare jactum fuerat, et illi ipsi sub æstu apparet. Acceptorum igitur apparet quod in mare projicitur, non datori. At meretrici datum, nec datori nec acceptrici apparet. *Salm.* *Hoc saltem servat mare: quod*] Nihil hic mutem, nisi τὸ quod in τὸ cum, ut volunt scripti. *Hoc*, intellige, quod est ab eo devoratum, quod recipit, *saltem servat mare: cum illi*, nempe mari subest, quod scilicet ab eo receptum ac devoratum est, *apparet*, id est, existat. Ut in Menæch. i. 2. 16. *Gron.*

24 *Qui valeat, fero*] *Qui*, pro 'ut,' Lambino non intellectum. Adfero, inquit, tibi ab hero meo dono aurum et obsonia, ut melius valeas. Sic

Curcul. iv. 2. 'Ecquid das, qui bene sit?' Et Bacch. sc. 1. 'Dato, qui bene sit.' *Schoppius.*

30 *Desiccari*] Servus malus et jocularior munera quæ ad meretricem ferebat, statim intro rapi non vult: quasque madeant, soli oppansa et exposita, quo siccentur, ante fores sub dio aliquandiu habenda cavillatur. *Turn.*

35 *Usque ad jentaculum*] *Jentaculum* primus erat cibus apud Romanos, ut apud Græcos ἀκράτιστα: quem sequebatur prandium, deinde vesperna, postremo cæna: apud Græcos ἔριστον, deinde ἐσπέρισμα, postremo δεῖπνον. Queritur igitur hic Phronesium, militem aluisse puerum usque ad jentaculum duntaxat. *Lambin.* Quid sit usque ad jentaculum, quod habent veteres edd. aut ad relectaculum, ut legunt libri, juxta scio cum ignarissimis. Divinent qui meliores erunt arioli. Legendum in sequenti versu, sine lacuna nota, *quem pernovi hominem nihili.* Sic supra in Aulularia, 'ut matronarum facta pernovit probe.' *Salm.* *Usque ad jentaculum*] Depositus et hic conclamatus locus. Scriptus alter, *usque ad eactaculum*; alter *usque ad jectaculum.* Quid si hoc sub monstro vocabuli lateat nomen loci, unde absens miles jusserat, quod natum esset tolli. Act. ii. sc. 4. 'Nam huc remisit nuper ad me epistolam,' &c. Proximum scripturæ antiquæ foret, *usque a Pentapoli jussit ali.* Convenientem sensum patiuntur sequentia: *mansi et exspectavi* hominem, auscultavi et audiens ei dicto fui, observavi quod in literis mandatum erat. In verbis Getæ nihil muto, sed prorsus assentior Tanbmanno tmesin duplicem esse, *quem pernovi hominem nihili?* id est, quemnam pernovi. τὸ nam quidem sæpissime Plautus sic separat ab eo cui cohæret. Et solent idem facere τῶ per in aliis. Sic *per mihi gratum.* *Gronov.*

42 *Ariolus*] *Turneb.* *Haristolus* hic

absolute pro furioso accipit: quod ii soleant se interdum male mulcare. Gruterus, pro divinante: talis, enim, inquit, eorum habitus; ut patet ex iis quæ de ministris matris Deum, an Isidis, narrat Apul. Met. viii. et vero etiam de fanaticis accipit Passerat. *Taubm.*

48 *Poscarum*] V. N. Mil. iii. 2. 23.

49 *Malacum*] V. N. Bacch. i. 1. 38. *Umbraticolam*] *Umbraticola* hic dicitur mollis, qui in umbratis locis degat, nec solem pulveremque, ut homines militares, ferre soleat. *Turn.* *Curcul.* iv. 3. 'Si hic me hodie umbraticus deriserit.' *Juvenal.* 'Sed genus ignavum, quod tecto gaudet et umbra.' Ita 'umbraticus doctor,' apud *Petronium* est scholasticus. *Tacitus Annal.* i. xiv. 'studia in umbra educata,' id est, in schola declamatoria; ut *Pichena* explicat. Ita 'umbraticus miles' *Ammiano* lib. xviii. 'umbraticum negotium,' *Agell.* i. iii. c. 1. *Taubman.* *Tympanotribam*] *Tympanotriba* hic enervatus et effeminatus est; quales erant *Cybelæ* sacerdotes, et exsecti *Matris Deum*, manibus tympana pulsantes. Etiam apud Græcos in tympano homines torquebantur: hinc eum, qui sæpe in eo per tormenta cruciatus sit, vocatur 'tympanotriba.' *Turn.* Sed hoc locum heic non habet, ubi malacus aliquis describitur, cui tympanum convenit. *Gruter.*

52 *Offutim conficiam*] Scribendum, *alde istoc, jam hercle ego te hic offutim officiam*, ut habent libri, hoc est, διαπράξομαι. *Officiam* pro *conficiam*. Sic autem apud *Aristophanem* in *Θεσμοφοριαζούσαις*: Πρόσθεν μόνον καγώ σε νή την Ἀρτεμίν τι δράσεις. *Salmas.*

54 *In culina Ares*] *Geta* e *culina* vern allaturum minatur. *Varro*: 'Si non plus testiculorum offenderis quam in castrato pecore in *Apulia*, vincor non esse masculum *Arem*.' Proba-veris ipsum *Martem* non esse masculum, proverbialiter dixit. Quid enim

magis masculum, quam *Deus belli* præses, et idem *Veneris* maritus? *Palmer.*

55 *Adventores meos non incuses*] *Adventores*, in cauponis et diversoriis hospites: apud *scorta*, qui rei causa venibant: et ita, præter alios, *Apuleius* et *Petronius*. *Palm.*

61 *Concipilabo*] *Festus*: 'Concipilasti, dictum a *Nævio*, pro, corripuisti et involasti.' Ad quod *Scalig.* 'Concipilasti,' idem ac compilasti: ut 'reciprocus,' 'reprocus,' 'reciperare,' 'reparare,' 'incitigere,' 'integere.'

62 *Hanc aditio*] V. N. *Epid.* ii. 2.

63 *Manu niceris*] *Nicere*, a quo deductum est 'nictare,' quod nusquam alibi, quod sciam, reperitur, significat signum facere; ut manum movere, aut ea minari. *Turn.* Cum alibi τὸ *nicere* non sit invenire, putabam legendum, *manu iceris*, id est, si manu tetigeris. 'Icere,' percutere, inquit *Festus*. *Boxhorn.*

65 *Occidi! optimum est*] *Lipsius*, *occidi opt.* pro *occedi*. Sed contrarium vult servus, abire potius quam obviam ire. *Gruterus*, *occidet*. Forte, *Concedi optimum est*: quo verbo passim pro simplici utitur *Plautus*, *Captiv.* iii. 4. 25. Deinde malim, *sed rerum sine domo petere*. Denique, *Ibi demum ego tecum*. *Gronov.*

69 *Ventre dum salvo*] *Quem*, nisi aufugio, miles *machæra* perfossurus videtur. *Lamb.*

SCENA VIII. 1 *Datin' soleas*] *Romani* non solebant in publico uti soleis; sed vel in triclinio, vel in cubiculo: verum foris calceis: atque ea de causa crimini vertit *Cicero Verri*, quod soleatus fuerit. 'Stetit,' inquit, 'soleatus prætor pop. R. cum pallio purpureo tnoicaque talari:' et tribulis conviva, apud *Horat.* *Ep.* i. 13. 'gerit sub ala soleas:' et convivator *Nasidienus* *Sat.* ii. 8. 'soleas poscit:' meretricula apud *Plaut.* puerperam mentiens, 'soleas poscit,' ii. 4. et 8.



Omninoque foris solea muliebre potius, quam virile calceamentum habebatur. Catullus de Lesbia: 'arguta constitit in solea.' *Turn.*

4 *Hem sic datur*] V. N. Menæchm. IV. 2.

8 *Hisce suffringam*] V. N. Mil. II. 3.

14 *Crudum*] Impotentem, iracundum et inhumanum significat. Glossographi explicant ἄμυν: et sic Latini interdum *crudum* accipiunt pro duro et inexorabili; ut hoc loco. *J. Gul.*

### ACTUS III.

SCENA I. 2 *Bubus*] Bubs glandem in pabulum dederunt veteres: ut docent Cato c. 54. et 60. 'Bubus cibaria annua in jnga singula lupini modios CXX. aut glandis modios CCLX.' Et Columella lib. VI. c. 3. et lib. XI. c. 2.

7 *Crumenam sibi de collo detrahit*] Crumenam enim a collo pendentem gerebant. Inde est 'decollare': quod proprie de marsupio dicitur, quod collo abest et perit. Inde sumitur pro ἀχρεσθε; ut cum 'spem decollare' ait Varro. *Casaub.* Sed vide Captiv. III. I. 37. *Cruminam sibi de collo*] Forte, *ibi.* Scriber.

9 *Perperas, minas*] Ita Scaliger in Conjectaneis, ad illud Varronis lib. II. De Re Rust. 'ovem minam, id est, ventre glabro.' Ergo 'mina ovis' eadem quæ 'apica.' *Apica* Græcum est ἀπικος, hoc est, *glabra*: nam πείκος et πίκος in neutro, idem quod πίκος masculino. *Perperæ* sunt ἀχρηστοί. *Scalig.* Legendum, *ego proprore minas Ovis in crumena hac in v. d.* de pecunia enim, id est, de illis viginti minis, quas pro ovibus acceperat, ita ut de ovibus loquitur: eadem urbanitate, qua viginti item minas pro asinis acceptas vocat 'asinos,' *Asin.* III. 2. Simul autem eo alludit, quod oves, quæ ventrem pilosum non habent, vocabant 'oves minas,' aut 'apicas.' Erant illæ igitur plane

'oves minæ': neque enim pilosi sunt nummi. Quod autem sequitur, 'fuit edepol Mars meo,' &c. inde dictum est; quod lupas Marti sacras putabant. Unde et hujus urbis (Romæ) conditores, quod a Marte geniti essent, aluisse dicitur lupa. 'Lupas' etiam vocabant meretrices, a quibus non longe abesse dicit eas oves, quas ipse tunc in crumena ferebat. *Muretus.*

13 *Amasios*] Hic versus Diomedii in mentem fuit, quum scripsit, 'Item ab Amo veteres inchoativo modo dixerunt Amasco: unde et Amasios amatores, dicebant: ut Pl. Truc. 'jucundulos amasios:!' ubi *mundulos* hinc emendandum. *Douza.*

14 *Hoc ictu exponam*] Hac pecunia exturbabo rivales meos. Nota, 'Exponere ictu,' pro loco movere, de gradu dejicere. *Cas.* IV. 4. 'Pæne expositiv cubito:' forsitan a luctatoribus translatum. *Acid.*

22 *Ne me morari*] Vide notas Mil. IV. 7. 10.

SCENA II. 12 *Habent, &c.*] Omnino legendum, *As. Lepide mecastor, sed dic mihi, Haben?* *St. Parasitum te fortasse dicere.* Ita, inquam, scribi debet, pro *habent.* Dixerat Stratilax, 'novos omnes mores habeo, veteres perdidit.' Vix credula Astaphium rem ita se habere ut memorabat, interrogat an vere haberet novos mores. 'Sed dic mihi, haben?'. Verumne est quod dicis, habesne veteres mores? Stolidè argutus rusticus Stratilax, quasi videretur intelligere quid illa vellet, respondet, 'Parasitum te fortasse dicere.' Fortassean, inquit, petis an parasitum habeam. Profusi enim et dissoluti adolescentes, parasitos habebant. *Salmas.*

15 *Cavillator*] Hos versus in vitio esse, manifesta res est ex sequentibus. Rusticum enim illum verbum aliquod absurde et imperite pronunciasse, patet ex eo, quod urbana ancilla quasi divinando mentem ejus persequitur. Adde, quod secundus

versus in legem iambici trimetri committit syllaba abundanti. Muretus leg. censebat, (ita enim sermone ab ipso accepi,) *Dicax sum factus, jam sum villator probus.* Rusticum enim illum truncasse capita dictionum patet. Probo εὐστόχια. Putarim tamen leg. *jam sum cauliator probus.* Nam hominem a villa et rure sumpsisse quiddam de copia domestica, et ad caulas ovium suarum alludentem, *cauliatores*, pro *cauillatores* dixisse, quidni probabile fit? Et ad hoc exemplum versum illum e sequentibus emendarim, qui ceteroqui mire friget: 'Ita ut paucillum differat a caululis:' quo rusticus quasi ἐτυμολογεῖ suum illud, *Cauliator.* Lips.

16 *Istæce ridicularia*] Hæc Stratiaci tribuenda: ut explicet, et quidem concise et satis rustice, quid velit: nempe istæc ridicularia unde mentem ipsius demum percipiens ancilla, subjicit, 'Cavillationes fortasse dicit.' *Pistor.*

23 *Conia*] Taxat Prænestinos, ut male Latinos. Talia sunt, 'Syria' pro Assyria; 'Spania' pro Hispania; ut discimus ex Capella et Glossario. 'Striculus' Arnobio, 'Histriculus' Tertulliano. Neque enim litteræ solum detractæ veteribus, verum etiam syllabæ integræ. *Meursius.*

#### ACTUS IV.

SCENA I. 6 *Melliniæ*] Dulcedini seu voluptati. *Lamb.*

8 *Mea pila est*] Illud 'mea pila est,' proverbialiter dictum et venuste. Et meretrices, quæ se publicant, tanquam pilæ sunt. Nævius Tarentilla: 'quasi in foro pila Ludens datatim dat se, et communem facit.' Aut, si non ipsæ pilæ; quasi ludunt pila. Unde illud Afranii, 'Datatim uxorem ut ludas,' (id est, uxorem tuam vulges,) tanquam de pila loquatur. Et hoc Pomponii, 'Quod ille dicit, cum datatim in lecto tecum lusi:' tanquam de ea, qua cum ludas

pila. *Gruter.*

9 *Salvus sum, &c.*] Græca ista sunt Latinis literis scripta, ita vero rescribenda: *pau, eu ri eni.* *Salvus sum quia pereo: si non peream: pau.* Dicit amator Dinarchus, se salvum esse, id est, Phronesium suam pilam esse, quia pereat, ab re nimirum, quam ferri jusserat ad meretricem. Addit, si non peream, scilicet a re, *pau, eu, ri, eni: παῦ ἐν ῥέῃ, ἐνι.* De se quicquam adversi dicere religio fuit Dinarcho, ne omen fiat: utitur itaque ἀποσιωπήσει, οὐ γὰρ βούλεται δυσχερὲς εἰπεῖν οὐδέν. Dicit itaque sibi ipsi *παῦ*, id est, desine, *ἐν ῥέῃ*, bene est, et res ex voto animique sententia succedit, mea pila est Phronesium: *ἐνι, (ἀντὶ τοῦ ἐνεσσι)* jus est et æquum. Nam dona ab illo acceperat Phronesium non pœnitenda. *Petititus.* *Plane inteream*] *Esuriam* pro veteri lectione hic locum habere non potest. Perditus adolescens, qui perniciem ac damnum suum quærit, gaudet repudiatum militem ut ipse recipiatur. Quod si fiat, ita se salvum futurum ait, ut tamen certo sit periturus. *Salvus sum, quia pereo*, quia pereo et additor meretrici, *salvus sum.* *Si non peream, plane inteream.* Ita restituit Lambinus, meliore sane sensu, quam si legatur *esuriam.* Nam hic amator a meretrice quam amabat, rejectus, non poterat *esuriam* timere. Imo meretricem amando et ductando, ei malo magis obnoxius fuisset. Pro eo libri habent *pane uriem.* Ex quo nihil facere certi possum. Divinent sagaciores. Sequenti vers. legendum est, *Observabo meis quid fortunis fuat.* Scriptum erat *mies* pro *meis*: unde factum, *miles.* *Salmas.*

SCENA II. 3 *Ei rei secundes*] Id est, tempus ei rei accommodes.

4 *Gaudia compares*] Hunc versum multis modis sollicitarunt, ut perverterent viri dacti, qui vim vocis illius *compares* parum attendebant: nam rectum est, 'amanti gaudia comparare,' ut malum et dolorem inimico

comparare, ita et *comparare* hoc loco ut παρασκευάζειν. Glossæ: 'Comparat, κατασκευάζει.' Salmas.

6 *Domum exagogam*] Id est, dum rem paternam domo ad te exportet. Lamb.

7 *Ludin' istos*] Quod de hoc loco semper existinavi, dicam: scribendum videri, *tu perge, et lubet lud' istos*, aut *ludistos*. Modus sane carminis non postulat aliter: cui numeros restituere hinc a me non sentienti difficile sit: sed et occasio mendi ex eo apparet, quod per libros vulgatur, *ludi isto*, aut *ludin istos*. Neque sane illa leviora sunt, quæ a Cicerone referuntur in De Oratore, 'vasargentis, passicrinibus, tectifractis, omnimodis.' Palmer. Forte legendum, *Tu perge, ut lubet, ludo in isto*. Boxhorn.

8 *Qui perit*] Ineptissime Lamb. explicat, an potius implicat. Sensus planus est: Dic mihi quis ille est, quem apud Phr. esse dicis? Quis est, qui perit? nam, ut tu quidem nunc verba facis, perditus est. Pistor.

11 *Nam quid est?* As. *Non mu: sed, &c.*] Sensum non inelegantem elicio mutatione non magna: *Di. Nam quid est? num mea refert?* As. *Non mu: set Intus b.* Cum ancilla operam Dinarchi posceret ad audiendum; ille sperans de se illi aliquid mandatum, et forte ab amica expectari adventum suum, Quid, inquit, rei est? an aliquid ad me pertinet? Rejiciens tam stultam urbanitatem puella; Nihil ad te ait: sed hera mea quos lucri bolos naeta est! *Non mu, nihilum.* Lucilius lib. xi. Satiarum: 'Non laudare hominem quemquam: neque mi facere unquam.' *Guilielm.*

15 *Solus summan*] V. N. Menæch. II. 3. *Fundus*] *Fundus* hic pro fructuosissimis prædiis capitur. Et optime convenit cum Varronis interpretatione, qui 'fundum' inde dictum asserit, quod fundat quotannis

*Delph, et Var. Clas.*

plurima. *Nannius.*

18 *Lessum fecit filio*] Id est, funebri ejulatione prosecuta est. Tertull. de Anima hoc sic effert, 'Sed et Theotis filium planxit.' Gronov.

28 *Bene sumus*] V. N. Menæchm. III. 2. 20.

39 *Iri non potest*] Scita et versuta Astaphium negat introiri ad heram suam posse Dinarchum. At ego experiar potius, ait, et posse me arbitror: imo tu opperire potius, respondet illa: nam si experiare, vim facies: ego potius intus visam, et si illi otium est, ad te renunciabo. Enntem resistere adolescens jubet; illa frustra eum esse, ait; et simul, ne inhumanior videatur, herili imperio se vocari domum ait.

40 *Vis est experiri*] Facetissime dictum est: nam 'experiundi' verbum de vi proprie dicitur, sive ea civilis sit iudicii, sive militaris armorum. Bacchid. 'An ego tecum experiar vi majore?' Ter. Eun. 'Omnia prius experiri sapientem quam armis decet.' *Gruter.*

46 *Ludos facium clamore*] Id est, pipulo te differam ante ades. V. N. Aul. III. 2. 32. Persa IV. 4.

51 *Fio impudens*] Qui reposeam quod dedi.

52 *Quos cupiam, &c.*] Non rusticitatis tantum, sed etiam impudentiæ nota erat, calcis inconcinnius nti. Vide Agell. XIII. 20. Jam, quibus male laxus calcens hærebat in pede, dici soliti sunt *νῆν ἐν ταῖς ἐμβάσι*, id est, *natare in soccis*. Ovid. Amorbis: 'Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.' Sidonius: 'Laxo pes natet altus in cothurno.' *Casaub.*

SCENA III. 3 *Vos verberantis*] Puto scribendum, *Rogitavi ego vos verberans, pendentes simul*. Salmas. Mss. *verberantis has: alter, verberantis has: lege igitur, verberans ambas pendentes simul*. Gronov.

5 *Sine malo*] 'Malum' in Plauto et Cic. frequenter plagas et dolorem sig-

*Plaut.*

6 Z

nificat. *Langl.*

6 *Colubrino*] *Serpentino, astuto et vafro.*

8 *Tintinnaculos*] *Tintinnaculi viri sunt qui ferreas compedes indebant vinciendo, quia tintinnum edebant, dum eas acciderent pedibus. Sine fabro ut accommodari non poterant competitorum pedibus, ita nec res solvi sine fabri ferrarii opera. A verbo 'tintino,' nomen 'tintinax,' qui talem sonum dedit, ut a 'bibo' 'bibax.' A 'tintinnax' autem 'tintinnaculus,' ut a 'bibax,' 'bibaculus.' Hinc 'tintinnaculi' viri. *Salmas.**

14 *Significetis*] *Nutu, aut nictu. Taubm. Ero paries*] *Medius inter vos stabo. Lamb.*

16 *Istæ dedi*] *Pro isti, scil. tonstrici Phronesii. Taubm.*

19 *Jam livorem*] *Non placet expositio Lambini, ut quæ sit contra proprietatem verbi concinnare: et censeo hoc eo respectu dici, quo vulnera cum jam sanari incipiunt, livorem contrahunt; cum refricantur, non jam livere, sed cruentari. Malim tamen rescribere levorem: qua voce utitur et Lucr. lib. iv. 'levor levore creatur,' et Plinius in charta etiam 'levorem' spectari ait. Ut dicat: ingenua ista confessione efficis, ut scapulæ tuæ quæ jam plagis asperæ, et, ut alibi legitur, ostreatæ sunt, leves fiant: dum scilicet plagis novis non excitantur. *Pistor.**

23 *Minor*] *Phronesium: nam hera major est Phronesii mater. Lamb.*

44 *Non audeo*] *'Audere' pro velle, item posse, nove dictum: nam in communi significato capi hic non posse, argumento est illud, 'lapideus sum:' et quia Dinarchi præsentia jam est præsentia. *Acid. V. N. Menæch. l. 2.**

45 *Comitia*] *Vide notas Psendol. iv. 7. 134.*

48 *Video ego te*] *Ita constituendus est versus: AN. Vidco ego te propter.*

*Ca. Mala, quis? AN. Qui est patronus parieti. Quis est ille quem propter me vides? Resp. Qui est patronus parieti. Salm.*

52 *Per tua obsecro*] *In genibus sedes misericordiæ est: atque ea, qui suppliciter precabantur, amplecti solebant. *Turneb.**

59 *Caret temeto*] *Sic Asin. iv. 1. Et V. N. Aul. ii. 6. *Turneb.* 'Carere temeto' est, vinum non bibere. *Ab ingenio*] *V. N. Merc. v. 4. 9.**

60 *Obnoxia*] *Lego ob noxiam. Noxia est τὸ ἀμάρτημα. Qui peccavit autem, multa illi necessario audienda, quæ nollet. *Casaub.**

61 *Culpæ compotem*] *Id est, affinem. *Lamb.**

63 *Reus solutus causam*] *Curtius l. vi. 'Vincti hominis non supervacua solum sed etiam invisita defensio est, quæ judicem non docere videtur, sed arguere.'*

SCENA IV. 1 *Blîtea*] *Dicebantur βλιτάδες, in contemptum. βλιτάδες, inquit grammatici, αἱ εὐτελεῖς γυναικες, id est, nugatoriæ mulieres, ut vocat Festus. Plinius: 'Blitum iners videtur, ac sine sapore at acrimonia ulla: unde convicium fæminis apud Menandrum faciunt mariti.' *Scal.**

6 *Manstutorem me adoptavit*] *Ut 'manceps' est, qui manu capit; ita 'manstutor,' qui manu tuetur et tenet, quique possidet. *Turneb.* Sed cur non dixit, *manstutricem?* ut honorificentius esset et significantius: nam plus est mulieri partes viriles dare, quam muliebres; et honorificentior appellatio virilis, quam muliebris. *Lamb.**

15 *Mus pusillus, &c.*] *Lactantius de Ira Dei c. 7. 'Sunt animalia, quæ latibulis suis diversos et plures exitus pandant, ut si quod periculum incidit, fuga pateat obsessis: quod non facerent, nisi inesset illis intelligentia et cogitatio.'*

26 *Metues, &c.*] *Jurgia ab uxore. *Lamb.**

32 *Ubi amici, ibidem opus*] Leg. *Ubi amici, esse ibidem opus.* Et sic habent nostri libri veteres: quibuscum vulgati consentiunt, sententia plana et perspicua. Significat enim, ubi sunt amici, ibidem esse negotium et molestiam. Amicorum enim causa nos interdum laborare necesse est, aut jus amicitiae perdere. Aliorum vulgatorum scripturam, *Ubi amici, ibidem sunt opes*; neque id quod sequitur, neque versus patitur. *Lambin.*

33 *Propter hunc, &c.*] Interpretes in his nimium supini, qui omnes ad unum in constituendo hoc loco commenti sunt, dicere Phronesium spem omnem, quam habebat de circumducendo milite, interiisse. Atqui id est præter mentem Plauti, cum prædixerit Phronesium, sibi spem esse, si puer apud se sit, quod nunc illi concessit Dinarchus, aliquo posse circumduci militem. Quare rescriptissimus, *Propter hunc spes etiam est hodie tactum iri militem.* Sensus plenus et planus est. *Petitus.*

34 *Quem ego ecastor*] Scilicet Dinarchum. Alii, militem: et interpretantur: Mage amo, magis me amare simulo. *Lamb.*

## ACTUS V.

6 *Atque isti etiam parum*] Scil. præquam quod meretur. *Douza.*

10 *Matri autem*] 'Nutrix' etiam mater in Mercatore dicitur, et 'obstetrix' etiam mater. *Scalig.* Legendum, *Puero opus est cibum; opus est matri; ei item quæ puerum larit*: quod et vidit Casanbonus. Pueros recens natos lavabant: non poterat autem mater recenti partui id præstare. De quo nemo potest dubitare. *Boxhorn.*

12 *Potet*] Uti scil. lacte abundet.

13 *Fasciis, &c. incunabulis*] Plautus hoc loco in infantili supellectile enumeranda, fascias ab incunabulis distinguit: et fortasse fasciæ sunt qui-

bus involvebantur infantes et illigabantur; 'incunabula' autem proprie lora aut vincula, quibus ad cunas ligabantur ne exciderent. *Salmas.* Vide notas Amph. v. l. 52.

16 *Setanio*] Rectum iudico, *setania* (vel *setanio*) educier. 'Setanium' enim, aut 'setania;' aut, ut apud Dioscoridem et Theophrastum legitur, 'sitanium' vel 'sitania' genus mespili est in Italia frequens; cujus multis locis et apud Plinium mentio est. Hoc igitur dicit meretrix: non posse militares pueros vilibus et parvi pretii cibis educari: cujusmodi est setania. Ac nescio quo modo durat hodieque apud Italos idem loquendi genus in sermone vulgi: ut si multa ac magna requiri ad aliquid efficiendum significant, dicant: 'Aliud requiri quam mespila.' Est et cæpæ genus setania. *Murctus.*

35 *Mca manubia machæra et hunc vis emori*] 'Manubia machæra' vel ex manubiis comparata: vel potius fulminatrix; a manubiis Jovis. *Scalig.*

40 *Et fastidiunt*] 'Tedulos' et 'fastidiosos' veteres vocabant, quibus palatum novis cibis reficiendum erat. Nam fastidiosi stomachi ut consuetis cibis gravantur, ita novorum gustu levantur. Ergo eleganter dixit in eum sensum, 'fastidire nova pabula.' Ita Plautus hoc loco: 'Omnes h. ad s. q. call. et fastidiunt,' hoc est, quod vulgo dicimus, 'delicati sunt.' *Scalig.* Vide de hoc loco *Observ. iv. 10. Gronov.*

42 *Quanquam hic horridu'st*] Jocus protervior est, sed non indignus virrosa meretricula: cui non elegantes soli belli videntur, sed illi cumprimis, qui in illo duello non ignavi sunt. V. N. Mercat. act. v. scæv. ult. quæ a Grutero annotavimus.

45 *Viatricum*] Scil. in malam rem ituro.

50 *Campas dicis*] Id est, nugaris, fabularis, monstra et prodigia loqueris, quæ ut plurimum fabulosa et

mendacia sunt. *Campas veteres* Latini omnia κρηάθη, id est, monstra marina, grandia, cete vocabant. *Gronov.*

51 *Dentes ferrei*] Hoc dicit vel propter dentes rustici eminus; vel, propter rastos dentatos, quos manu tractabat. *Pius.*

58 *Stultus atque insanus*] Strabax et miles. *Lamb.*

61 *Tanto melior*] V. N. Rud. 1. 1. 6. *Noster esto*] V. N. Mil. III. 3. et Pæn. III. 6.

63 *Non ego ambulo*] Quasi dicat: Non ita vagus et erro sum, ut tu es; sed stabilem certamque sedem hic habeo. *Taubm.*

64 *Ego in crumina*] Rectius in *nervina* legit Priscianus. Fingit enim Plautus subinde sub rusticis personis vocabula; atque ea rustica profecto: ut decoro serviat. Supra III. 2. 'caulatorem,' pro cavillatore, et 'rabonem' pro arrabone. Itaque cum obærat et nexi in nervum raperentur, (Phormione, 'vereor ne istæc audacia in nervum erumpat denique') atque ii homines ligati et obligati sint; pro 'crumina' vocabulum *nervinam* fecit, a nervo scilicet: quod obligatos nummos ferret. Hoc

probari potuit, ut quod maxime: sed enim in vet. codice Prisciani invenio, ut manu Modii ad oram libri notatum est *nerumina*: quæ pura puta Plauti scriptura est. 'Neruminæ oves' sunt vitiosæ et morbosæ, quæ ruminare nequeunt: quas ergo paulo ante 'perperas minas oves' appellarat, eas nunc 'pecua nerumina.' Et hoc quidem verius, neruminas oves esse, quas dixi: nam morbum eum sæpe opiliones in pecu queruntur. Poterant tamen etiam videri 'nerumina,' quæ rumen non habent: quæ esse perpera necesse est. 'Rumen' itaque pro mamma: quomodo olim in usu fuisse Varro et Cato memoriæ produnt: unde 'arumos' et 'subrumos agnos' appellari. *Palm.*

65 *Ut destrinxi hominem*] 'Destrinxi hominem,' id est, rusticum deduxi ad id, ut moliri ulterius nil possit. Cui ille: Imo ego, inquit, me potius destrinxi, qui mea in æmulationem tuam profudi. *Petr. Valla.*

72 *Aucupavi*] Id est, aucupata sum: prædata sum: Nonius, hunc locum citans, elegantem etiam paronomasiam in 'occupare' et 'aucupare' notat. *Lamb.*

---

## FRAGMENTA.

### PARS I.

1 *ACARI STUDIUM*] Quid est illud *Acari studium*? Editores olim emendarunt Ἀχαρι studium. Verum, 'Hoc plus est negotii, inquit cœcio.' Alius descripsit *Acharistio*. Sed Plantum hoc nomine fabulam dedisse non meminimus, neque alibi legere. *Taubm.*

2 *Quasi, &c.*] Hunc versum citant Festus et Nonius; sed hic pro *infrac-*

*tos* habet *desertos*: atque addit, esse ex comœdia *Abroico*, sive, ut legi debet Ἀγροίκω. Nam Ἀγροίκος erat inter comœdias Plauto adscriptas, sed quas ei abjudicaret Varro; ut testis Gellius III. 3. *Voss.*

4 *ARTAMON*] Fallor, an virum occupatum induxit; ut ita putaret, *Artemona*, quod personæ ibi nomen est? 'Superstes' autem præsentem significat, auctore Festo, et Servio

*Æneid.* III. *Superstitēs* interpretantur etiam litigatores, stantes supra fundum controversum. *Polletus*.

5 *ASTRABA*] *Astraba* vehiculum est παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι, quo titulo et *Plantus* fabulam inscripsit, in qua mulieres in ejusmodi vehiculis inductæ. *Probus in vita Virg.* Infinitis prope locis *Plantus* in ‘*Cistellaria*’ citant grammatici; cum tamen, quæ ipsi adducunt testimonia, desiderentur in ea, quæ hodie exstat ejus nominis fabula. Unde quidam *Clitellaria*, *Sisennaria*, aut nescio quid nugurum, substituendum putarunt. Sed non ita faciendum erat. Parvum mendum est, quod hujus fabulæ titulum occupavit: nam *Clitellaria* pro *Cistellaria* legendum. Facilis vero fuit lapsus, ut in *Cistellarium* notissimam fabulam degeneraret. Est autem eadem atque ea, quam Græco titulo inscripserat *ASTRABAM*: ἀστράβη enim *clitella*. Sic invenies eundem *Plantus* citatum in ‘*Lipargo*’ et ‘*Parasito pigro*’: *Terentium* in ‘*Heautontimorumenno*,’ et ‘*Seipsum excruciatante*,’ ut apud *Ciceronem*: *Cæcilium* ‘*Nauclero*,’ vel ‘*Portitore*’: ‘*Obolostate*,’ vel ‘*Fœneratore*’: ‘*Harpazomene*,’ vel ‘*Rapta*’: ‘*Hypobolinæo*,’ vel ‘*Subditicio*’: *Laberium* ‘*Cropio*,’ vel ‘*Sarcularia*’: ‘*Belonistria*,’ vel ‘*Frigione*’: ‘*Scyllace*,’ vel ‘*Catularia*’: *Pomponium* ‘*Hetærisca*,’ vel ‘*Prostibulo*’: *Varonem* *Κρισμαχία*, vel ‘*Caprino prælio*.’ *Scalig.*

7 *Axitiosæ*] *Glossarium*: ‘*Axites*, ἀποτελεσματικά.’ *Festus*: ‘*Axitiosi*, factiosi dicebantur: cum plures una quid agerent facerentque. *Axit* autem pro egerit: unde *axites* mulieres, sive *Dii*, dicebantur una agentes.’ Hoc autem convicio irati dimittebant ab se mulieres: *axiosa es*. *Scaliger*.

8 *Reciproces*] Sane ‘*reciprocare*’ in hoc versu nihil aliud, quam susque deque gremio erecto aut depresso gestum ita componere, ut tolleno aut

pilum Græcum videatur. *Taubm.*

12 *Limaces*, *diobolares*, *miraculæ*] Cur ‘*limaces*’ dictæ sint ‘*meretricēs*,’ explicatum est *Curculione* II. 1. 13. Cur ‘*diobolares*,’ *Pænnlo* I. 2. 58. ‘*Miraculæ*,’ φόβητρα exprimi puto, et μορμόνας. Possent, inquit, et ‘*miraculæ*’ esse a miraculis. *Festus*: ‘*Miracula*, quæ nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus ponebant.’ *Scalig.*

14 *Cum extritis talis*] Qui erant ‘*extritis* talis,’ λεσποδίας ab Atheniensibus dicebantur. Quamquam nonnulli dicunt λαισποδίας eos esse, qui δρεπανώδεις habebant πόδας, ut ii sint, quos ‘*falcones*’ a veteribus vocatos esse testatur *Festus*. *Taubm.* *Cum crotillis crusculis*] Videtur κροτίλος fuisse, ut κωτίλος, inde compositum ‘*sucrotillus*.’ In aliis etiam legitur *totellis crusculis*: itidem pro crusculis exilibus. *Glossarium*: ‘*Petilis*, μακροσκελής.’ Sic et in *Aristotele* notatum, quod esset ἰσχροσκελής, id est, petilis: nam ita comici vocarunt. *Eubulus* *Comicus* κοφίχου σκέλη. Contra, quibus inferiores corporis partes erant crassiores, κληματίδας *Αἰγυπτίας* vocabant: quod de *Zenone* *Stoico* est dictum. *Cassub.*

21 *Cajet*] *Cajatio*, puerilis dicebatur cædes. *Turneb.*

40 ΒΕΩΤΙΑ] *Βιωτίαν* scripserat *Antiphanes*, quam *Plautus* vertit, vel quisquis auctor illius fabulæ: nam *Aquilii* esse quidam dicebant. *Varro* eam *Plauto* vindicavit. Verissimum ego putem *Plantus* ἤρσιν hanc parasi, contra horas et horologia queritantis, palliatæ fabulæ adtexuisse ex temporum suorum usu, et novitio illo invento. Sane, convenit tempus. *Plantus* in scena floruit scripsitque initio secundi belli Punici, circiter annum U. C. 535. Primum horologium Romæ in foro positum esse consentiunt auctores anno post U. C. 499. Sed quod hoc loco ait ille parasitus, oppidum jam tum uppletum

fuisse solariis, hand satis video quomodo sit accipiendum: certe si de urbe Roma loquitur, falsum dicit. Nam per eam ætatem unicum fuit Romæ horologium, quod ex Sicilia advectum est; cui et paruisse Romanos scribit Plinius. Sed parasiticam personam cogitanti, qui deridiculi causa omnia exaggerat, mira non videretur, hæc de pluribus horologiis conquestio, cum unicum tantum esset in urbe. *Salmas.*

61 *Molluscam, &c.*] Macrobius Saturnal. III. 18. 'molluscam nucem' interpretatur Persicum; quod omnibus nucibus mollior sit.

63 *Callum*] Vide notas Capt. IV. 3. 4.

64 *Affigat cruci*] In servili illo supplicio transfigi manus et pedes solere, docent sacræ Historiæ; et Apuleius clare lib. IV. 'Paullatim Chryseros adrepat, grandique clavo manum ducis nostri, repente nixu fortissimo, ad ostii tabulam adfigit, et exitiabili nexu patibulum relinquit.' Patibulum, id est, ita adfixum quemadmodum in patibulo sontes solent. Quod eadem significatione Plautus hoc loco dixit. Agnoscit enim Nonius 'patibulum,' hic genere masculino. Tamen in vulgatis ejus libris scribitur 'Patibulum ferat per urbem:' ut sentio, mendose: nisi tamen scribas, *suffigat cruci*: ita recidet res eodem. *Lips.*

65 COLAX] Κόλαξ in universum dicitur omnis adulator, quacunque mercede proposita. Proprie tamen locum habet id verbi in eo, quem ψωμοκόλακα appellari Athenæus dixit. Est autem φερωνύμως ψωμοκόλαξ, qui gulæ gratia adulatur. At non omnes adultores epulas præmii loco ancupantur: majora sunt, quæ captant regum et principum assentatores. Propterea nemo philosophorum in adulationis definitione, mentionem fecit cibi, sed generaliter τοῦ συμφέροντος. *Casaub.*

67 CONDALIMUM] Noster cum Me-

nandri fabulam Δακτύλιον verteret, 'Condalium' eam nominavit. Festus: 'Condalis, annulus. Condalium, similiter anuli genus.' Mirum vero est, Varronem (ut scribit Agellius), 'Condalium' et 'Commorientes' Plauti esse negasse; cum Plauti esse Terentius etiam affirmet 'Commorientes.' *Taubm.*

69 *Qui regi latrocinatus*] 'Latrones' dicti a latere: qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum: qui postea a stipitatione 'stipatores' appellati, et qui conducti mercede; ea enim merces dicitur Græce λάτρον. Sane ut λάτρον 'latronum,' sic stips 'stipatorum' eis nomen fecit. *Varro.*

73 *Quid cessamus ludos, &c.*] Quæ in vulgatis edd. huic versui præponuntur, non sunt Plauti, sed verba Varronis, qui de L. L. I. IV. 'Itaque dicunt milites advectim, quem circumveunt ludentes; Quid cess.' Ita enim fabula miles ludebatur, et pro circo erat, cum per ludibrium circumiretur. Ludunt milites, qui palum ad terram destitutum sen vectim circumveant; vocentque illum ideo 'Circum.' Ex qua circumitione Varro etymologiam suam probare conatur. Quanquam translatio potius est. Quod autem hic vectim in terra destitutum esse cognoscimus, quem milites circumveant, fortasse est ex vulgato exercitamenti genere in militia veteri: quod milites ad palum se exercerent. Qui locus veteribus 'Palaria' dicebatur, ut ait Charisius. *Scalig.*

75 *Laverna*] Vide notas Aul. III. 2. 31.

76 *Verba nupta*] Festus: 'Nupta verba dicebantur ab antiquis, quæ virginem dicere non licebat.' Ergo 'nupta verba' sunt obscæna et prætextata: unde Petronio, 'nuptias facere,' τὸ συνουσιάζειν. Vide notas Casina II. 8. 52.

84 *Febbris querquera*] *Querquera febris*, dura ac gravis: quam quidam a



*queru* dictam putant: quod id genus arboris cum grave sit ac durum, tum in ingentem evadat amplitudinem. Aurelius Opilius 'frigidam' ait dici et enim horrore trementem. Santra eam ex Græco deducit: quia 'tremorem' ejusmodi *κάρκαρον* vocant: unde dici etiam 'carcerem.' *Festus*.

87 *Accensī*] 'Accensi dicti quod decurionibus et centurionibus accensebantur, id est, attribuebantur.' Varro. Alii 'adscriptivos' etiam vocarunt, item 'optiones:' diversaque ipsis tributa sunt munera. *Taubman*.

89 *Nave agere oportet*] *Festus*: 'Navis, celer ac strenuus: a navium velocitate dictus.' Ergo *nave agi* est, cum navis remigio aut ventis agitur. *Ductarie*, cum adverso amne fimbibus trahitur. *Ductarie ergo agere*, est *δυσμολκεῖν*. Nec omittendum quod est in *Glossis*: 'Navities, ἀρετή.' *Scalig.*

90 *Præficus*] V. notas *Truc.* II. G. 14.

91 *Tunc papillæ primivus Fraterculabant*] *Festo* manuum puellarum 'sororiare' dicuntur, cum primum tumescunt: ut 'fraterculare,' puerorum.' Etiam inter lasciva et *ἐρωτικά* olim fuerunt frater et soror. Sic, ut puellæ eos, quibuscum solitæ essent, et ut proprie dicatur, quibus dare consuevissent, 'fratres' vocarent: et contra amatores suam comparem, cum qua caput limarent, (ut noster alibi loquitur,) 'sororem.' *Lipsius*.

96 *Caro strebula*] 'Carnis strebulæ' meminit *Festus*: item et *Arnobius Advers.* Gentes I. VII. 'Nonne placet carnem strebulam nominare, quæ taurorum e coxendicibus demitur?' Vide *κῶλη* dicta a Græcis: ἡ γοῦν ἀγκύλη ὑσπῶδης: a qua curvatura et versura dicta 'strebula': *στρεβλῆς* enim curvus et pravus: nude 'stribligo,' depravata oratio, *δσολοικισμός*. Videtur esse et quod scribit *Hesychius*: *Κούτταρος*, inquit, τῶν

ὑπισθιδίων τοῦ βόδου ἢ σὰρξ ὑπὲρ τὰ ἄρθρα. *Taubm.*

101 *In conspicio*] Vide notas *Cistell.* I. I. 93.

105 *Scraiciæ*] In *Nonio* et *Festo* legitur *Scruptæ*, id est, nugatoriæ et despiciendæ mulieres: in nonnullis *scratia* et *scractia*. Et videtur *Scaliger* *scracere* olim dictum τὸ χρέμπεσθαι. *Turnebo* dictæ videntur mulieres ab iis quæ *screa* appellantur: id est, quæ quis screare solet: ut 'scraiciæ' sint, a screando, quasi 'screacia;' non minus quam *screa* et *sputa* contemnendæ. *Scraancio* potest et sicca esse et arida, et exscreando exhansta. *Taubm.* *Scrupedæ*] Quæ ægre incedunt: ab eo, quod qui per scrupos et lapillos incedunt, difficile ingrediuntur. Quæ ita ægre consistent, veteres etiam 'petreias' vocabant. Ego puto, inquit *Scaliger*, melius esse, ut dicamus *Plantum*, cum hæc ex Græco transferret, Græca quædam vocabula reservasse. Itaque 'scrupedæ,' quasi 'crupedæ' dictas: ut 'tritavus,' 'stritavus,' &c. *κρούπεδα* enim, quæ et *κρούπεζα*, Græce dicuntur 'sculponeæ:' a quo homines duris pedibus et ligneis vocabantur *κρούπεδοι*, *κρούπεζοι*. Vide *Hesychium*. *Taubman*. *Strictivellæ*] Sunt quæ psilothro, pumice et volsellis crebro utuntur, ad cilia castiganda, et ceteros pilos evellendos: vel, quæ calamistrorum usu nimio pellem adurunt. Propterea dicebantur 'incoctæ mulieres.' A qua ratione qui vibrabant capillos, homines molles et effæminatos vocat *Strabo* I. II. *καπυρίστας*. *Scalig.*

106 *Mænia*] 'Mænia sua fungi,' est suo loco et ordine vitam recte, et, ut decet, tolerare. *Taubm.*

112 *Tranite*] *Trames* a trameando quod scil. transversa scandant vias rectas. *Taubm.*

114 *Addite lepades*] Quid *lepades*, dictum *Rudente* II. I. ubi hæc ca-

dem ad verbum fere legeris.

117 *Petilis*] 'Petilum' nihil aliud est, quam folium, detortum ex Græco πέταλον: ut a τρυπάνη trutinā: βυκάνη, buccina: μηχανή, machina, et talia. Quia autem folia tenuia sunt et exilia, inde translate omnia ejusmodi 'petilia' vocabant. Inde etiam 'Petilibi' dicti, quod corpore essent gracili: quod genus homines etiam 'Cingulos' nominatos invenimus. *Meurs.*

120 *Rien*] Festus: 'Rienas antiqui vocabant nefrundines: quia Græci eos νεφρούς dicunt.' Glossæ, 'Rienosus, νεφριτικός.'

122 *SCYTHA LITURGUS*] Hæc fabula translata est ex Antiphane, quem citat Athenæus ἐν σκύθη: λειτουργοὶ vero καὶ δημόσιοι ὑπηρεταί vocabantur 'Scythæ.' Et apparet apud Græcos, Scythas eundem ordinem tenuisse, quem apud nos Germani in stipandis regum et principum corporibus: λειτουργοὺς quoque σκύθης introducit ab Aristophane ἐν Ἐκκλησιαζούσαις. Sane 'Scythæ liturgi' nihil aliud erant quam 'stipatores,' et qui vocabantur olim 'latrones.' *Scalig.*

125 *Varun*] Varnus, qui distortis eruribus est, ut Horat. exponit: a loripede diversum non est, contrarius valgo στρεβλόπους. *Junius.* Pætum] Pætus, qui est oculis leviter declinatis, cuique huc atque illuc tremuli celeriter voluntur. *Porph.*

140 *Malim moriri meos*] Malebam, Boni immiserantur; illunc irident mali. Ut hic ait ἁπτιολογία versus prioris: Pauperi melius esse mori, quam mendicari: quia si moritur, misericordiam a bonis; si perseverat vivere, irrisum a malis consequitur. *Lipsius.*

## PARS II.

1 *Epeum fumificum*] Videnot. Bacch. iv. 9. 13.

2 *Oggannuit*] Ganniuunt canes gestientes ob herorum adventum: ut

apud Lucretium: 'gannitu vocis adulant.' Et Homero γάνυσθαι semper est gestu quodam oris exprimere gaudium, ob amici aut alterius cari adventum. Hoc etiam voluit Pindarus in Pythiis: οὐδὲ μολόντων παρ ματέρος ἀμφι γέλωσ γλυκὺς ἄρσεν χάριν' id est, οὐδὲ οἱ μολόντι ἐγανύσατο μήτηρ. *Scal.*

10 *Sic me subes*] Castor et fiber idem est animal, dictus quoque 'Canis Ponticus.' Dictus 'fiber,' quasi fimber: quod in extremis fluminum oris et tanquam fimbriis degat. Veteres extremum dixerunt 'fibrum:' inde fibræ in animalibus et arborum radicibus. Hinc lux huic loco Plantino, nam qui in fimbriis fluminum degit salice delectatur. *Rittersh.*

11 *Herbam do*] Festus: 'Herbam do, cum ait Plantus, significat, victum me fateor: quod est antiquæ et pastoralis vitæ indicium; nam qui in prato, cursu, aut viribus contendebant, cum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptam herbam adversario tradebant.' Nam nemo poterat dici victor, nisi prins is, quem vicisset, se victum fateretur, et victorem agnosceret. *Ennius*: 'Qui vicit, non est victor; nisi victu' fatur.' *Scal.*

13 *Neque muneralem*] Lex Cincia de donis et muneribus, non omnibus prohibuit munus accipere; sed ob causam orandam, patrociniūque præstandum. Ergo lex ea tantum ob defensam causam donum accipere vetabat. *Taubman.*

15 *Nervo*] V. N. Annl. iv. 10. 13.

16 *Muriatica autem video*] 'Muriatica' quid sint, diximus Pœnulo i. 2. 52. *Stagneis*, antiqua scriptura pro *stanneis*. Quanquam Scaliger 'stagneum vas' suspicatur esse incrustatum: cum 'stagnare' fuerit περιεπαλοῦν τὰ ἔργη: quod vulgo in idiothismo nostro 'invitriare' dicimus. Sunt et qui 'stagnea vasa' interpretantur κασσιτερινά. 'Narita' dicitur

ostrei genus, quæ *νηπιτάα* Græcis, 'Canarium,' *κάμαρον* est etiam apud Hesychium. 'Tagenia,' itidem pisces sunt, qui et *ταγηστάλ*. 'Echinos fartos' vocat, qui farciebantur, hoc est, saginabantur in vivariis; sicut 'conchas piscinarias,' quæ in piscinis. *Taubm.*

19 *Non ego te novi*] 'Navalis scriba' dictum, tam propter 'scribam,' quam propter 'navalis' quia et nauta: et id genus hominum male audit. Etiam apud Homerum 'Navalis scriba' est convicium. *Odyss.* Θ. *Φόρτου τε μνήμων, καὶ ἐπίστροφος ἦσιν ὀδαίων* hoc est, *γραμματεὺς φόρτου, καὶ ἐφοδίων ταμίας*. Jam 'columbar impudens,' dictum eadem forma, qua Catullus mulierem prostituti pudoris vocat 'lupanar': Lucilius 'carcer' vocat eum qui mernit in vincula conjici. 'Columbaria' in navi sunt ea quibus remi eminent: dicta a similitudine foraminum, in quibus par columborum nidificat. *Scaliger.*

22 *Subverbustam*] Id est, verubus nstam *τοὺς στιγματίας*: quia notis inurebantur. *Taubm.*

39 *Nunquam ad civitatem*] De hoc Minervæ peplo sive palla, videantur quæ notavimus Mercatore 1. 1. 67.

40 *Scelerare manus*] 'Scelerare manus,' pro polluere, Plantinus sermo, hodie non in usu. *Serv.*

42 *Pro larvato te circumferam*] V. N. *Amphitr.* 11. 2. 144.

50 *Mecum habet patagus*] Apud veteres ad rem divinam pleraque aenea adhiberi solita, et in iis maxime sacris, quibus delinire aliquos, aut devovere, aut denique exigere morbos volebant. *Macrob.*

56 *Pullaria*] Festus dicit, 'pullariam' a Plauto appellatam fuisse manum dexteram; a palpandis tentandisque pullis sive pueris. *Turn.*

impeditus: ut Græce dicitur *ἀσχολεῖ*, id est, vacuus non est. *Taubm.*

8 *Exjuravisti*] Vide notas *Ampli.* 111. 3. 17.

9 *Qui nequeo*] V. N. *Ampli.* 1v. 3. 3.

15 *Qui etiam, &c.*] Vide sententiam J. Guilielmi *Asinaria* v. 2. 25.

17 *Nec noctu*] Quem in locum J. Guilelm. immittere satagat hoc fragmentum: vide apud ipsum et notas *Anlul.* 1. 1. 27.

18 *Sed leno*] Vide N. *Aulular.* 1v. 5. 6.

24 *Pro illis crocotis*] Guilielmus *Aul.* 111. 5. 56. hunc impactum voluit: quem tn ibi vide. De crocota, *Epidico* 11. 2. 45.

27 *Fac fidele*] Poni et istud debet inter Fragmenta, quoniam nimis discrepat ab eis quæ extant *Capt.* 111. 2. 79. *Taubm.*

35 *Quibus ingenium, &c.*] Horum hæc est sententia: Eos utiliter suo ingenio uti, qui modesti sint, et lascivia juvenili non exultent. J. *Guilelm.*

37 *Nasiterna*] Vide not. *Stich.* 11. 2. 28.

38 *Quæ sodalem*] 'Exercitos,' id est, fatigatos. Sallust. 'exercito corpore.' Terentius: 'Atque ex me hic natus non est, sed ex fratre:' ubi *Acron*: Argute, inquit: nam per hanc conjunctionem transitum fecit ad narrationem *Cato*: 'Atque quam multa,' &c. *Sosipater.*

41 *Limaces xiri*] Collectores addiderant, 'quod atterant et consumant:' quod *Nonii* interpretamentum esse jam diu est cum monuit J. Guilelmus. *Gruterus*, noster adolescens, hoc fragmentum *Asinariae* impingebat, 111. 2. *Taubm.*

42 *Ne a quoquam*] Vide notas *Mercatore* 111. 1. 40. *Pœnulo* 1. 2. 81.

44 *Cupido te, &c.*] Vide notas *Curcul.* 1. 1. 13.

53 *Sine juxta*] Secundum *Plautum*

## PARS III.

3 *Herus, &c.*] 'Occupatus,' id est,

‘ sedere,’ est consilium capere : nam et ipsa ‘ consilia’ a sedendo, quasi ‘ considia’ dicta sunt. Sedentium enim animi tranquilliores fiunt. *Servius*.

55 *Modice sapis*] Guilelmus frustum istud aptabat act. v. sc. 4. vs. 53. V. N. At Josias Mercerus rejiciebat in ultimam scenam vs. 29. *ma-*

*gis sapis*. Sed verius est, inquit, habuisse Nonium in animo locum IV. 5. 15. ‘ at modice decet.’ *Taubm.*

59 *Aulas abstulas*] Diomedes lib. I. p. mihi 376. *abstulas*: ut sit instans, abstulo. Attulerunt et aliud ex Rudente fragmentum, sed depravatissimum; quod a Cantero restitutum est act. I. sc. 5. *Taubman*.

---

FINIS NOTARUM VARIORUM.

---

# RECENSUS EDITIONUM

M. ACCII PLAUTI,

FABRICIANO ET HARLESIANO AUCTIONUM,

INQUE V. ÆTATES DIGESTUS.

---

[EX ED. BIPONT. 1788.]

---

ÆTAS I. 1472—1513.

Natales debet Georgio Merulae, Alexandrino, qui primam Venetam 1472. et Tarvisii alteram 1482. curavit. Successit ejus discipulus Eusebius Scutarius, qui emendatum a magistro Plautum vel recognovit, vel interpolavit in Mediolanensi r. 1490. repetita Venetiis 1495. Accessere tertius et quartus, qui se emendatores profitentur, Petrus Valla et Bernardus Saracenus, uterque et interpres Plauti, quorum curæ conjunctæ sunt in Veneta III. 1499. Hos excepit Jo. Bapt. Pius in Mediolanensi II. 1500. cui Phil. Beroaldus senior, qui ipsius Pii olim præceptor fuerat, præfatus. Sed ipse quoque Beroaldus Plautum recognovit in Brixienti 1503. Ejusdem curas cum illis Merulae, Hermolai Barbari, et Politiani conjunctas habet editio s. l. et a. Verum etiam supervenit Saraceno et Pio Buccardus Pylades, Brixianus, in ed. Brixienti 1506. qui Plautum ab illis corruptum querens eum dedit correctiorem. Scutarii recensionem æmulatus est Adolfus Mulingus Argentorati 1508. sed Pyladem secuta est ed. Parmensis 1510. cui accessere Thaddæi Ugoleti et Marii Grapaldi scholia, atque Georgii Ausermi, poëtae Itali, Epiphylides. Interea neque Valla et Saracenus, neque Pius prole caruere. Illorum enim editio repetita Venetiis, hujus Bononiæ an. 1511. et Parisiis 1514.

1472 Veneta r. fol. Editio princeps: in cujus fine legitur, 'Plautinæ Comœdiæ xx. Georgio Alexandrino emendatore: de cujus eruditione et diligentia judicent legentes. Impressæ

opera et impendio Joannis de Colonia Agrippinensis atque Vin-  
delini de Spira. Venetiis MCCCCLXXII. Nicolao Throno, principe  
jucundissimo et duce felicissimo; teste Mich. Maittaire in *Annal.*  
*Typogr.* T. I. p. 314. Huic editioni præfuit Georgius Merula  
Alexandrinus Statiliensis; usus codice Florentino, quem optimo illi  
Msto Camerarii alludere, deprehenderunt Gruterus ac Taubmannus.  
De rarissimo hoc Merulæ exemplo vide Freytagii *Apparatum*  
*Liter.* II. pag. 1335. et, quem ille citat, Quirinum, virum purpu-  
ratum, in *Specimine Variæ Literaturæ Brixiensis* P. I. pag. 1. sqq.  
quos sequitur cl. Theoph. Christoph. Harlesius in *Introd. in Not.*  
*Lit. Rom.* P. I. pag. 204. Fuit in bibl. Ducis de la Valliere,  
teste De Bure in *Catal.* P. I. T. II. *Belles Lettres* p. 115. n. 2564.  
et est in bibl. illustriss. Com. Reviczy emta pretio 13. librarum  
sterling. Cf. quæ de annotamentis a Merula promissis, infra anno-  
tamus ad ed. s. I. et a. post ed. Beroald. 1503.

1482 Tarvisii, fol. Merulæ II, die 21. Junii excusa per Paulum  
de Ferraria et Dionysium de Bononia. Repetitio editionis 1472.  
J. Ph. Pareo inter edd. *Plautinas* memorata. Cf. De Bure l. c. n.  
2565.

— Daventriæ, fol.

1490 Mediolanensis I. fol. *Plautinæ* viginti *Comædiæ* olim  
magna ex parte emendatæ per Georgium Merulam Alex. virum  
doctiss. nunc recognitæ per Eusebium Scutarium Vercellensem.  
*Impressæ* fuere in officina egregii Mancipis Ulderici Scinzenzeler,  
ipsius et magistri Joannis Legnani opera et impendio. Mediolani,  
a. MCCCCLXXX.—Non recognitas, sed interpolatas esse *Plau-*  
*tinæ* *Comædiæ* in hac editione, judicat Taubmannus in *Pref.* ad  
ed. suam 1612.

1495 Veneta II. 4. die 23. Novembris. Repetitio prioris *Scu-*  
*tarii*. Cf. Jo. Ph. Pareum p. 4. Fabricium, et De Bure p. 116.  
n. 2566.

s. a. Veneta, fol. cum comment. J. Petri Vallæ et Bern.  
Saraceni.

1498 Veneta, fol. c. n. Petri Vallæ et B. Saraceni. Memo-  
ratur in *Catal. Bibl. Bigotianæ* publice divenditæ Parisiis 1706.  
fol. p. 41. n. 1720.

1499 Veneta III. fol. *Plautinæ* viginti *Comædiæ* emendatis-  
simæ, cum accuratissima ac luculentissima interpretatione doctissi-  
morum virorum Petri Vallæ Placentini et Bernardi Saraceni

Veneti. Inscrisit vero Plautum suum: 'J. P. Valla inclyto V. J. Doctori Scaramuzæ trivultio Mediolanensi patricio primario.' Epistolam excipiunt in Plautinas Comœdias interpretationes, in quarum fine legitur: 'Impressum Venetiis ære et impensa eruditi viri Marci Firmani.' Interpretationes Vallæ insequitur Bernardi Saraceni epist. dedicatoria ad Franc. Marcellum Pontificem Tragurinum; quam excipiunt ejus tum emendationes in singulas Plautinas Comœdias, quæ septingentæ ferme sunt; in quibus etiam castigati sunt errores interlocutorum fere quadringenti: tum in ipsas Plautinas Com. emendationes et enarrationes, illæ quidem in margine, hæ sub textu. Tandem in fine legitur: 'Impressum Venetiis per Simonem Papiensem, dictum Bivilaqua, et summa diligentia emendatum, ut ex postremis castigationibus patebit. Anno humanitatis Christi MCDXCIX. 15. Kalendas Octobres. Sereniss. Augustino Barbadico Venetorum Duce imperante.' Subjiciuntur Epigrammata Dominici Palladii Sorani ad Bern. Saracen. Plauti interpretem fidissimum et de Marco Firmano: tum Registrum, dein emendationes postremæ: 'Paucis prætermisissis in quibus aut deest aut superest diphthongus: vel interpunctis non erit commode lectio signata: errata reliqua sic emendentur: et si solertiam et diligentiam impressoris nullus sit qui possit improbare. Quæ tamen errata in aliquibus fuerunt emendata.'—Conspirat hæc editio cum Mediolanensi 1490. teste Taubmanno apud Goetzium in Memorab. Bibl. Dresd. tom. 1. pag. 90. seq. Cf. ceterum Mich. Maittaire tom. 1. pag. 360. et Indicem Librorum Sæc. xv. impressorum in bibl. C. G. Schwarzii Prof. quondam Altorf. P. II. p. 61—63. ad an. 1499. Hæc a Taubmanno consulta, in Bibl. Archipal. Manheimensi extat.

— Ulmæ. Repetitio prioris.

— Bononiensis I.

— Bononiensis, quæ num primum inter ceteras fabulas Aululariam cum Ant. Codri Urcei Prof. Bononiensis († 1500 æt. 54.) supplemento, an unam hanc exhibeat, nescimus.

1500 Mediolanensis II. fol. Plautus integer cum interpretatione Joannis Baptistæ Pii.—In fine legitur: 'Impressum Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeler anno Domini MCCCC. die XVIII. mensis Januarii.' Vid. Catalogue Raisonné de la Collection des Livres de Pierre Antoine Crevenna, vol. III. pag. 164.

Huic editioni præfatus est Philippus Beroaldus. At male audiit Taubmanno, qui in præf. suæ editionis, ‘Hoc,’ ait, ‘semper meminisse te velim, omnes editiones mangonum manus esse passas, ex quo Saracenus et Pius regnum et tyrannidem in literis habuere.’ Cf. Harles. l. c. p. 206. Goetzii Mem. Bibl. Dresd. i. p. 93. et Catal. Bibl. Uffenbach. T. II. App. II. Incun. Art. Typogr. n. CCVII. p. 72. et De Bure l. c. n. 2568.

1503 Bononiensis, fol. Plautus diligenter recognitus per Philippum Beroaldum folior. 255.—In fine: ‘Impressum Bononiæ per Benedictum Hectoris bibliopolam, impressoremque diligentissimum. Recognitum repastinatumque a Philippo Beroaldo curiose ac vigilanter. Anno Salutis MD, tertio Cal. Decemb.’—Rara admodum est editio. Præmisit Phil. Beroaldus Bonon. ad clariss. discipulum Ladislaum Vartimbergensem epistolam; cujus partem exhibet Mich. Maittaire in Ann. Typogr. tom. II. pag. 164. not. c. integram vero legas apud Freytagium in Appar. Liter. t. II. p. 1332. sq. ad n. CLXXXIII.

s. I. et a. fol. Plautus cum correctione et interpretatione Hermolai, Merulæ, Politiani, et Beroaldi; et cum multis additionibus.—Sic est in Catal. Bibl. Hemmonis Arnoldi Werumæi 1783. Groningæ publice divenditæ pag. 31. n. 448. Fuit quoque in Bibl. Hulsiana; unde cl. Lengnich in Beytraegen zur Kenntniss, &c. II. p. 95—99. et ex Bibl. Hohendorf. in Nachrichten zur Bücher und Münzkunde p. 189. ostendit, annotamenta Merulæ et Plautinas questiones, quæ an lucem viderint, dubitabat Fabricius, omnino edita fuisse. Hermolaus Barbarus, hospes Romæ, obierat 1493. Merula vero et Politianus anno post vivere desiderunt, quorum curis suas addidit Ph. Beroaldus, an. 1505. mortuus.

1506 Brixia, fol. Plauti Comædiæ. In fine: ‘Lector optime scito, has Comædias viginti Plautinas, ex quibus Pylades Buccardus duodeviginti solerti diligentia correxit; atque ex iis quinque elegantissime interpretatus est: a Jacobo Britannico Brixia impressas fuisse omni adhibito studio, ne ab archetypo aberraret, anno salutis MCVI.’ Plautum ter mille amplius erroribus a Saraceno et Pio corruptum queritur ipse Pylades. Tamen hanc editionem correctiorem sprexit Taubmannus; sed laudavit Quirini in Specimine Literat. Brixiensis P. I. p. 21. sqq. Vid. Goetzii Mem. Bibl. Dresd. i. p. 93. sq.



— Lipsiæ, fol.

1508 Argentorati, 12. curante Adolfo Mulingo. *Æmulam* dicit Pareus ed. Scutarii.

— Lipsiæ, fol. Plauti, clarissimi comici, *Aulularia*. Liptzk per Baccalaureum Herbipolensem.—Vid. Cat. Bibl. Bunav. 1. p. 265.

Eadem legitur ibi h. a. prodiisse, curante Hier. Buschio, in Catal. Bibl. Ludewig. P. iv. p. 1300. n. 10931.

s. l. et a. Plauti Menechmi. Cf. ibid.

1510 Parmensis, fol. M. Acci Plauti Asinii Comœdiæ viginti nuper emendatæ, et in eas Pyladæ Brixiani lucubrationes. Thadæi Ugoleti et Grapaldi virorum illustrium scholia. Anselmi Epiphylides. In fine: ‘Parmæ, dx. ap. Octavium Saladinum.’—Textus est repetitus ex Pyladis editione: nec animadversiones magni æstimat Taubmannus. Vid. Goetzii Mem. Bibl. Dresd. 1. pag. 94. sq.

1511 Venetiis, fol. cum commentationibus Bern. Saraceni et J. P. Vallæ.

— Bononiensis, fol. cum castig. et retractationibus J. B. Pii.

— Lipsiæ, fol.

— Argentorati, 4. Plauti *Aulularia*, a Codro Urceo perfecta cum familiari explanatione. Argentorati, in ædibus Schurerianis.

— s. l. 4. Quatuor Plauti Comœdiæ, memorantur in Catal. Bibl. Schwarzianæ 1753. Altorfii divenditæ, n. 1810. p. 108.

1512 Lipsiæ, fol.

— Daventriæ, 4. Plauti *Aulularia* cum Ant. Codri Urcei supplementis separatim edita, refertur a possessore ipso Fabricio.

1513 Lipsiæ, fol. min. Plauti lepidissimi poëtæ *Aulularia* ab Antonio Codro Urceo, utriusque linguæ doctissimo, pristinae formæ diligenter restituta; illius enim finis antea desiderabatur. Lipsiæ per Melchior. Lotter.—Vid. Freytagii *Analecta Liter.* T. 11. p. 1334.

— 4. Plauti *Aulularia* cum supplemento Codri Urcei, per Jo. Prusk. Sic Harles. tom. 1. pag. 213.

1514 Parisiis, fol. ed. J. Bapt. Pii repetita. (Forsan ex Jo. Badii Ascensii typographeo proliit.)

## ÆTAS II. 1513—1551.

Cujus principes fuere Simo Charpentarius (Charpentier) et Nic. Angelius, Buccinensis, quorum ille quidem Saraceni et Pii editionem fere secutus, cum ipse Mss. careret, versus in melius ordinavit in ed. sive Lugdunensi sive Parisina; Angelius autem, curator Juntinæ, etiam scriptos libros denuo contulit, maximeque prævit Venetis, tam Aldi I. 1516. quam Lucæ Olchiniensis Can. cum n. varr. Vallæ, Saraceni, Pyladis, Pii, Ugoleti, Grapaldi, et Anselmi, 1518. dein Aldinæ II. Franc. Asulani, 1522. tum Basiliensibus Cratandri et Hervagii, 1523. 1535. Parisiensi R. Stephani, 1529. 1530. et Gryphianæ 1535. 1537. Singulares edd. sunt Parmenses Mar. Grapaldi, 1533. et 1541. Accessit nova recensio Gisb. Longolii, qui primum selectiores Comœdias edidit juvenis Paris. et Colon. 1530. dein omnes 1533. Insecutæ sunt Gryphianæ 1540. 1547. et 1549. et Hervagii 1550. Emendationis ætatis mox successuræ spem fecerat jam a. 1545. Germaniæ humanioris alterum lumen Joach. Camerarius.

1513 s. l. (Lugduni) 8. M. Plauti Sarssinatis Comœdie xx. Varroniane, ex antiquis recentioribusque exemplaribus invicem collatis diligentissime emendate. In fine: 'Finiis Plautinarum quatuor [qui error fuerit operarum] et viginti Comœdiarum emendatarum per clarissimum virum artium doctorem Simonem Charpentarium, cum argumentis ejusdem in unamquamque Comœdiam familiarissimis: cumque nominum etymologiis: demum post novam limam castigationemque adhibitam impressarum. Anno decimo tertio supra mille et quingentos, prid. nonas Apriles.'—Hanc editionem vulgo vocari Parisinam, scribit Goetzius in Mem. Bibl. Dresd. I. p. 95. qui præterea suspicatur, aliam adhuc editionem a Charpentario fuisse enratam. Ernestio videtur Lugduni edita. Charpentarius vero editis modo exemplis (Pii et Saraceni, observante Pareo) in concinnando textu usus est: at versus melius ordinavit, et in fine Aululariæ supplementum addidit xviii. versuum, qui in superioribus editionibus non reperiuntur.

1514 Florentiæ, 8. Plauti Comœdiæ viginti nuper recognitæ et acri judicio Nicolai Angelii diligentissime excusæ. In fine: 'Ex officina Philippi de Giunta, Florentini, anno a Christiana Salute D. decimo quarto supra mille. mense Augusti. Leone X. Pont.

Max.'—Vid. Catalogue de P. Ant. Crevenna, vol. III. pag. 165. Angelius, usus scriptis exemplis, addidit præter alia primus Bacchidibus prologum et initium actus primi, spurium tamen, quem male in Gisb. Longolii editione primum editum esse putat Jo. Frid. Gronovius. Tum Mostellarie scenas ad meliorem ordinem redegit, in quo tamen a Camerario superatus est. Male vero duos interdum versus in unum contraxit Angelius, aut dimidiatos pro integris posuit,

— Argentorati, 4. M. Acci Plauti Asinii comici clarissimi Comædiæ quinque; Amphitryo, Asinaria, Aulularia, Captivi duo, Curculio, cum lucubratiunculis ex commentariis Pyladis Brixiani ornatae. In fine: 'Argentorati, ex ædibus Matthiæ Schurerii. MDXIV.'

s. a. Lovanii, 4. Martini Dorpii S. Theol. Licent. Dialogus; in quo Venus et Cupido omnes adhibent versutias, ut Herculem, animi ancipitem, in suam militiam invita virtute perpellant. Ejusdem Tomus Aululariæ Plautinæ adjectus cum Prologis aliquot in Comædiarum actiones et pauculis carminibus.—Prostant venales in ædibus Theoderici Mart. Alostensis, Lovanii.—Baumgarten in Nachrichten von Merkwürdigen Büchern vol. 1. pag. 544. putat, et conjicit ex variis argumentis, typis expressum esse libellum a. 1514. Cf. Harlesium p. 216.

1516 Veneta, fol. Aldina 1. Bernh. Saraceni, et Jo. Petri Vallæ, ac Baptistæ Pii Bononiensis observationes. Venetiis apud Aldum: quam Pareus inter edd. refert. p. 5.

— Veneta, fol. ap. Lazarum Soardium.

1518 Venetiis, fol. M. Acci Plauti linguæ Latinæ principis Comædiæ viginti, vivis pæne imaginibus recens excultæ: novissime ex collatione Florentinæ fidelioris impressionis, et aliarum omnium, quæ inveniri potuerunt, affatim recognitæ. Una cum luculentissimis commentariis Bernardi Saraceni, Joannis Petri Vallæ, et Pyladis Brixiani: necnon observationibus Pii Bononiensis: Ugoleti et Grapaldi scholiis: Anselmiquæ Epiphylidibus. Adjecto insuper eleganti indice nunc primum excogitato: qui omnia grammaticalia, omnia subobscura vocabula, omnes fabulas et historias, et quæque digna cognitu, alphabetice demonstrat. In fine: 'Finiunt viginti Plauti Comædiæ post omnes impressiones ubique terrarum excusas diligentissime recognitæ, summaque diligentia castigatæ: impressæque Venetiis per Melchiorem Sessam

et Petrum de Ravannis socios, 1518. d. 12. Aug.—Hanc editionem curavit Lucas Olchiniensis Canonicus. Vid. Brix. Liter. Quirini P. 1. pag. 39. sq. et Goetz. in Mem. Bibl. Dresd. 1. pag. 96.

1522 Veneta, 4. Aldina II. Plauti Comœd. xx. quarum carmina magna ex parte in mensum suum restituta sunt. Venetiis, in ædibus Aldi et Andreæ Asulani soceri, mense Julio.—Præter vanam hanc in titulo jactationem, Franciscus Asulanus in præfatione profitetur, se exemplar ab Aldo et Erasmo castigatum typographis exscribendum proposuisse. Sed et hæc professio est falsa. Nam Juntinam repetit, et correctiones Aldi et Erasmi ad vitia typographica pertinent.

— Florentiæ, 8. Ex rec. Angelii. Cf. Catal. Bibl. Bigotianæ p. 204. n. 5065.

1523 Basileæ, 8. M. Plauti Comœdiæ xx. ex antiquis recentioribusque exemplaribus invicem collatis, diligentissime recognitæ: quarum carmina magna ex parte in mensum suum restituta sunt. Index verborum, quibus paulo abstrusioribus Plautus utitur: Argumenta singularum Comœdiarum: Tralatio Græcarum dictionum. Auctoris Vita (ex Petro Crinito). Basileæ an. MDXXIII. —In fine: 'Basileæ apud And. Cratandrum, mense Septembri an. MDXXIII.' Cratandrinam hanc esse e Brixienti Pyladis, cui nulla fides sit, dicit Taubmannus. Sed titulus etiam Aldinam adhibitam esse prodit. Asservatur in Bibl. Archipalatina Manhemii.

1529 Parisiis, fol. ap. Rob. Stephanum. Filia Juntinæ.

1530 ibid. fol. R. Stephani altera (melior esse fertur, quippe exemplaribus xx. sed recentibus, collata). Cf. Bibl. Bigot. p. 41. n. 1719.

— Parisiis, 4. apud Vascosanum. Comœdiæ Plauti selectiores cum notis Gisb. Longolii. Refertur in Bibl. Bigotianæ Catal. pag. 156. n. 2468.

— Coloniae, 8. M. Accii Plauti Comœdiæ xx. jam denuo diligentius recognitæ. Restituta in mensum suum non pauca carmina a nemine hactenus animadversa. Additis in omnes Comœdias brevissimis scholiis, in quibus annotantur quæcunque aut castigavit, aut annotavit in Plautum Desider. Erasmus, G. Budæus, Angelus Polit. Georg. Alexandrinus, ceterique ejusdem notæ scriptores. Coloniae, apud Gymnicum, 1530. cum Gisberti Longolii præfatione. Cf. Goetzii Mem. Bibl. Dresd. 1. p. 104.

1533 Parmæ, 8. cura Marii Grapaldi : teste Pareo.

1534. Paris. 4. apud Vascosanum. Plauti Comœdiæ aliquot selectiores cum annot. Longolii. Cf. Bibl. Bigotianæ Appendix p. 9. n. 156.

1535 Lugduni, 8. ap. Seb. Gryph. Juntinam sequitur.

— Basil. 8. Jo. Hervagii. M. Accii Plauti, Sarsinatis Comici festivissimi, Comœdiæ xx. diligentissime a mendis repurgatæ et in mensum suum genuinum, quod Menechmei, Mostellaria, et Trinummus docent, restitutæ. Cum Indice Rerum ac Vocum, Proverbiorum, Formulisque loquendi, atque Græcarum et Latinarum Dictionum Interpretatione. Basileæ, ex officina Jo. Hervagii ; an. MDXXXV.

— Magdeburgi, 8. Plauti VI. Comœdiæ (Captivi, Aulularia, Miles, Menæchmi, Mostellaria, et Trinummus) emendatæ et numeris restitutæ ; edente Georgio Majore (rectore tum Magdeburgensi). Cf. Fabricii B. L. ed. 1721. vol. II. p. 11. Atque hæc sunt fabulæ illæ VI. quas ipse Joach. Camerarius in epist. dedicatoria ad Franc. Crammum, præmissa VI. aliis fabb. 1545. dicit, ante aliquot annos se nesciente editas a se emendatas, sed denuo recognoscendas : cf. infra ad an. 1545.

1537 Lugduni, 8. M. Accii Plauti Comœdiæ viginti. Lugduni, apud Seb. Gryphium. Vid. Catalogue de Crevenna, vol. III. p. 165.

— Antverpiæ, 8. Plauti Aulularia, cum supplemento Urcei, et altero longiore Martini Dorpii.

1538 Colonia, 8. M. Accii Plauti, Sarsinatis Comici festivissimi, Comœdiæ xx. post omnes omnium editiones accuratissime recognitæ. Præter reliquas commoditates habes hic lector optime annotationes in omnes Comœdias per G. Longolium jam denuo ab ipso castigatas et locupletatas, quibus accessere scholia nova in quatuor posteriores Comœdias, in quas hactenus nihil fuerat annotatum. Coloniae ; excudebat Jo. Gymnicus anno MDXXXVIII. Servatur in Bibl. Elect. Archipalatina Manhemii, itemque in Bibl. Acad. Heidelberg.

1540 Lugduni, 8. ap. Seb. Gryphium.

1541 Parmæ, cura Marii Grapaldi ; teste Pareo, repetita ex ed. 1533.

1545 Lips. 8. M. Accii Plauti Comœdiæ v. magna cum cura emendatæ a Joach. Camerario Pab. modo editæ cum annotationibus ejusdem, et privilegio quinquennii. Lipsiæ, in officina

Valentini Papæ. Anno MDXLV. Præmissa est, 1. Epist. nuncupatoria ad illustr. pueros Francisc. Ottonem et Frid. fratres, Ernesti filios Princc. Brunsv. et Luneb. Lips. III. Id. Quintil. in qua jam ab annis XX. Cod. Ms. Viti Verleri, (sane veterem, sed non erudite exaratum) nactus esse profitetur. 2. De Carminibus Comicis. Amphitruo, Asinaria, Curculio, Casina, Cistellaria.— Et hæc servatur in Bibl. Pal. Manhem. Post has v. fabulas dein apud eundem Valentinum Papam, typogr. Lipsiensem, prodire

— VI. aliæ Francisco Crammio Sagano inscriptæ, teste ipso Camerario in Epist. adjecta editioni Plautinæ 1551. ad calcem, ubi p. 908. sic dicit: ‘ Et nunc post priores quinque fabulas Plautinas, quas hortatu tuo, Franciscæ, misimus ad Principes optimos tuos, discipulos Vilhelmi mei; nunc has alteras sex tradidimus exprimentas Valentino nostro, fidei et assiduo artifice, quas ad te peculiariter mittendas esse duximus.’ Et p. 907. idem inquit: ‘ Editæ etiam fuerunt emendatæ a me fabulæ sex, ante aliquot annos, me nesciente. Hæ recognoscendæ scilicet erunt: restabunt igitur tres, &c. Lips. 9 Calendas Septembris.’

1547 Lugduni. Gryph. 12. Comœdiæ viginti, apud Sebastianum Gryphium.—Est in Bibl. Academiæ Heidelb.

1549 Lugduni, 12. M. Accii Plauti Comœdiæ viginti. Lugduni, apud Seb. Gryphium.

1550 Basileæ, 8. ap. Hervagium.

### ÆTAS III. 1551—1605. CAMERARIANA.

Joach. enim Camerarius, fabulis VI. jam ab an. 1536. et aliis v. iterumque VI. ab an. 1545. emendatius editis, denique omnes istas partim recognitas cum tribus reliquis conjunctas anno 1551. vel sequenti, Basileæ ita edidit, ut novum dedisse Plautum videretur, Grutero dictus ‘ primus sospitator Plauti.’ Altera ejus editio Basil. 1558. etiam auctior est fragmentis a Georgio Fabricio collectis, cujus curis jam ante in Plauto edendo usus erat: tertia vero Jo. Sambuci, Mss. divitis, Plantiniana, 1566. Obs. Car. Langii, Adr. Turnebi, Hadr. Junii locupletior est; quam insecuta est quarta Cælii Secundi Curionis, 1568. Basiliensis, adjecta priorum curis habens Andr. Alciati libellum de Plautinorum Carminum Ratione et Lexicon Plautinum. Camerario supervenit Dion. Lambinus, collatisque libris scriptis et editis novi exempli et commentarii

auctor futurus, sed studiis ejus in fabula XIII. supervenit mors, opusque absolvendum reliquit Jacobo Heliae, Græc. LL. Doctori regio Paris. Quamvis autem desiderentur in eo secundæ vel tertiæ curæ, nomen tamen Lambinianum eo valuit, ut cum primum prodisset 1576. Lugduni et Coloniae 1577. et sq. Plautus Lambinianus cum commentario recuderetur; exemplum vero sequerentur Gryphiana et Petri Sanct-Andreani 1581. lectt. variantibus notisque Lambini adjectis, &c. Repetitus dein cum comm. sæpius Parisiis 1587. et 1595. 4. Lugd. s. Geneva, 1587. 1595. 1605. 1622. Sed ex quo Janus Dousa filius, juvenis acutissimus, patris cognominis doctrina adjutus, lectionis Camerarianæ novam feliciter fecisset recensionem in Plantiniana 1589. Camerario-Dousica obtinuit in plerisque ut optima, quæ præiret ætati novæ Taubmanno-Gruterianæ ab an. 1605. adventuræ.

s. a. (1551. vel 1552.) Basileæ, 8. M. Accii Plauti Comædiæ xx. diligenti cura et singulari studio Joachimi Camerarii Pabeperg. emendatius nunc, quam ante unquam ab ullo, editæ. Adjectis etiam ejusdem ad singulas Comædias argumentis et annotationibus. Basileæ per Joannem Hervagium.— In Bibliotheca quidem Fabriciana, uti in recensione edd. a Pareo conscripta, hæc editio an. 1551. prodixisse dicitur. At cum Camerarius in præfatione p. 9. profiteatur, ante xvii. annos Macrobius a se editum esse, (is autem lucem vidit a. 1535.) malumus accedere Goetzio, qui eam a. 1552. impressam suspicatur. Usus est autem Camerarius membranæ antiquis Viti Verleri Franci, quem Lipsiæ Comædias Plautinas interpretantem audierat, deinde antiquissimæ Bibliothecæ Palatinæ; et ipse dicit, nullum esse prope versiculum sine aliqua emendatione sua. Operam ejus in Plauto navatam eximie laudat Dousa Explanat. Plant. pag. 108. Ceterum hæc editio præfixa habet, 1. Proœmium de Edit. et Emend. Fabb. Plantinarum ad Georg. Frid. Marchionem Brandenburg. Onoldinum, puerum tum XIII. an. 2. Proœmium Fabb. v. 1545. editis præmissum ad illustriss. pueros Franc. Ottonem et Frid. fratres, Ernesti FF. Princ. Brunsvic. &c. 3. dein ipsius Diss. de Carminibus Comicis. Fabulis singulis, quarum lectionem emendaverat, adjectæ sunt notæ, haud quidem ambitiose, sed breviter et accurate scriptæ. Fabulas claudunt Camerarii Obs. brevissima de fabulis amissis, ejusque Ep. dedicatoria vi. fabb. ad Franc. Crammium (equitem Brunsvic.) præmissa, et privil. Cæsar. an.

1538. ; at quæ ei in Bibliotheca Fabriciana adjecta dicuntur Fragmenta, a Georg. Fabricio collecta, non habet certe editio hæc, in ejus præmio tamen præter codd. duorum adminicula grate laudat Georgium Fabricium, quod suum librum benevole communicarit, in quem is congesserat, quicquid perquirere potuit, quod ad fabb. tam emendationem, quam explicationem pertineret; cetera omnia studii sui esse confirmat. Exemplum hujus ed. est penes Fr. Chr. Exterum Prof. et in Bibl. Gymn. Bipontini.

1554 Florentiæ, 8. M. Accii Plauti, poëtæ antiquissimi, Comædiæ omnes quæ nunc extant. Florentiæ, per hæredes Bernardi Juntæ. Editio rara. Memoratur in Catalogo Bibl. Petr. Ant. Crevennæ, p. 166.

— Lugduni, 18. ap. Seb. Gryphium.

1558 Basileæ, 8. Plautus ex emend. Joach. Camerarii, et cum fragmentis notisque Georgii Fabricii.

1566 Parisiis, Rob. Stephani, 8. testante Pareo.

— Antverpiæ, 18. M. Accii Plauti Comædiæ viginti, olim a Joachimo Camerario emendatæ: nunc vero plus quam CC. versibus, qui passim desiderabantur, ex VV. CC. additis, suo quodammodo nitori restitutæ; opera et diligentia Jo. Sambuci, Tirnaviensis Pannonii. Aliquot eruditæ C. Langii, Adr. Turnebi, Hadr. Junii, et aliorum doctorum virorum, partim margini ascriptæ, partim in calcem rejectæ observationes. Antverpiæ, ex officina Plantiniana. 2 voll. Præstans editio, cui et Jo. Sambucus epistola Plantino suo inscripta, et ipse Plantinus ad lectorem præfati sunt. Ille quidem literas Viennæ datas 10. Kal. Sept. humane et post luctum domesticum sic orditur: ‘Mitto, quemadmodum non tu solum, sed multi alii a me petierunt, observationes quasdam et varias in Plautum de chirographis vetustissimis et præcipue meo illo, quo Jovianus Pontanus est usus, collectas scripturas, adeoque etiam ultra omnes aliorum editiones, ad trecentos pæne versus desideratos, quos meo et publico meliori fato reperi. Quæ in marginibus adjeci, lectori quod probius videbitur, et ad numeros aptius, deliget, judicium cohibere ipse volui. Ceteros vero, quibus passim lacunas, et vacua, notataque asterisco loca supplevi, uti inveni scriptos, ita edo, multa sine ratione numerorum Plauto usitatorum: quod vitium librariorum negligentia huic et aliis accidit scriptoribus: qui poëtas solutæ orationis ac perpetuæ in modum describebant. Ac quidem ita edere malui, ut quisque



in numeros ipse cogat, quam ut ulla a me vis, vel fraus propter numeros auctoris verbis, et sententiæ ea sollicitudine fieret. Ac fortassis quædam conatus fuisset conjecturis etiam, et ex ingenio restituere, nisi tu editionem urisses.'—Plantinus vero in sua præf. Antverpiæ 1566. data porro suam ed. tradit auctam esse Car. Langii liberalitate, qui Plauti priores Com. cum tribus Mss. contulerat, ex Adr. Turnebi Adversariis et transmissis sibi ab Hadr. Junio Observatt. illisque Gifanii. Hinc variæ lectt. in quibus Langii exemplaria consentiunt Sambucianis, margini ascriptæ, ceteræ Langii, Turnebi, Junii, et Gifanii in calcem rejectæ reperiuntur.

— Argentorati, 8. cum præf. Jo. Sturmii.

1568 Basileæ, 8. ex offic. Hervag. per Euseb. Episcopium : cum annotation. Camerarii et præf. Jo. Sambuci. Pareus eam Cælii Secundi Curionis esse dicit.

1576 Lutetiæ, fol. M. Accius Plautus, ex fide atque auctoritate complurium librorum manuscriptorum, opera Dionys. Lambini Monstroliensis emendatus : ab eodemque commentariis explicatus, et nunc primum in lucem editus. Adjecta sunt Plautina loca ex antiquis grammaticis collecta : et ex commentario antiquarum lectionum Justi Lipsii, multorum Plauti locorum illustrationes et emendationes. Lutetiæ, apud Joannem Macæum. In fine : 'Excudebat Jo. Le Blanc junior, impensis Jo. Macæi, 1576.'—Lambinus hanc editionem non ad finem perduxit, operi immortuus ad Comædiam decimam tertiam : unde ejus collega, Jac. Helias, Professor Græcæ linguæ regius, eam ex autographo defuncti absolvit, qui et sua multa ad eam ornandam contulit. Utriusque opera quantum placuerit eruditus, ex crebris ejus repetitionibus colligere licet. Cf. De Bure l. c. n. 2569.

1577 et 1578 Lugduni, fol. M. Accius Plautus, ex fide atque auctoritate complurium manuscriptorum, opera Dionys. Lambini Monstrol. emendatus : ab eodemque commentariis explicatus. (Cett. ut in titulo ed. præcedentis.) Nunc denuo plurimis, quæ in priorem editionem irrepserant, mendis expurgatus, multisque in locis in gratiam antiquariorum illustratus. Lugduni, expensis Guillemi Hertmann. Vid. Harlesium l. l. pag. 210. qui hanc parum differre ab editione priori profitetur.

1578 Coloniae, fol. Plautus ex emendatione Dion. Lambini. Acc. loca Plautina ex antiquis Gramm. delecta et emendationes

locorum multorum *Plauti*, ex antiquis lectt. *J. Lipsii*.—Sic est in *Catal. Bibl. Schwarzianæ Altorfii 1753. divenditæ P. 1. p. 103. n. 1724.* Sed ap. *Hambergerum* in *zuverlaessigen Nachrichten, &c. T. I. p. 376.* ei assignatur annus 1577. et venalis esse dicitur ap. *Guil. Hertmann*, qui ed. partitus videtur.

1581 *Lugduni*, ap. *Ant. Gryphium*. 8. *Plauti Comœdiæ xx. variæ lectt. ac notæ*, ex *D. Lambini* aliorumque doctiss. virorum commentariis, suo quæque loco ascriptæ. Servatur in *Bibl. Ducali Bipont.*

— ap. *Petr. Sant-Andreanum*, 8. cum variis lectt. et notis *Lambini*; quæ vel *Genevensis* vel *Heidelbergensis* dicitur.

1537 *Parisiis*, fol. *Lambini*, ap. *Macæum*.

— *Lugduni*, 4. apud *Sanct-Andreanum*, *Lambini*. *Hand diversa* videtur a seq.

— *Genev.* 4. *Eadem*: quam refert *Fabricius*.

1588 *Antverpiæ*, 32. *M. Accii Plauti Comœdiæ viginti.* Ex officina *Christophori Plantini*. Editio *Sambuci* repetita ex priori 1566.

1589 *Antverpiæ*, 12. *Ex recensione et cum brevibus animadversionibus Jani Dousæ F.*

— *Lugduni*, 12. *Eadem* cum priori.

— *Francofurti*, 12. ex rec. *Jani Dousæ*.

(1592) *Janus Gruterus* *Plautum castigatum ad Codd. Palatinos*, ita edidisse refertur a *Fabricio* etiam *Ernestino*, et *Harlesio*, ut *Comœdias actibus et scenis versuumque numero rectius distinxerit.* Sed neuter indicat, ubi et qua forma prodierit, neque nobis credibile, *Gruterum* id temporis jam in *Plauto* edendo versatam esse; quod certe ipsius amici et laudatores *Balth. Venator*, *Consil. Bipont. Frid. Herm. Flayderus*, *Prof. Tubing.* non tacuissent; unde nec in *Indice operum* ejus, binis istis oratt. quæ *Gruteri Excurs. Polit. in Tacitum*, notisque politicis in *Livium*, ex *Museo Chr. Frid. Franckenstein* editis *Lips. 1679.* recusæ leguntur, adjecto quicquam de tali editione memoratur. Denique ipse *Gruterus* sub finem præfationis dedicatoriæ, editioni suæ *Plauti cum Comm. Taubmanni a. 1621. præmissæ, scriptæque Kal. Jan. 1620.* de se profitetur: ‘*Ante triginta quidem annos*’ (cum ederet suspicionum libros) ‘*non indiligens fueram in hujus Fabnlis, multaque minime protrita ad eas annotaveram, ex Mss. ex edd. vett. ex cimeliis benevolentium: sed ita, ut in publicum produci*

non paterer; veritus,' &c. et Taubmannus in ed. 1. Plauti sui an. 1605. sibi a Grutero notas Mss. excerptaque non modo ex Codd. Mss. olim Camerarii, nuper Bibl. Palat. illatis, sed et ex septem Palatinis aliis in hunc usum transmissas esse. Nulla igitur antea extitit editio Plauti Gruteriana.

1593 Lugduni Bat. 12. apud Rapheleng.

— Francofurti, 12. Comœdiæ M. Accii Plauti viginti, a Joach. Camerario et Joan. Sambuco olim emendatæ: nunc vero adjectis cruditis C. Langii, Adr. Turnebi, Hadr. Junii, et aliorum doctorum virorum observationibus nitori suo restitutæ. Additi sunt plus quam 300. versus, qui passim desiderabantur. Editio ceteris longe correctior. Francofurti, apud Joannem Wechelum, suntibus Nicolai Bassæi. Repetita ex editione Sambuci Plantiniana.

1594 et 1595 Lugduni Bat. ex off. Plantin. 12. ex recensione J. Dousæ patris et filii.

1595 Genève, 4. cum comment. D. Lambini: ap. D. Vignon.

— Coloniae.

— Parisiis, 4. c. n. Lambini.

— Lugduni Bat.

1597 Neapoli Nemetum, (h. e. Neostadii ad Hartam,) 4. Jo. Phil. Parei Electa Plautina, in quibus velut thesauro quodam antiquitatis, quicquid est rerum memorabilium rituumque Romanorum, in Comitorum principe M. Accio Plauto, sub universales titulos locorum communium refertur: varii item auctores, qua Græci, qua Latini, passim illustrantur et explicantur.—Referimus hunc librum Parei ob tragœdias ex 11. ejus editione an. 1617. et ex editionibus Plauti æmulis Gruteri et Parei coortas. Cf. infra sub æt. iv.

1598 Francofurti, 8 min. ex rec. Dousæ.—Ibid. an. 1602. 8. Dousæ Plautinæ explanationes prodierunt.

1599 Lubecæ, 12. cum notis Dousæ.

— Neapoli, 4. Comœdiæ xx.

1603 Genève, 4. in Corpore Poëtarum Latinorum.

— Lugduni Bat. 24. Raphelengii.

1604 Francofurti, 12. ex rec. Dousiaca, recens magno studio et accurata diligentia edita.

1605 Aureliæ Allobrogum, (Genève,) 4. Ex recensione et cum comment. D. Lambini. Typis Vignonianis. Est penes G. C. Crollium.

## ÆTAS IV. 1605—1664.

## CAMERARIO-GRUTERIANA.

Frid. quidem Taubmannus, Prof. Wittenbergensis, post priores omnes Plauti editores et interpretes, et quicumque aliquid boni ad ipsum contulerant, laudem Eclogarii occupaturus, textum Camerario-Dousicum expressit, sed Jani Gruteri, bibliothecæ Heidelbergensis præfecti ope et auxilio fultus, etiam collationes cum duobus Mss. Camerarii Bibl. Palatinæ nuper adjectis, aliisque vi. Palatinis, notasque scriptas inseruit commentario suo in Plautum an. 1605. publicatum; quem sic jure Taubmanno-Gruterianum vocamus; cujus quidem primæ ed. vitiosius exscriptæ cum Taubmannum puduisset, et Phil. Pareus ejus studium æmulatus Plautum suum edidisset an. 1610. Taubmanniana altera an. 1612. accuratius expressa est, cui vix annum supervixit auctor. Jam Pareus, gloriæ Gruteri et Taubmanni invidus, eosdem libros Mss. conferendi copiam nactus, cum superstitione satis eos tractasset, alteram suam ed. an. 1619. prodire jussit, quæ derogaret de fide et ingenio Gruteri, et manibus Taubmanni insultaret. Hinc jurgium, tumultus, Grutero et Parco, illi quondam præceptor, huic discipulo. Hinc Gruterus tertiam, eamque ex recognitione suam, cum Taubmanni comment. an. 1621. mendose satis edidit. Fatum demum Gruteri senio et ærumnis venerandi, Pareus supercilii multi homo superaverat XIV. annos, cum a. 1641. editionem Plauti sui, tertia cura emitteret, quam ipse vocat 'absolutissimam, perfectissimam, omnibusque virtutibus suis ornatissimam,' addimus et vitiosius exscriptam. Talia bella gessere critici in summa patriæ calamitate. Quanto modestius antea rem Plauti gesserat Camerarius, quam dumviri isti, quorum alter, Gruterus, spicilegium fecerat, unde 'alter a Camerario Plauti sospitator' Taubmanno sibi que in præloquio Amphitruonis dictus est, alter Pareus, quamvis multa bene invenerit, stipulas legendo præter modum se jactabat. Gruterus vulgo palmam fert in criticis: Pareus multo studio sapientiam Plautinam suam fecisse videtur; hinc et notæ ejus perpetuæ et Lexicon Plautinum et Electa Plautina haud contemnendum usum habent. Præter hosce viros in Plauto edendo versati sunt Isaacus Pontanus ab an. 1620. Nic. Heinsius ab an. 1635. Aug. Buchnerus ab an. 1640. quorum leviolem operam facile vicit studium

haud infelix M. Zuerii Boxhornii, qui an. 1645. Plautum edidit c. n. varr. recusum 1662.

1605 Taubmanni i. 4. M. Acci Plauti Lat. Comœd. facile principis Fabulæ xx. superstites, cum novo et luculento Commentario doctorum virorum, opera Friderici Taubmanni, Professoris Acad. Accessit Index locupletiss. qui Romanæ et eruditæ antiquitatis quidam sit velut thesaurus. Cetera, quæ lectorem præscire magnopere interest, docebit præfatio.—Apud Zach. Schurerum Bibliopol. In fine libri post insignia typographi legitur: ‘Excudebat Wolfgangus Meissnerus, An. MDCV.’ Inscripta vero est Triumviris Reip. Liter. Jos. Scaligero, J. Lipsio, et Is. Casaubono. Sequitur præf. viii. pagg.—Plauti Fabb. excipiunt Fragmenta et Supposita: inde vett. et novitiorum de Plauto testimonia: dein Index. Wittenbergensis hujus editionis, indiligentius, typis, quod ad notas attinet, justo minoribus, Græcis præsertim fugientibus exscriptæ, mendorum plenæ, ipse editor se pudere scribit in literis ad Jungermannum datis prid. Kal. Sept. 1606. et ad Pareum d. 17. Mart. 1610. datis.

1609 Plauti Com. 12. extabat in Bibl. clar. Car. Buttinghausenii, Prof. Heidelb. p. 286.

1610 Francofurti, 12. M. Acci Plauti Comici Fabulæ superstites xx. Ex recensione Dousiaca, recens magno studio, et, quanta fieri potuit, accurata diligentia editæ. Francofurti, apud Nicol. Hoffmannum, impensis Petri Kopflii.

— Genevæ, 12. M. Acci Plauti Comœdiæ viginti. Variæ lectiones, ac notæ ex D. Lambini aliorumque doctissimorum virorum commentariis, suo quæque loco ascriptæ. Perspicua item in singulas Comœdias argumenta. Genevæ apud Jacobum Stoer.

— Francofurti, 8. maj. Parei i. M. Acci Plauti Sarsinatis Comœdiæ xx. superstites. Jo. Philippus Pareus, Dav. fil. restituit, et notis perpetuis illustravit. Accessit præter alia emendatæ huic editioni Plautus Hypobolimaus, hoc est, Gildæ Sapientis Britanni Querolus, sive Aulularia. Francofurti, impensis Jonæ Rhodii. Idem editor 1614. Lexicon Plautinum, et 1617. Electa Plautina publicavit.

1611 Salmuri, 12. in Plauti Comœdias Animadvers. Franc. Dissaldei.

— Genevæ, 4. in Corpore Poëtarum Latinorum.

1612 Wittebergæ, 4. M. Accii Plauti Comœdiæ xx. super-

stites: nunc denuo post omnium editiones ad fidem meliorum Codd. et imprimis vetustiss. Mss. Camerarii, seu Camerario-Palatinorum, ut et doctissimorum virorum curas accuratius exactæ, et novis commentariis illustratæ: in quibus præter omnes omnium hujus superiorisque ævi doctorum emendationes interpretationesque passim editas, quam plurima e bibliothecis, sed et variorum privatis neque dum juris factis libris et literis, nunc primum collecta et explicata producuntur: Plautina item fragmenta ad similem faciem concinnata, et Plauto denique supposita: omnia studio et industria Frid. Taubmanni, Franci. Additi sunt indices rerum et verborum locupletissimi, qui linguæ Latinæ et doctæ antiquitatis quidam thesauri fuerint. Apud Zachar. Schurerum, typis Jo. Gormanni.—Præter in hoc titulo memorata, in calce adjuncta est Joach. Camerarii de Fabulis Plautinis Dissertatio, et Jul. Cæs. Scaliger de Versibus Comicis. Huic editioni Taubmannianæ II. prima et III. accuratori, etiam Gruterus in ep. ad Piccartum T. IV. Amœnitt. Literar. Schelhornii p. 532. se ultimam manum imposuisse scribit an. 1618.

1613 Witteb. 12.—Comœdiæ xx. superstites ad majorem illam et noviss. Taubmanni editionem fideliter repræsentatæ. Apud Zachariam Schurerum.

1615 Magdeburgi, 8. In Plauti Trinumnum comm. Henningi Succovii.

1616 Lugduni, 4. in Corpore Poëtarum Latinorum.

1617 Francofurti, 12. c. n. Gruteri.

— Neapoli Nemetum, (Neostadii ad Hartam,) 4. Phil. Parei Electa Plautina; editio II. cf. supra ad an. 1597. Bilem hæc adeo concitaverant Jano Grutero, (qui Pareo iterum Plautum suum, eumque cum Mss. Pall. collatum edere volenti, potius consulerat ut Taubmannianæ II. adhæreret. Cf. Gruterum ad Piccartum in Schelhornii Amœnitt. Litt. tom. IV. p. 432.) ut gravius librum ejusque auctorem perstringeret, tum in *Ἀντιλήψει* Erfordiana, tum in libello, qui inscribitur, Asini Cumani Fraterculus e Plauti Electis electus per Eustathium Schwarzium Puerum. 1619. 12. Respondit Pareus non minus acerbè in Provocatione ad Senatum criticum, adversus personatos quosdam Pareomastigas, Francof. 1620. Anno 1614. Pareus etiam Lexicon Plautinum vulgaverat Francofurti, 8. quod secundis curis auctius prodit Hanoviæ 1634. 8. Opus quidem utile studiosis, sed omnium

aliorum compilasse arguitur sapientiam, quasi si ipse invenerit omnia unus Plauti sapiens.

1619 Neapoli Nemetum, Parei II. 4. M. Accii Plauti Comœdiæ xx. superstites ex solis Mss. Codd. Palatinae Bibliothecæ antiquitati suæ fideliter restitutæ, ac notis tam practicis quam criticis sedulo illustratæ confirmatæ, cura Jo. Phil. Parei.—Qui etiam subjecit fabulam prorsam, quæ inscribitur Querolus sive Aulularia, quæ diversa est ab Aulularia Plautina.—Editor nimia sui laboris jactatione, et insectatione studii Grutero-Taubmanniani, denuo irritavit Gruterum adeo, ut ei opponeret mox editionem suam novam cum præfatione conviciorum plena. Ceterum Pæreanam hanc a Jo. Gravio collatam cum Mss. et passim castigatam in Bibl. Jo. Mori, Eliensis in Anglia Episcopi, fuisse refert B. L. Fabricio-Ernestina.

— Lugduni Bat. et Amstel. 24. ex rec. Phil. Parei, 2 voll. Cf. Catal. Bibl. Thuani, P. II. p. 283. ed. Hamburg.

— Cothenis Anhaltinorum, 8. M. Accii Plauti Comœdiæ viginti ad didacticam recensitæ. Cum tribus Indicibus (Sententiarum, Vocabulorum, et Phrasium).

1620 Amstel. 24. Plautus, ex museo Jo. Isaaci Pontani; (qui Ms. Anglicanum contulit.)

1621 Wittebergæ, 4. Gruteri et Taubmanni III. M. Accii Plauti Comœdiæ, ex recognitione Jani Gruteri, qui bona fide contulit cum Mss. Palatinis. Accedunt commentarii Frid. Taubmanni auctiores; item indices rerum et verborum necessarii. Apud Zachar. Schurerum, Bibliopol. Anno Domini MDCXXI. Inscrisit Gruterus hanc editionem Jacobo van Dyck, Succico tum ablegato ad ordines Belgii liberi Kal. Jan. 1620. Insequitur Christoph. Pflugii typographæi Schureriani præfati præfatio in Lectorem; (quam invectivam in Philip. Pareum scripsit ipse Gruterus.) Excipiunt de Plauto et ejus scriptis vett. auctorum testimonia; Euphemiæ amicorum in Plautum Gruteri. Omissa vero est Taubmanni præfatio. Fabulas ipsas et commentarium a Grutero auctiorem sequuntur Fragmenta Plautina et Supposita e n. tum Joach. Camerarii, 1. de Fabb. Plautinis Diss. ad aliquot principes Germaniæ, præmissa v. fabb. an. 1545. 2. Epist. ad Franc. Crammum, præmissa vi. fabulis sub idem tempus editis. 3. de Carminibus comicis: tum Jul. Cas. Bülengeri Descriptio Theatri Romani et Græci, et literatura miscellanea; tandem Index. Est

igitur hæc editio perfectior quam II. Taubmanni, sed non pari accurate expressa. Curata scilicet est ab irato Grutero, et sub initium perturbationis ab electione Friderici v. Septemviri Pal. in Bohemiæ regem futuræ. Retulit autem Pareus paria paribus in *Analectis Plautinis*, eaque maligne subjunxit etiam post Gruteri mortem hujus thesauro critico VI. voluminibus constanti, instar vol. VII. Francof. 1634.

1622 Coloniae Allobrogum, (Genevæ,) 4. ap. Samuel. Crispinum. M. Accius Plautus ex fide atque auctoritate complurium librorum Mss. opera Dionys. Lambini Monstroliensis emendatus: ab eodemque commentariis explicatus. Nunc denuo plurimis, quæ in præcedentibus editionibus irrepserant, mendis repurgatus: multisque in locis in gratiam antiquariorum illustratus. Additi quoque sunt duo Indices copiosissimi. Prior verborum, locutionum, et sententiarum: posterior, eorum quæ commentariis D. Lambini continentur.

1629 Amstelod. 16. ap. Guil. Jansson.

1630 ibid. ap. eund. Isaaci Pontani, repetita ex ed. 1620.

1635 Lugduni Bat. 12. ex rec. Nic. Heinsii.

1640 Wittebergæ, 12. ex rec. Aug. Buchneri (viri quidem disert, sed ad criticam artem parum exercitati).

— Amsterodami, ap. Joan. et Corn. Blæu. 16. M. A. Plauti Comæd. superst. xx. Ad doctissimorum virorum editiones repræsentatæ.—Plauto post p. 640. subjuncta est vita ex Petr. Crinito et Lilio Gyraldo desumta, quam excipiunt veterum de eo testimonia.

1641 Francofurti, 8. M. Acci Plauti Sarsinatis Umbri Comædiæ xx. superstites; et deperditarum Fragmenta. Philippus Pareus tertium recensuit, ac notis perpetuis illustravit. Accesserunt præter Gildæ Sapiientis Querolum, etiam Animadversionum ablegmina. Editio absolutissima. Francofurti, vænit in officina librarii Philippi Jacobi Fischeri, cujus sumtibus prodiit. An. 1641. In fine: ‘Hanoviæ, in typographeo Abrahami et Joannis Aubriorum a. MDCXLI.’ Dedicatorem epist. et præf. in qua sibi ipse mirum quantum gratulatur, sequuntur, 1. *Εὐφημία* doctorum virorum in D. Phil. Parci labores Plautinos. 2. Phil. Parei, de Vita, Obitu, et Scriptis M. Acci Plauti Sarsinatis Umbri Diss. 3. In Plautum Elogia. 4. Phil. Parei de Metris Comicis ac præcipue Plautinis Comm. methodica. 5. Diatribe de Jocis



et Salibus Plautinis ex Thurni Annittæ Speculo Poëtarum, concinnata et amplificata studio Philip. Parei. 6. *Συνέμπτωσις* s. imitatio Plautina ex antiqq. Græc. juxta atque Latinorum scriptis passim instituta. Hisce præmissis, fabulæ ipsæ c. n. perpetuis (ad marginem et sub pagina) exhibentur; dein Fragmenta notis Parei illustrata; tum Aulularia prorsa s. Gildæ Sapientis Britannii Querolus, recensente Ph. Pareo; tum Animadversionum in Comœdias xx. Ablegmina ex Phil. Parei justo et amplo Animadv. volumine ad lectionem fulciendam, defendendam; quibus Index Sospitatorum Plautinorum h. e. Gramm. vett. Cod. Mss. partim ab ipso Pareo, partim ab aliis collatorum, Editionum, et Criticorum recentiorum præmittitur.

1642 Parisiis, fol. Lambiniana.

1645 Lugduni Bat. 8. cum notis variorum; studio M. Zuerii Boxhornii, ex offic. Hackiana. Contigit editori a Nic. Heinsio exemplar manu Jos. Scaligeri notatum.

1650 Amstelodami, 16. Isaaci Pontani, rep. ex ed. 1620.

1652 Francofurti et Wittebergæ, 12. M. Acci Plauti Comœdiæ xx. superstites, ex recensione Aug. Buchneri, cum Indice vocum verborumque veterum, minusque usitatorum. Francof. et Witteb. sumtibus hæredum D. Tobiaë Mevii et Elerdi Schumacheri. Typis Casp. Rotelii.

— Amstel. 16. typis Lud. Elzevirii.

1658 Lutetiæ Parisiorum, 8. iv. voll. M. Acci Plauti Comœdiæ, in quatuor tomos digestæ. Ex recognitione Francisci Gujети Andini, opera et studio Michaëlis de Marolles, Abbatis de Villeloin. Cum ejusdem interpretatione Gallica. Lutetiæ Parisiorum, apud Petrum l'Amy, in secunda columna majoris aulæ Palatii ad insigne Magni Cæsaris.—Quis non novit Gujети in recognoscendis auctoribus temeritatem?

1659 Francofurti et Wittebergæ, 8. ex recensione Aug. Buchneri.

1661 Amstelodami, 12. ex rec. Nic. Heinsii.

1662 Lugduni Bat. 8. Boxhornii, cum notis varr. repetita.

ÆTAS V. 1664—1788.

## GRUTERO-GRONOVIANA.

Scilicet Jo. Frid. Gronovius Gruteri post Camerarium et Dousam emendatæ lectioni insistens, vi. aliis Mss. collatis, post Boxhornium aliam ed. c. n. varr. edidit, textum pro judicio suo, nescio an ab ingenio Plauti alieno, correctum prævit ætati, cui nomen Gronovianum pro auctoritate coli visum est; quamvis notæ ab eo congestæ habeantur indignæ Plauto, et a Rich. Bentleio, critico et temerario et in alios severo, senariorum versuum rationem non satis perspectam habuisse arguatur in *Emendd. Criticis ad Menandrum* p. 54. Editionibus Gronovii ipsius 1664. et 1669. tertia 1684. præstantior habetur. Sed Jac. Operarius, Plauti in usum Delphini editor 1679. Gruterianam III. s. ab ipso Grutero correctore 1621. editam, sibi imitandam sumsit, nisi quod argumenta nova eaque ampliora, ex quo series fabulæ historica arsque poëtæ cognosceretur, ipse a se scripta non modo fabulis integris, sed et earum actibus præmiserit; cetera cum Delphinianis edd. communia, nihil egregii habent, præter quod in notis Tanbmanno magis, quam Lambino, et scriptis ad oras ed. Sambuci Plantinianæ notis Jac. Corbinelli, Florentini, pro præceptoris olim Delphini, usus est. Has Operarii notas in *Amphitr. Captiv. Epidic. et Rud.* reddidit in Anglia Sam. Patrick an. 1723. Majorem laudem in Plauto emendatius edendo invenere fratres Jo. Ant. et Hieron. Vulpium an. 1725. et 1764. qui sequuntur maxime Tanbmannianam Gruteri, cui fere Gronoviana 1684. et Londinensis Mich. Maittarii 1711. et Berolinensis J. P. Mülleri 1755. assentiuntur. Parisiensis 1759. typorum elegantia commendatur fere una. Lipsienses 1760. Gronovianam reddidere c. præf. Jo. Aug. Ernesti. Nos in prima ed. nostra 1779. emendatiorem Pataviam eamque alteram an. 1761. cum judicio secuti eramus. Neque igitur tanti erat Gronovii cura, ut ejus nomen supponeretur huic ætati.

1634 Lugduni Bat. 8. M. Acci Plauti Comœdiæ. Accedit commentarius ex variorum notis et observationibus. Quarum plurimæ nunc primum eduntur. Ex recensione Jo. Frederici Gronovii. Lugd. Bat. ex officina Hackiana.

1669 Lugd. Bat. et Roterod. 8. II. voll. Jo. Fred. Gronovii secunda, ex officina Hackiana.

1679 Parisiis, 4. II. voll. M. Accii Plauti Sarsinatis Comœdiæ viginti et fragmenta. Argumentis Fabularum omnium, actuum et scenarum novis, interpretatione, notis, et indice vocabulorum omnium, eorumque usus illustravit Jacobus Operarius—in usum Ser. Delphini. Parisiis, apud Fred. Leonard.—Fundus est contextus a Grutero refectus. Operarius testatur, se usum fuisse ineditis notis Jac. Corbinelli Florentini, ad oras editionis Plauti a Sambuco factæ manu ascriptis.

1683 Parisiis, c. versione Gallica et notis Annæ Le Fevre. Exhibet vero Amphitryonem, Rudentem, et Epidicum.

1684 Amstelodami, 8. Jo. Fred. Gronovii tertia, ex typographia Blaviana. II. tom. Editio hæc præstantior habetur, quam Gronovianæ priores 1664. et 1669.

1691 Parisiis, 12. Comédies de Plaute traduites avec le Latin à côté et des Remarques par A. Le Fevre. III. voll.

1711 Londini, 8. M. Accii Plauti Comœdiæ, in duobus voluminibus, Londini, impens. Jac. Tonson. II. voll. Quam editionem curavit Mich. Maittaire.

1713 Londini, fol. inter Opera et Fragmenta veterum poëtarum Latinorum profanorum et ecclesiasticorum duobus voluminibus comprehensa, cura Mich. Maittaire. B. Tooke et Jac. Tonson.

— Amstelodami, 8. Captivi, cum versione Gallica Petri Coste.

1716 Eadem, ibid. 12.

1719 Lugduni, 12. Comédies traduites avec des notes par Gueudeville. x. voll.

— Amstelodami, 8. s. 12. Œuvres en Latin et François par de Limiers. x. voll.

1721 Amstelodami, 16. apud R. et G. Wetstenios. M. Accii Plauti Comœdiæ superstites xx. ad ultimam editionem Jo. Frid. Gronovii accuratissime expressæ.

1723 Londini, 8. maj. Amphitruo, Captivi, Epidicus, et Rudens, cum Jac. Operarii notis, recens. cura Sam. Patrick.

1725 Patavina 1. 8. M. Accii Plauti Comœdiæ superstites viginti; cum fragmentis deperditarum. Patavii. Excudebat Jos. Cominus.

1726 Hagæ Com. 8. x. tomis; c. vers. Gallica per Gueudeville.

1740 Amstelodami, 8. Jo. Fred. Gronovii Lectiones Plautinæ  
*Delph. et Var. Clas.* *Plaut.* 7 B

nunc primum editæ. Accedit vita auctoris. Amst. apud Jo. Haffman.

1742 Venetiis, 4. M. Acci Plauti Miles Gloriosus, cum commentario P. Lacermi (Jos. Bartholi), et ejusdem Fabulæ interpretatione Italicis versibus concinnata. Vid. Menkenii Bibl. Catalog. I. pag. 303.

— Cellæ, 8. Aulularia, cum versione Germanica Kayseri.

1755 Berolini, 8. ed. J. Petr. Miller. III voll.

1759 Parisiis, 12. III. voll. M. Accii Plauti Comœdiæ quæ supersunt. Paris. typis Jo. Barbou.

1760 Lipsiæ, 8 maj. II. voll. M. Acci Plauti quæ supersunt Comœdiæ, cum commentario ex variorum notis et observationibus, ex recensione Jo. Frederici Gronovii. Accessere ex ejusdem Lectionibus Plautinis notulæ asterisco notatæ. Cum præfatione Jo. August. Ernesti. Lipsiæ, impensis Gotth. Theoph. Georgii. Impressit Udalr. Christ. Saalbach 1760.

1763 Glasguæ, 12. III. voll. Editio nitida.

1764 Patavina II. 8. II. voll.

1765 Florentiæ, 8. Pseudolus, cum versione Italica.

1779 et 1780 Biponti, 8. II. voll. M. Accii Plauti Comœdiæ superstites viginti, ad optimas editiones collatæ. Accedit Index rarioris et obsoletæ Latinitatis. Studiis Societatis Bipontinæ. Editio accurata. Biponti, ex typographia Ducali.

## VERSIONES.

### GALLICÆ.

1658 Les Comédies de Plaute avec des remarques en Latin et en François par Michel de Marolles : à Paris, chez Pierre L'Amy, IV. voll. 8.

1683 Trois Comédies de Plaute, traduites en François, avec le texte Latin et des remarques, par Anne Le Fevre, (depuis Me. Dacier) à Paris. III. voll. 12.—Tomus I. continet Amphitryonem ; II. Epidicum ; III. Rudentem.

1691 Eadem repetita Amstelodami III. vol. 12.

1713 Les Captifs, Comédie de Plaute, traduite en François, avec des remarques par Pierre Coste : à Paris, 12. Repetita Amstelodami 1716.

1719 Les Œuvres de Plaute en Latin et en François. Traduction nouvelle avec des remarques et un examen de chaque pièce selon les règles du théâtre, par M. Henry Philippe de Limiers, avec figures : à Amsterdam. x. voll. 12.

— Les Comédies de Plaute, nouvellement traduites en stile libre, naturel et naïf, avec des notes et des réflexions ajoutées, de Critique, d'Antiquité, de Morale et de Politique, par M. de Gueudeville. Enrichi d'estampes en taille-douce à la tête de chaque Tome et de chaque Comédie : à Leide. x. voll. 12.

1726 Eadem repetita Hagæ Com. x. voll. 8.

### ANGLICÆ.

1694 Londini, 8. Anglice versi prodiere Amphitruo, Epidicus, et Rudens, cum notis criticis, teste Fabricio.

1767 The Comedies of Plautus, translated into familiar blank verse, by Bonell Thornton, M.B. 11. voll. 8.—Volumen 1. habet Amphitruonem, Militem Gloriosum, et Captivos; 11. continentur Trinummus, Mercator, Aulularia, et Rudens.

1773 Comedies of Plautus, translated into familiar blank verse (by Richard Warner), Vol. 111. et 1v. 8.—Duobus his voluminibus Warnerus Thornton versionem continuavit, et absolvit. Utraque versio laudatur. Textui subjectas habet breves variorum et Warneri notas.

### HISPANICÆ.

1515 Cæsaraugustæ. Amphitruo, interprete Francisco de Villabos, Archiatro Caroli v. Repetita Samoræ 1543. et Hispali 1574.

1555 Antverpiæ. Miles Gloriosus et Menæchmi.

1585 Cordubæ, 4. Amphitruo, interprete Ferdinando Perez de Oliva; inserta ejusdem operibus. Titulum præfert: 'Muestra de la lengua Castellana en el nancimiento de Hercules o Comedia de Amphitryon, tomado el argumento de la Latina de Plauto.'

## ITALICÆ.

1526 Venetiis, 8. *Il Penolo e Menechmi*; trad. in Ling. volg.

1742 Venetiis, 4. *Miles Gloriosus*. Vid. ed. h. a. *Alia Militis versio Italica*, auctore Cælio Calcagnino, laudatur Fabricio.

1763 *L'Aulularia* di Plauto tradotta in verso Toscano. Pisa, 8. Auctor est Laurentius Guazzesi, Inspector fossarum Pisæ.

1765 *Il Pseudolo*, Comedia di M. Accio Plauto, tradotto in versi Italiani (da Giuseppe Torelli.) Italiano e Latino. Si aggiunge la Traduzione d'alcuni Idillj di Theocrito e di Mosco. Greco e Italiano. Firenze. 8. Vid. Catalogue de Crevenna vol. III. p. 167.

## GERMANICÆ.

1535 Magdeburgi, 8. *Aulularia*, auctore Joachimo Greff, Zwiccaviensi.

1582 *Captivi*, interprete Martino Hayneccio.

1608 *Amphitruo*, interprete Wolfartho Spangenberg.

1742 *Cellæ*, 8. *Aulularia*, auctore Kaysero.

1750 *Captivi*, in *Beytraegen zur Aufnahme des Theaters*, Stuttgart. 8. Part. II.

1765 *Cellæ*, 8. *Aulularia* in unum Actum contracta, auctore Steffens: cum textu Latino.

1767 *Rudens et Trinummus*, interprete Jo. Eustach. Goldhagen. Vid. Goldhagens *Griechische und Roemische Anthologie in Deutschen Uebersetzungen* I. u. II. Theil, Brandenburg. 8.

1768 *Captivi, Menæchmi, Rudens, et Trinummus*, auctore Leone Lipsio. Vid. *Eclogæ Plautinæ, oder vier Lustspiele aus dem Plautus*, Schmalkalden. 8.

1769 *Pseudolus*, interprete C. H. Schmidt. Vid. Schmidts *Biographie der Dichter*, I. Band, Leipzig.

## BELGICA.

Belgicam aliquot *Plautinarum Comædiarum* versionem edidit Janus Hautenus, in quam extant hendecasyllabi Justi Lipsii in ejus *Poëmatis* num. 17.

Explicit Notitia Literaria Plauti, per Bipontinos concinnata.

Omnium Bipontinarum editio Plauti (sic viri docti sæpe annuntiaverunt) est optima: et de Notitia Literaria judicabit pro se Lector, quam æque et exacte in plerisque egerit: quippe omnium editionum quas in ordine enumeravit Edvardus Harwood, (*View of the Various Editions of the Greek and Latin Classics*, 4th ed. 1790.) ne vel una, a principe editione 1472. usque ad Glasg. 1763. prætermittitur a Bipontinis: et quamplurimæ notantur et describuntur a Bipontinis, quas Harwood per eadem tempora omisit. Et simili fere modo omnes editiones, quæ a cl. Taubmanno notantur in sua præstanti editione, 1612. (si modo unam excipias,) describuntur in ordine a Bipontinis. Ast necesse fit hanc ipsam Bipontinorum Notitiam Literariam quiddam ampliare et continuare.

Digna Plauti Dicta, ex Comœdiis viginti a Bono Accursio collecta in unum compendium, in 4to. 1475. ‘Ce livre’ (ait Brunet, *Manuel du Libraire*, tom. III. p. 97.) ‘peu connu contient un abrégé des vingt Comédies de Plaute: il a été impr. vers l’an 1475. en caractères Romains, sans indication de lieu ni de date.’ Sed vid. *Biblioth. Spencer*. vol. II. pag. 247. Harlesius habet 1499. si recte.

Plauti Comœdiæ, ex recensione J. Petri Vallæ et Bern. Saraceni, Venet. 1489. fol. in *Catal. Sel. Bibl. Nic. Rossii*, Romæ, 1786. extat in Bipont. circa annum 1495. sine anno.

Plauti Comœdiæ viginti, emendatæ per Simonem Charpentarium, cum argumentis; sine loco, 1500. 12mo.

Plauti Comœdiæ, studio et diligentia Sebastiani Dacii et Georgii Galbrati editæ. fol. Editio antiqua, de qua sic Brunet (*Manuel du Libraire*, tom. III. p. 96.) ‘Elle est rare, et mérite d’être distinguée.’

Plauti Comœdiæ. Paris. 1515. Taubmanni Præfatio.

Videndum est in Catal. Universali 1799—180L. antiquæ editionis exemplar, sed evidentius cum falso dato.

Plauti Comœdiæ. Venet. 1522. 8vo. Bipontinis descripta, extat in Biblioth. Bodl. cum Notis Mss.

Plauti Comœdiæ. Basil. 1523. 8vo. Bipontinis notata, occurrit in Bodl. et passim scatet Notis Mss.

Casina, Venet. 1530. 8vo. Mostellaria, Venet. 1530. 4to. et Amphitryo, Venet. 1530. 8vo. separatim Italice versæ. Amphitryonis etiam alia, nempe, Mauro Sellori, Rom. 1702. 8vo.

Plauti Comœdiæ. Basil. 1535. 8vo. Bipontinis descripta, occurrit cum Notis Mss. in Biblioth. Musei Britannici. Et etiam editio Basil. 1538. cum Notis Mss. Bentleii: et etiam editio Paris. et Francof. cum Notis Mss. Bentleii: necnon alia editio cum paucis Notis Mss. ejusdem viri docti.

Plauti Opera, nempe Comœdiæ xx. diligentia, cura, et singulari studio Joannis Camerarii, Papebergæ editæ: Basil. per Joannem Hervagium, 1538. 4to.

Plauti Comœdiæ. Lugd. 1540. 8vo. notata Bipontinis, extat in Bibl. Bodl. cum multis Notis Mss.

Plauti Comœdiæ. Antverp. 1566. 8vo. extat in Bibl. Bodl. cum Notis Mss. Jos. Scaligeri, aliorumque criticorum.

Sententiæ et Proverbia ab Henr. Stephano collectæ. Paris. 1569.

Aulularia, antea a Maur. Sedulio illustrata, nunc cum argumentis rhetoricis, et scholiis Stephani Riccii aucta. 1569. 8vo.

Eadem, Heidel. apud Commelinum, 1589. 8vo.

Plauti Comœdiæ, Sim. Papiensis, cum castigationibus et enarrationibus Bernhardi Saraceni et J. Petri Vallæ, G. F. ut quidem a patre acceperat, a. 1599. Taubmanni Præfatio.

Plauti Comœdiæ, cum Notis, &c. Jo. Ph. Parei. Paris. 1619. 4to. Et cum Notis Lambini, Genev. 1625. 4to.

1631. Sic denotantur Plauti Comœdiæ, cum comment.



Frid. Taubmanni, 4to. sine loco, in Catal. Univers. Libb. Lond. 1799. vol. 11. si non falsa lectio, pro 1621. ut in editione Bipontina.

In Catalogo Universali Librorum, vol. 11. p. 105. Londini, 1799. apparent Comœdiæ Plauti, Gallice, Paris. 1662. Svo. Hæc proculdubio est repetita editio versionis Michaëlis de Marolles, sub a. 1658. Bipont. notatæ.

Amphitryo, Epidicus, et Rudens, Anglice versæ fuerunt per Laur. Echard. Lond. 1694. 12mo. Gallicas versiones plus quam satis sequitur hic interpres : et interpretatio ipsa non magni est nominis.

Versio Germanica. Die Gefangenen, ein Lustspiel des Plautus ; übersetzt und erläutert von D. A. Borheck. Hamb. 1697. Svo.—Extat etiam Germanica versio Militis Gloriosi, 1697. Svo. per M. Sig. Adam. Gock ; et Amphitryonis, per Borheck. Reutl. Svo.

Amphitryo, Epidicus, et Rudens, Anglice versæ, 1716. Repet. editio anni 1694.

Plauti Comœdiæ. Paris. 1736. 3 voll. 12mo. Per Mad. la Fevre.

Il Vecchio Avaro, tradotto in versi sciolti Toscani da Lesimbo Oristoriano. Firenz. 1747. Svo. Repet. in 1750. et ibid. 1759.

L'Epidico, trasportato in versi sciolti Toscani con il testo Latino ; ed alcune note da Rinaldo Angeleori Alticozzi Cortoneze. Firenz. 1759. 4to.

Le Comedie di Plauto volgarizzate da Nic. E. Argelio, col testo Latino. Napoli, 1783. 10 voll. Svo.

Multæ Plauti Comœdiæ Germanice versæ sunt ab anonymo, curante vero Mylio. Berol. 1784. 1 vol. Svo.

M. Accii Plauti Comœdiæ superstites viginti, novissime recognitæ et emendatæ. Biponti, 1788. 3 voll. Svo. Bipontini, qui in editione 1779. et 1780. secuti sunt in plurimis editionem Vulpiorum, Patav. 1764. in hac accipiunt exemplar de novo recensitum, et sibi transmissum, per cel. Brunckium. Indicem, pro more, exhibet, et Notitiam

Literariam, quæ, nobis tacentibus, per se jam locuta est. Sine notis est hæc editio, ut aliæ Bipontinorum.

Plauti Comœdiæ, Vind. 1792—1794. 5 voll. 8vo min: Novissime sunt recognitæ, notis et indice illustratæ, et æreis figuris ornatae. Nitida et correctæ editio, ait Harlesius.

M. Accii Plauti, quæ supersunt, Comœdiæ, ac deperditarum Fragmenta. Gotting. 1804. 8vo maj. Ad optimorum exemplorum fidem recensita est hæc editio, atque Proœmio, Argumentis, et Indice Rerum instructa. Edidit Benj. Frid. Schmieder. Gronovii textum sequitur editor: est vero, ubi lectiones ex suo ingenio mutavit. Idem Editor disjunctim. vulgavit Commentarium in Comœdias Plauti, Gotting. 1804. 5 voll. 8vo. inter Commentarios perpetuos in Classicos Romanorum Scriptores. Commentarium in quibusdam nimis festinans hic editor exegit, at laudem boni interpretis obtinuit: et in Proœmio bene, sed nimis breviter, de vita et ingenio Plauti tractat.

M. Accius Plautus, Lat. und Deutsch, von Dr. John Trang. Lebr. Dantz. Lips. 1806—1811. 4 voll. 8vo maj.

M. Accius Plautus, samml. Lustspiele aus dem Lat. Metrisch übersetzt und mit Anmerk begleitet von Chr. Kuffner. Vind. 1807. 5 voll. 8vo.

Utraque versio, ait Kluglingius, suas habet virtutes, et proprias meretur laudes. Kuffneri tamen versioni laus majoris fidei sine dubio est tribuenda. Dantzius suis salibus Plautum nimis auxit. Hos tamen, ait Kluglingius, superesse videtur Gust. Sam. Kopke.

M. Accii Plauti Comœdiæ, in usum elegantiorum hominum. Edidit Frid. Henr. Bothe. Berol. 1811. 4 voll. 8vo maj. Editor doctus recte designavit hanc editionem 'in usum elegantiorum hominum:': elegans nimirum est: et codicum quorundam usum obtinuit, quos editores præcedentes non consuluerant; et textum atque metra sæpe corrigi: et in rebus hujusmodi aliis editoribus Germanicis recentioris ævi præstat.

M. Accii Plauti Comœdiæ Quatuor, Amphitryo, Aulu-

laria, Captivi, Rudens, in usum Scholarum. Lond. Ædibus Valpianis, 1815. 12mo. Notulæ Anglice scriptæ, et Glossarium breve subjunguntur. Liber juventuti Britannicæ, elementa linguæ Latinæ studiose investiganti, valde utilis.

Plauti Comœdiæ tres, Captivi, Miles Gloriosus, et Trinummus. Lips. 1823. 8vo. Edidit Frid. Lindemann. In usum tironum, non doctorum, editor scribere profitetur, et opus iis maxime idoneum peregit, præcipue quod ad Plauti metra spectat. Præfigitur de Prosodia libellus: subjungitur Index utilissimus Notarum.

M. Accii Plauti Truculentus: emendatiorem suisque numeris descriptam edidit Franc. Goeller, Profess. Gymn. Colon. 1824. Colon. ad Rhen. 8vo. Annotationes ad finem Fabulæ ponuntur, et respiciunt inprimis variantes lectiones, et res metricas. Sub finem Fabulæ dat Editor Indicem Codicum, quibus usus est.

M. Accii Plauti Trinummus cum brevi Annotatione denuo edidit Franc. Goeller. Colon. 1824. 8vo. Annotationes sunt plerumque grammaticales.

M. Accii Plauti Rudens, ex recensione Reizii, cum Annotatione critica C. E. Ch. Schneider. Vratislaviæ, 1724. 8vo.

M. Accii Plauti Aulularia, a Franc. Goeller. Colon. 1825. 8vo. Sub finem Comœdiæ præbet Editor Lectori Codicum Recensum: et in iis annotationes multum occupantur.

Præter editiones Plauti integras, et singularum Comœdiarum dictarum, aliæ separatim editæ manent jam, at sine ordine, notandæ.

M. A. Plauti Trinummus. Lips. 1800. 8vo. Editor hujus Comœdiæ est Godofredus Hermannus, auctor tractatus eruditi (ed. 1796.) De Metris Poëtarum Græcorum et Romanorum. In proposito fuerat Hermannus edidisse omnes Plauti Comœdias; et Trinummum, ut ipse dicit, in speciminis loco edidit. Hæc Comœdia Hermannus inge-

nium sapit. Dat purum textum : ad finem observationes, quæ spectant ad res metricas et codices, annectuntur. Præfatio bene concinnata originem corruptionum et depravationum Plauti exhibet, et simul eas emendandi rationem lectoribus offert.

Menechmus ; written in English, by W. W. Lond. 1595. 4to. Abundarunt dramatici scriptores sub Elizabethæ regno ; et varii sunt qui præ se ferunt literas initiales, W.W. (ut videndum est in Bibliotheca Poëtica, sæc. XVI. per Ritson.) Hujusce vero Comœdiæ interpretis fuisse videtur W. Warner, qui scripsit Albion's England, et idem quidem in suo sæculo auctor magni nominis. Vid. Phillips' Theatrum Poëtarum Anglicanorum, ed. 1675. repet. 1800. p. 215. Wood's Athen. Oxon. vol. I. p. 334. et Farmer's Essay on the Learning of Shakspeare.

Les Captifs, Comédie, trad. en François par le P. Coste. Amstel. 1716. 8vo.

Aulularia, prosa et poëticiis numeris reddita, cum notis P. Danielis Roterocli et Gruteri. Heidelb. 1595. 8vo.

Amphitryon, Anglice versa, per T. Cooke. Cum textu Latino. 12mo. 1746. repet. 1748. et 1750. In animo fuerat editoris omnes Plauti Comœdias in simili forma edidisse ; sed nihil tentavit, vel saltem, ut videtur, nihil ultra evulgavit. Vita Plauti præfigitur.

M. Accii Plauti Comœdia, ad metricæ legis normam recensita, et observationibus aucta, ab Joanne Boscha, Præceptore Scholæ Amstelod. 8vo. Traject. ad Rhen. et Amstel. 1817. Hic Recensus est Specimen Academicum pro Gradu Doctoratus in Academia Rheno-Trajectina : feliciter egit, et de re metrica bene audit. Sub singulis paginis suæ notæ apponuntur. In Præfatione suum tentamen, ex auctoritate virorum doctorum, satis vindicat ; atque miras varietates, et difficultates Plauti metrorum asserit.

Rudens, ut est habita apud Westmonasterienses. Lond. 1798. 8vo.

Inter singulas Fabulas et Fragmenta Plauti numerentur,

M. Accii Plauti Fragmenta Inedita, &c. inventore Angelo Maio, Biblioth. Ambros. a Mediol. Regiis typis, 1815. Svo maj. Hæc Plauti Fragmenta desumpta sunt ex codice palimpsesto, qui continetur in Biblioth. Ambros. Mediolan. et, ut Maio visum est, Antoninorum sæculo assignanda. Idem vir doctus in Biblioth. Ambros. codices Terentii, et Ciceronis de Republica, invenit; et eosdem, ex codice palimpsesto recuperatos, publici juris fecit.—Hic liber impressus fuit cum alio titulo, (Berol. 1816. Svo.) *Analec-ta Critica Scenicæ Romanæ.*

Hactenus quod ad editiones attinet. Quod ad Argumenta et Tractatus, separatim ab editionibus vulgatos, silent omnino Bipontini: at præter ea, quæ editores ex professo de Plauto disseruerunt, varia sunt Argumenta, quæ de hoc Comico Poëta varii Romani scriptores induxerunt: omnes pæne qui post Plautum floruerunt, ejus mentionem faciunt, et ei summæ elegantiæ et leporis laudem assignant; quippe si non pater Latini sermonis, conservator tamen vocari posset: alios inter memorare liceat Ciceronem de Officiis lib. 1. c. 29. et alibi sæpe; Quintilianum lib. x. c. 1. Macrobius, Saturnal. lib. 11. c. 1. Aulum Gellium, Noct. Attic. 1. 111. c. 3. et M. Terentium Varro-nem in libro De Comœdiis Latinis. Nec omittendi sunt Latini scriptores inferioris ævi, Julius Cæsar Scaliger, M. Justus Lipsius, M. Antonius Muretus, Meursius, &c. Nec mirum, si hodierni Italici similiter se gerunt in Plautum, cum Italica oratio Plautinæ adeo similis sit, ut inter ceteros scriptores Romanos unus interdum *Italicissare* videatur.

Unum præ aliis in mentem vocamus Latino-Italicum scriptorem, Famianum Stradam, qui de Plauto in Prolu-sionibus suis elegantissimis multum disseruit. In Prolu-sione illa quæ Momus vocatur, (secunda Prælectio Plau-tina,) Plautus nimirum motus est e poëtarum senatu, eo quod in Ennium nimis scurram ageret; at in Prælectione Plautina prima, cui titulus, Poëtae Comici Virtutes ad

Plauti commendationem explicari cœptæ, vita et mores et ingenium et Comœdiarum ejus elegantia mirum in modum evehuntur, ut nil supra.

Famiano Stradæ addere liceat poëtas istos dramaticos tam nostrates quam peregrinos, qui strictis gradibus Plautum nostrum secuti sunt, ut (ne dicam Terentium apud veteres) apud nostrates, Shakspearium et Drydenum; apud Gallicos, Molierium; et apud Germanos, Helbergium. De nostratibus consulendi sunt viri docti qui de literis Shakspearii disseruerunt, ut e. g. ingeniosus Benj. Jonsoni editor, Petrus Whalley, in tractatu suo *On the Learning of Shakspeare*, et Ricardus Farmer, S. T. P. qui in libro sub eodem titulo demonstrat parvas esse Shakspearii literas Latinas, Græcas pæne nullas, atque simul fontes explicat, unde haustus suos expleverat noster omnium dramaticorum princeps, Shakspearus. De Molierio, et ejus Amphitruone, et aliis ejus Comœdiis, consulendi sunt critici Gallici, præcipue Mad. Dacier, Fabri filia, et Rollin. *Hist. Antiq.* vol. XII.

Abhandlung von dem Leben und den Werken des Plautus in Beyträgen zur Historie und Aufnahme des Theaters. Stutgard. Caspar Sagittarius de Vitis Plauti, (1750. 8vo.) Terentii, et Ciceronis, Altenb. 1671. 8vo. Jani Gulielmii Commentarius, qui omnes Plauti Comœdias illustrat. Lutet. 1583. 8vo.

Joannis Clerici *Ars Critica*, Amstel. 1700. 8vo min. Pars tertia passim, ubi vir doctissimus Comœdias veras a supposititiis distinguit, et varios locos emendat et illustrat.

*Lexicon Plautinum*, Francof. 1614. 8vo.

Gronovii *Lectiones Plautinæ*, Amstelod. 1740. 8vo.

Hamberger, pars I. pag. 371—379. et Pope-Blount p. 50. sqq.

F. Floridi Sabini *Apologia in Plauti aliorumque Lat. Scriptorum Calumniatores*, &c. Libri tres. Basil. 1540. fol.

Bocchi *Apologia in Plautum*. Bonon. 1508. 4to. Huic

Apologiæ adjungitur Vita Ciceronis, auctore Plutarcho, nuper inventa, ac diu desiderata.

Erasmi Roterodami, &c. Adagia, &c. Amstel. Typis Wecheliani, 1629. fol. Erasmus, ipse jocos et sale Attico abundans, de Plauto dicit, 'Plautus in nugis et jocos immodicus est, nec raro ineptus;' at ejus verbis sæpe utitur, ut in pp. 29. 30. 104. 177. 749. Adag.

Franc. Vavassoris de Ludicra Dictione Liber, p. 160. sqq. Paris. 1658. 4to.

Plautinæ Quæstiones. Taubmanni Præfatio.

Centuria Philologicarum Epistolarum. Taubmanni Præfatio.

Cœlii Secundi Curionis aliorumque Commentationes in Plautum, in libro cui titulus, Eruditorum aliquot Virorum de Comœdia et Comicis Versibus Commentationes. Basil. 1568. Svo. Vossius de Poëtis Latinis cap. 1. p. 8.

Crenii Animadversiones Philologiæ, pars II. p. 9. sqq. et pars III. c. 1. Catal. Biblioth. Bonav. tom. 1. pag. 264—267.

Observationes in Plautum in Sylloge Epistolarum Burmanni, tom. 1. p. 369. 370. et Burignii Liber sub hoc titulo, Réflexions sur un passage de Plaute, qui a rapport à l'histoire de Sicile, par Mons. De Burigny. Hist. Acad. Reg. Inscript. tom. XXXIV. p. 9—39.

Cruseur's Lives of the Roman Poets. Vol. II. p. 216. Lond. 1733.

Saxii Onomasticon, pars 1. p. 122. et in eodem, Analeceta, pars 1. p. 554.

Cardinal. Angel. Maria Quirini in Specimine Brixienſis Literaturæ, pars 1. p. 1—49. Brixia, 1739. 4to.

Multi docti scriptores notandi sunt, qui tractaverunt de Punicis Verbis, quæ Hanno profert in Pœnulo, act. v. sc. 1. ut vir celebris Bochart in Phaleg. col. 721. 722. Lugd. 1707. Selden de Diis Syris Prolegom. cap. 2. Amstel. 1681. M. Petit in Miscellaneis ejus, qui exprimit in characteribus Hebraicis, quod in Punicis dat Plautus, ut jam

ostendit nostra hæc editio Delphiniana. Apud Germanos verba illa Punica et sententias explicare conatus est Jo. Joachim Bellermann, et Kuttmerus in Briefe über Irland, p. 299. et apud nostrates Major Carolus Vallancey Linguam Hibernicam studiose contemplatur, ut e Punico fonte derivatum, in ejus Grammar of the Hiberno-Celtic Language, 1773. 4to. et in ejus Essay on the Irish Language: et similiter vir ingeniosus Godfreius Higgins, qui in Celtic Researches, Lond. 1827. 4to. Punicas literas illustravit, et indicare tentavit literas Hibernicas ex fonte Punico deducendas esse, et quidem, mutatis mutandis, Hebraicas, Punicas, Græcas, et Latinas easdem esse.

Les Réflexions sur l'Eloquence, la Poétique, l'Histoire, et la Philosophie, par Rapin. Amstel. 1686. Svo. tom. 11. p. 199. ubi Plautus cum Terentio comparatur.

Observationes in Plautum, par M. Dacier. in Ouvrages Horace trad. à Paris, 1691. Vol. 1. 362. 370. 387. Vol. 11. 24. 25. Ars Poëtica, 285. et in aliis locis.

Julius Scaliger de Re Poëtica.

A New and General Biographical Dictionary, Historical and Critical, vol. XI. Lond. 1761. 1762. Svo.

Biographia Classica, Lond. 1740.

Quæstio de Plauti Ingenio, et de diversis Ciceronis et Horatii Opinionibus de Plauto. In libro cui nomen Commentary and Notes on Horace's Art of Poetry, by Hurd. 4th. ed. 1768. Svo.

